ONOMASTICON

TULLIANUM

CONTINENS

M. TULLII CICERONIS VITAM

HISTORIAM LITTERARIAM

INDICEM GEOGRAPHICUM ET HISTORICUM, INDICEM LEGUM ET FORMULARUM,

INDICEM GRAECOLATINUM, FASTOS CONSULARES.

CURAVERUNT

IO. CASP. ORELLIUS ET IO. GEORGIUS BAITERUS

PROFESSORES TURICENSES.

PARS III.

TURICI

TYPIS ORELLII, FUESSLINI ET SOCIORUM.

MDCCCXXXVIII.

VIRO

MAXIME REVERENDO

THOMAE DRUMMOND

VERBI DIVINI INTER NORWICENSES MINISTRO

SOCERO OPTIMO

HOC VOLUMEN

GRATISSIMO ANIMO OBTULIT

IO. GEORGIUS BAITERUS.

PRAEFATIO.

In Onomastico nostro Tulliano haec continentur:

I. «M. Tullii Ciceronis Historia per consules descripta per Franciscum Fabricium Marcoduranum." Hanc multis locis partim ex Editione Coloniensi 1564 et Heusingeriana, Budingae 1727, partim ex Editionibus recentioribus scriptorum, quibus Fabricius usus est, correxi.

II. «Memorabilia vitae Ciceronis per annos digesta a Schuetzio atque emendata a Leonardo Usterio."

III. «Tabulae Kalendarium Romanorum vetus, quale fuit ab a. u. 691 usque ad a. u. 709, comparantes cum forma anni Iuliana. Ad illustrandas Ciceronis Epistolas composuit M. Guilielmus Ferdinandus Korb."

IV. «Index Editionum scriptorum M. Tullii Ciceronis cum Petri Lazeri de Dionysio Lambino Narratione." Huic Bibliographiae Tullianae adiunge Onomast. III. p. 344—361. «Analecta", quae maximam partem debentur Bardilio.

Verum res est infinita neque unquam fortasse nisi a compluribus bibliographis perfici poterit. Sic post Analecta illa hi rursus ad me pervenerunt et libri et libelli:

* M. Tullii Ciceronis de claris oratoribus liber, qui dicitur Brutus. Für den Schulgebrauch erläutert von Dr. Reinhard Stern. Hamm, Schulzische Buchhandlung, 1836. 8.

Nova subsidia critica non habuit, sed in plerisque meam Editionem minorem secutus est. Memorat:

Gebhardt Obss. critt. in Cic. Brutum. Hof. 1834. 4.

Frotscher Obss. critt. in quosdam locos Bruti Ciceroniani. Annabergae 1836. 4.

* Q. Ciceronis de petitione consulatus liber, recognovit Dr. Hoffa. Lipsiae, Schwickert, 1837. 8.

* Io. Nic. Madvigii disputatio de emendandis Ciceronis libris de Legibus. Hauniae, Schultzius, 1836. 4.

* E. A. I. Ahrens Quaestionum non Tullianarum particula prima. Coburgi, C. F. Dietz, 1837. 4.

Magna cum sagacitate refutare conatur Schnitzeri Quaestiones Tullianas (Analect. p. 359.), quo demonstretur quartam Catilinariam non a Cicerone, sed a rhetore aliquo scriptam esse.

* Quaestio de tempore atque serie Epistolarum Ciceronis. Scripsit Ioannes de Gruber, Gymnasii Sundensis praeceptor. Sundiae, sumptibus Loefflerianis, 1836. 4.

* Vorschule zum Cicero, enthaltend die zur Bekanntschaft mit diesem Schriftsteller nöthigen biographischen, literärischen, antiquarischen und isagogischen Nachweisungen. Ein Handbuch für angehende Leser des Cicero. Von Dr. Samuel Christoph Schirlitz, Professor und Oberlehrer am K. Gymnasium zu Wetzlar. Wetzlar, Carl Wigand, 1837. 8.

Ad celebratissimum illum locum Cic. de Rep. II. 22. referuntur etiam sequentia opuscula:

* Observations sur divers points obscurs de l'histoire de la constitution de l'ancienne Rome, par M. Roulez, professeur à l'université de Gand. Bruxelles, M. Hayez, 1836. 4.

* Die Verfassung des Servius Tullius in ihrer Entwickelung. Einladungsschrift zur Promotionsfeier des Paedagogiums und zur Eröffnung des Jahrescurses 1837, von Fr. Dor. Gerlach. Basel, August Wieland, (1837). 4.

* Ueber Abstimmung des Römischen Volks in Centuriatcomitien, und über den M'. Curius, der den Velinus abgeleitet. Zwei in der Königl. Preussischen Akademie der Wissenschaften gelesene Abhandlungen von C. G. Zumpt, M. d. A. Berlin, Druckerei der K. Akademie der Wissenschaften, 1837. 4.

V. «Onomasticon Tullianum, Varronianum, Caesarianum, Salustianum, Asconianum et Scholiastarum Ciceronis." Hoc praesertim differt a Schuetziano, partim quod praeter errores quoad eius fieri poterat sublatos permulta continet supplementa, partim quod scriptorum loci plerumque integri exhibentur, ne ipsos evolvere necesse habeat lector. Quod ad Caesarem attinet, geographicis omissis, personarum dumtaxat nomina collegi. Aequi autem iudices, quales ut mihi contingant exopto, condonabunt errores a me quoque commissos; quomodo enim, quaeso, per molestissimum quinquennii laborem multa milia schedarum primum exscribendi, deinde ordinandi, omnino devitari poterant? Nonnullos ipse iam animadverti, alios mihi indicavit F. L. Keller, sagacissimus ICtus, collega coniunctissimus, alios amicus H. Meyerus.

P. 17. A. vers. 30. Dele vv. supervacanea: Personam - - Brut. 20, 80., cum legantur iam p. 16. A. extr.

P. 19. B. v. 19. Caecilii Statii comici in eum dictum. De Or. 2, 64, 257. Locus hic est: «Saepe etiam versus facete interponitur vel ut est, vel paullulum immutatus, aut aliqua pars versus: ut Statius Scauro stomachanti (ex quo sunt nonnulli, qui tuam legem de civitate natam, Crasse, dicant:) *St, tacete, quid hoc clamoris? queis nec mater nec pater Tanta confidentia? Auferte istam enim superbiam.* — Sane cum Caecilius Statius mortuus sit a u. c. 586., M. Aemilius Scaurus autem Consul fuerit a. u. c. 639., censor 645., ipse Statius poëta eum his duobus versiculis carpere non potuit, quocirca interpretes aut sapienter tacent, ut Kuniss, aut confugiunt ad Statium aliquem ignotum; atque propter eandem causam, credo, Spengelius eos in Statii Reliquias non in-

seruit. Nihilominus clarum est Ciceronem loqui de notis versibus poëtarum ingeniose et facete ab oratore ad adversarium applicatis, non ab ipso ex tempore factis, in summa de certo genere παρῳδιῶν. Ergo legendum: *ut Statii Scauro*, id est, «ut Statii locus, a quodam (fortasse ab ipso Caesare, qui hic loquitur) olim Scauro non sine superbia stomachanti interpositus est.» Librarii autem, genitivum cum non intelligerent, in nominativum mutaverunt.

P. 34. B. In §. de T. Ampio Balbo exscribenda erant verba ad Fam. 6, 12, 5: «Cum studium tuum consumas in virorum fortium factis memoriae prodendis, considerare debes nihil tibi esse committendum, quamobrem eorum, quos laudas, te non simillimum praebeas»: ex quibus colligimus Ampium laudationes virorum illustrium conscripsisse.

P. 41. A. T. Annius Velina. Excidit haec scheda: Prudens etiam T. Annius Velina et in privatis causis orator sane tolerabilis. Brut. 48, 178.

P. 60. C. Aquillius Gallus] Locus Topic. 12, 51. «Nihil hoc ad nos, ad Ciceronem, inquiebat, Gallus noster:» (memoratus p. 564. in C. Sulpicio Gallo) huic §. inserendus erat.

P. 83. P. Atius Varus] Huic §. ex p. 634. insere §. P. Varus.

P. 91. A. L. et C. Aurelii Orestae L. filii memorati Brut. 25, 94. probe distinguendi sunt ab iis, qui commendantur Q. Anchario ad Fam. 13, 40: quoniam priores LXX. minimum annis ante hos floruerunt.

Ibid. in §. M. Aurelius Scaurus excidit haec scheda: M. Aurelius Scaurus non saepe dicebat, sed polite, Latine vero in primis est eleganter locutus. Brut. 35, 135.

P. 102. B. vers. 31. lege: Plin. 7, 13, 44.

P. 123. Insere: L. Calpurnius Piso Caesoninus, consul a. u. c. 642. Ad hunc Henrichsen refert de Or. 2, 66, 265. «Ille Gal-

lus olim testis in Pisonem:" probabilius fortasse referamus ad p. 121. A.: L. Calpurnius Piso Bestia cos. a. 643.

P. 134. A.: Cassius, poëta ignotus cet. Weichert de Cassio Parmensi p. 270. seqq. ad hunc Varronis locos refert.

P. 153. C. Claudius Cento] Cum hic consul fuerit a. u. c. 514., lex autem Cincia demum a. u. c. 550. lata sit, propter tempora dubium remanet, utrum locus de Or. 2, 71, 286. ad C. Claudium Centonem referri debeat necne.

P. 157. Insere: M. (Claudius) Marcellus. M. Marcellus hic noster, qui nunc aedilis est et profecto, nisi ludos nunc faceret, huic nostro sermoni interesset; — iam adolescentulus his studiis mirifice deditus. de Or. 1, 13, 57. Qui sit, non constat. Henrichsen. Hunc patrem Marcelli puto, pro quo est oratio. Ern.

P. 178. B. excidit haec scheda: P. (Cornelius) Lentulus (Marcellinus.) M. Marcellus - - in promptis et non inexercitatis ad dicendum fuit, ut filius eius, P. Lentulus. Brut. 36, 136. Cum M. Marcellus floruerit circa a. u. c. 650., eius filius circa a. u. c. 700. minimum quinquagenarius fuit, neque adeo a. u. c. 706. quaestor dumtaxat esse potuit, adeoque distinguendus erit Caesaris (Civ. 3, 62.) Cornelius Lentulus Marcellinus a Ciceronis P. Lentulo.

P. 200. B. Insere: Cotta. Cottam mihi velim mittas. ad Att. 13, 44, 3. Volgo intelligunt librum aliquem C. Aurelii Cottae cos. a. u. c. 680. Sed longe probabilius Kellerus eundem esse arbitratur, de quo Athenaeus 6, 21: *Ἰούλιος δὲ Καῖσαρ, ὁ πρῶτος πάντων ἀνθρώπων περαιωθεὶς ἐπὶ τὰς Βρεττανίδας νήσους μετὰ χιλίων σκαφῶν, τρεῖς οἰκέτας τοὺς πάντας συνεπήγετο, ὡς Κόττας ἱστορεῖ, ὁ τότε ὑποστρατηγῶν αὐτῷ* (qui eius legatus fuit), *ἐν τῷ περὶ τῆς Ῥωμαίων πολιτείας συγγράμματι, ὃ τῇ πατρίῳ ἡμῶν γέγραπται φωνῇ.*

P. 261. Ser. Fulvius Flaccus] Pro: *ex eius oratione* lege: *Ex Curionis oratione.*

P. 261. M. Fulvius Nobilior. Insere: Primus mensis a

XI. «Epistolarum a M. Tullio Cicerone scriptarum series»: ut denuo ordinata est ab Ioanne de Gruber.

XII. «Fasti consulares Romanorum usque ad mortem Iustiniani Imperatoris ad fidem optimorum auctorum recogniti,» cum Fastis triumphalibus et novis illorum Fragmentis a Fea editis. Ordinavit Baiterus, consultis in primis Sigonio, Relando, Almeloveenio, Piranesio, Marinio, Muratorio, Sanclementio, Borghesio, Fea, Laurentio. In eo autem maxime elaboravit, addito Indice locupletissimo, non tantummodo gentium nomina, sed etiam cognomina omnia complexo, ut et chronologis et ICtis facilior Fastorum usus fieret. Rationes vero et auctoritates omnium eorum, quae aliter quam apud priores constituta sunt, afferri ideo non poterant, ne in nimiam molem excresceret totum nostrum σύνταγμα.

Turici Kalendis Septembribus M.DCCC.XXXVII.

INDEX GRAECO-LATINUS.

A.

Ἀβδηριτικόν, *Abderiticum*, *stultum*, quod Abderitae stupidi putabantur. ad Att. VII. 7, 4.

Ἀβλάβεια, *innocentia*. „Omnis enim abstinentia, omnis innocentia — quae apud Graecos usitatum nomen nullum habet, sed habere potest ἀβλάβειαν: nam est innocentia affectio talis animi, quae noceat nemini — reliquas etiam virtutes frugalitas continet." Tusc. III. 8, 16.

Ἀγέλαστος, *expers risus*. „At hoc in eo M. Crasso, quem semel ait in vita risisse Lucilius, non contigit, ut ea re minus ἀγέλαστος, ut ait idem, vocaretur." de Finn. V. 30, 92. Plinius Hist. Nat. VII. 19: „Ferunt Crassum, avum Crassi in Parthis interempti, nunquam risisse, ob id *Agelastum* vocatum."

Ἀγοητεύτως, *sincere*, *sine praestigiis et fuco*, *sine assentatione*. „Audi igitur me hoc ἀγοητεύτως dicentem." ad Att. XII. 3, 1.

Ἄγραφον, *non scriptum*. „Tertium (genus), de reliquo iure dicendo, ἄγραφον reliqui." ad Att. VI. 1, 15.

Ἀγών, *certamen*, *contentio*. „Nam cetera non possunt habere neque vim neque venustatem remoto illo studio contentionis, quem ἀγῶνα vos appellatis." ad Att. I. 16, 8. Est studium contentionis, quod in oratione adhibetur, unde ipsae orationes in causis veris, et quidem in primis in forensibus, ἀγῶνες dicuntur et declamationibus umbraticis opponuntur. Vid. v. c. Longin. περὶ ὕψους, S. XI. 1. plura apud Cresoll. Theatr. Rhet. III. 17. Spanhem. ad Iulian. Or. I. p. 11. 12. 13. Olear. ad Philostr. Vit. sophist. L. XXII. §. 1. n. 4. Ern.

Ἀδέσποτος, *sine auctore*, de rumoribus, qui unde et a quo capite fluxerint, ignoratur. „De Hispania novi nihil, sed exspectatio valde magna: rumores tristiores, sed ἀδέσποτοι." ad Fam. XV. 17, 3.

Ἀδεῶς, *secure*, *sine ullo periculi metu aut suspicione*, *large*, *copiose*. „Ἐμετικὴν agebat: itaque et edit et bibit ἀδεῶς et iucunde." ad Att. XIII. 52, 1. h. e. Largius edebat, ideoque non metuebat, ne sibi hoc noceret, quia volebat vomere post coenam.

Ἄδηλα, *incerta*. „Ne hoc quidem cernunt, omnia se reddere incerta; quod nolunt; ea dico incerta, quae ἄδηλα Graeci." Acad. II. 17, 54.

Ἀδημονῶν, *maerens*, *sollicitudinis plenus*. „Lentulus noster Puteolis est, ἀδημονῶν, ut Caecius narrat, quid agat." ad Att. IX. 13, 7.

μέναι ἀνάγκαις. Tyrannorum enim preces, inquit Plato, (ep. 7. ad. Dionis propinquos) *permistae sunt, ut scis, necessitatibus.* ad Att. IX. 13, 4. Quae rogant, necessario facienda sunt: eorum preces sunt imperia. Ern.

Αἰδέομαι Τρῶας καὶ Τρωάδας ἑλκεσιπέπλους, Vereor Troianos et Troianas peplos trahentes. ad Att. II. 5, 1. ex Homeri Il. ζ, 442 et χ, 105. — ad Att. VII. 12, 3. — ad Att. VIII. 16, 2. — ad Att. XIII. 13, 2. — ad Att. XIII. 24. — „*Αἰδέομαι* non Pompeium modo, sed *Τρῶας καὶ Τρωάδας.*" ad Att. VII. 1, 4.

Αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι, veriti sunt quidem recusare, timuerunt autem suscipere. ad Att. VI. 1, 23. — ad Att. XVI. 11, 6. Ex Homeri Iliad. η, 93.

Αἰὲν ἀριστεύειν καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων, semper fortiter agere et aliis praestare. Ex Homeri Iliad. λ, 784. „Angor illud, quod a puero adamaram,

Αἰὲν ἀριστεύειν καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων,

totum occidisse." ad Q. fr. III. 6, 4. — ad Fam. XIII. 15, 2.

Αἴ κε δύνῃαι, si modo possis. ad Att. XIII. 12, 3. Vid. *Αὐτῷ τῷ μέτρῳ κτλ.*

Αἰνιγμός. Vide *'Εν αἰνιγμοῖς.*

Αἵρεσις, secta. Tento te, quo animo accipias. Si enim stomachabere et moleste feres, plura dicemus postulabimusque, ex qua *αἱρέσει* vi hominibus armatis deiectus sis, in eam restituare. — — In ista ipsa *αἱρέσει* metuo ne plus nervorum sit, quam ego putarim, si modo eam tu probas." ad Fam. XV. 16, 3.

Αἰσχρὸν σιωπᾶν, Turpe est tacere. „Ego, nisi Bibulus, qui, dum unus hostis in Syria fuit, pedem porta non plus extulit quam domo sua, adniteretur de triumpho, aequo animo essem: nunc vero *αἰσχρὸν σιωπᾶν.*" ad Att. VI. 8, 5. Integer senarius sic habet: *αἰσχρὸν σιωπᾶν, 'Ισοκράτην τ' ἐᾶν λέγειν: Turpe est tacere, et sinere Isocratem loqui.* Cum Isocrates scholas rhetoricas aperuisset et magna hominum multitudo eas frequentaret, Aristoteles aemulatione commotus et ipse rhetoricen docuit. Eodem modo Cicero, cum Bibulus triumphum peteret, turpe esse putabat, si non et ipse peteret. Ern. Vid. Eurip. Philoct. frgm. VIII. Dind.

Αἰσχροῦ φαντασία, turpitudinis imago, species, i. e. cogitatio turpiter me fecisse. „Deinde emergit rursum dolor et *αἰσχροῦ φαντασία.*" ad Att. IX. 6, 5.

'Ακαδημαϊκή scil. *σύνταξις, Academici libri.* „Ergo illam *'Ακαδημαϊκήν*, in qua homines nobiles illi quidem, sed nullo modo philologi, nimis acute loquuntur, ad Varronem transferamus." ad Att. XIII. 12, 3. — *'Ακαδημαϊκὴ σύνταξις.* „Illam *'Ακαδημαϊκὴν σύνταξιν* totam ad Varronem traduximus." ad Att. XIII. 16, 1. — Sermo est de libris Ciceronis Academicis, quorum primo duo erant, alter Catuli, alter Luculli nomine, quod in iis hi duo de Academica philosophia disputantes inducebantur. Iam nobiles illi quidem erant, sed in iis C. et L. acutius quam pro personis suis disputabant. Itaque Cicero hanc

σύνταξιν immutavit et e duobus quattuor libros fecit, Catuli et Luculli nominibus sublatis, eosque Varroni inscripsit. In iis Varroni Antiochi partes dedit, sibi sumpsit Philonis, hoc est, quod Cicero dicit: *ἀκαδημαϊκὴν ad Varronem transferamus*, et *ἀκαδημαϊκὴν σύνταξιν ad Varronem totam traduximus.* Conf. Argum. Quaest. Acad. I. Ern.

Ἄκαιρος, intempestivus, importunus. „Sed vereor, ne tibi *ἄκαιρος* sim." ad Att. IX. 4, 3.

Ἀκατάληπτον, quod comprehendi non potest, incomprehensibile. „Cum enim ita negaret quidquam esse quod comprehendi posset (id enim volumus esse *ἀκατάληπτον*), si" cet. Acad. II. 6, 18.

Ἀκαταληψία, opinio Academicorum, qui nihil comprehendi posse dicebant. „In eis (libris), quae erant contra *ἀκαταληψίαν* praeclare collecta ab Antiocho, Varroni dedi." ad Att. XIII. 19, 3.

Ἀκενόσπουδος, abhorrens a studio rerum inanium. „Mehercule puto te sapienter facturum, si *ἀκενόσπουδος* fueris." ad Fam. XV. 17, 4.

Ἀκεραίως, sincere, integre. „Nihil eram suspicatus de tabulis: *ἀκεραίως* restitutam arbitrabar." ad Att. XV. 21, 2.

[*Ἀκήδεια, contemptus*, quod curae et studio nemini esset. ad Att. IV. 18, 3.]

Ἀκηδία, torpedo cum maestitia. „*Ἀκηδία* tua me movet: etsi scribis nihil esse." ad Att. XII. 45, 2.

Ἀκίνδυνα, sine periculo. „Illud mihi gratissimum fuit, quod Attica nostra rogat te, ne tristis sis, quodque tu *ἀκίνδυνα* esse scribis." ad Att. XIII. 19, 1.

Ἀκίνδυνα μὲν, χρονιώτερα δέ, periculi quidem expertia, sed diuturniora. „Qui venitnt, *ἀκίνδυνα μὲν, χρονιώτερα δὲ* nuntiant," i. e. vitae quidem periculum abesse, sed diuturniorem morbum (Tironis) fore. ad Fam. XVI. 8, 1.

Ἀκκίζεσθαι, dissimulare cupiditatem suam, cum videri velimus, non cupere nos, et tamen vehementer cupimus, hoc enim est *ἀκκίζεσθαι*, unde *ἀκκισμός, accismus.* Exemplo esse potest accismus Tiberii Neronis Vell. II. 23. Tacit. Ann. I. 3 et 11. Ern. Suidas: *Ἀκκιζόμενος. προσποιούμενος, γυναικιζόμενος, ἢ μωραίνων. ἀπό τινος γυναικὸς μωρᾶς, ἥτις ἐκαλεῖτο Ἀκκώ. σημαίνει δὲ καὶ τὸν λέγοντά τι προσποιεῖσθαι μὴ ἐθέλειν. καὶ Αἰλιανός· „Οὐδενός τε τῶν ἐπ' ᾄσμασι θαυμαζομένων ἐκρίθη δευτέρα, ἅτε δὴ οὐκ ἄπειρος ἐρωτικῆς περιεργίας, ἀκκιζομένη σὺν καιρῷ καὶ πρὸς ζηλοτυπίαν εὐφυῶς ἄγουσα τὸν ἄνδρα." Καὶ παροιμία· Ἀκκιζόμενος Σκύθης τὸν ὄνον. ἐπὶ τῶν βδελυττομένων λόγῳ μὲν, ἔργῳ δὲ ἐφιεμένων. ἰδὼν γάρ τις νεκρὸν ὄνον ἔφη πρὸς Σκύθην παρόντα· δεῖπνόν τι, ὦ Σκύθα. ὁ δὲ ἐμυσάξατο μὲν, ὕστερον δὲ ἐπονεῖτο. Καὶ Ἀκκισμούς, προσποιήσεις. ἀκκισμὸς δὲ καὶ μωρία.* „Certi sumus perisse omnia. Quid enim *ἀκκιζόμεθα (dissimulamus)* tamdiu?" ad Att. II. 19, 5. Hoc quidem loco *ἀκκίζεσθαι* simpliciter est *dissimulare* sine ulla cupiditatis significatione.

'Ακοινώνητον, alienum a familiari consuetudine. „Nullas unquam ad me litteras misit Brutus, in quibus non inesset arrogans, ἀκοινώνητον aliquid." ad Att. VI. 3, 7.

'Ακοινωνήτως, minime familiariter. Brutus „ad me etiam cum rogat aliquid contumaciter, arroganter, ἀκοινωνήτως solet scribere." ad Att. VI. 1, 7.

'Ακολακεύτως, sine assentatione. „Itaque scripsi et ἀκολακεύτως et tamen sic, ut nihil eum existimem lecturum libentius." ad Att. XIII. 51, 1.

'Ακολασία, licentia. „'Ακολασίαν istorum scribis." ad Att. XIV. 11, 1.

'Ακοπία, vitatio lassitudinis. „Indulge valetudini tuae, cui quidem tu adhuc, dum mihi deservis, servisti non satis: ea quid postulet, non ignoras: πέψιν, ἀκοπίαν, περίπατον σύμμετρον, τέρψιν, εὐλυσίαν κοιλίας." ad Fam. XVI. 18, 1.

"Ακουσμα, res quae auditur, auditio; aurium oblectamentum. „Quinetiam si ψιλῶς velim gravitatem constantiamque eius laudare, hoc ipsum tamen istis odiosum ἄκουσμα sit." ad Att. XII. 4, 2. *"Ακουσμα* est quidquid ad aures (convivarum) suaviter deliniendas aut oblectandas comparatum est. *Non assequor*, inquit, *ut scribam, quod tui convivae, non modo libenter, sed aequo animo legere possint, si velim gravitatem eius constantiamque laudare; hoc ipsum ἄκουσμα sit.* Sic ap. Xenoph. ἀπομνημον. L. II. c. 1. virtus voluptati dicit: *τοῦ δὲ πάντων ἥδιστον ἀκούσματος, ἐπαίνου ἑαυτῆς, ἀνήκοος εἶ.* Haec ἀκούσματα, quae et ἀκροάματα dicuntur, erant *recitationes anagnostarum, symphoniaci pueri*, γελωτοποιοί, cet. Ern.

'Ακραές, liquidum, non turbidum, non perturbatum. „Id (aequinoctium) si ἀκραὲς erit, utinam idem maneat Hortensius!" ad Att. X. 17, 3.

'Ακροστιχίς, genus carminis, „cum deinceps ex primis versuum litteris aliquid connectitur, ut in quibusdam Ennianis." de Divin. II. 54, 111.

'Ακροτελεύτιον, clausula v. c. carminis, epistolae. Vox Thucydidea II. 17. quam et habet Pollux II. 16. Ern. Cfr. Bekkeri Anecd. Gr. p. 369. „Bellum ἀκροτελεύτιον habet illa tua epistola, quam dedisti nauseans Buthroto: *tibi, ut video et spero, nulla ad decedendum erit mora.*" ad Att. V. 21, 3.

'Ακρωτηρίων οὖρια, signa secundae tempestatis ex vexillis in fastigiis (ἀκρωτηρίοις) navium et domorum. „Itaque erat in animo nihil festinare Delo nec movere, nisi omnia ἀκρωτηρίων οὖρια vidissem." ad Att. V. 12, 1. *Οὖρια* sunt signa bonae tempestatis instantis: a quibus etiam Iupiter Urius, de quo vid. Graev. ad Verr. IV. 51. Ern.

'Ακύθηρον, invenustum. „Tanta faex est in urbe, ut nihil tam sit ἀκύθηρον, quod non alicui venustum esse videatur." ad Fam. VII. 32, 2.

"Ακυρος, improprius, de verbis inepte usurpatis. „Unde illud tam

'Αλλ' οἰμωζέτω, sed ploret, male ipsi sit. „'Αλλ' οἰμωζέτω· nos modo valeamus." ad Q. fr. III. 9, 8. e Comico aliquo fortasse, apud quos saepissime οἰμώζειν iubent, quibus mala precantur. Hinc: πολλὰ οἰμώζειν λέγειν. Ern.

"Αλλοις ἐν ἐσθλοῖς τόνδ' ἀπωθοῦνται ψόγον, aliis bonis rebus agendis hanc maculam eluunt. ad Att. XIV. 22, 2. Senarius poëtae nescio cuius. Ern. Sophocleum putat Valck. Diatr. p. 192.

"Αλλο πρόβλημα, aliud problema, alia quaestio. „Qui (decessionis dies) cum advenerit, ἄλλο πρόβλημα, quem praeficiam." ad Att. VI. 5, 3.

'Αλλ' οὐ δαιτὸς ἐπηράτου ἔργα μέμηλεν,
'Αλλὰ λίην μέγα πῆμα, διοτρεφές, εἰσορόωντες
Δείδιμεν· ἐν δοιῇ δὲ σαωσέμεν ἢ ἀπολέσθαι.

Sed nobis curae non est convivio suavi operam dare, verum magnam cladem, dive, intuentes extimescimus, incertumque est salvine futuri an interituri simus. ad Att. XIV. 13, 1. ex Homeri Il. ι, 228 sqq.

'Αλογεῖν, negligere. „Ne talis vir ἀλογηθῇ *(negligatur).*" ad Att. XII. 3, 2.

'Αλογίστως, inconsiderate, stulte. „Quod si iste Italiam relinquet, faciet omnino male, et, ut ego existimo, ἀλογίστως." ad Att. IX. 10, 4. — „Urbem ἀλογίστως reliquit." Ibid.

'Αλόγως, sine ratione, temere. ad Att. XII. 35, 2. — „Veretur autem, ne non liceat tenere hereditatem, ἀλόγως omnino, sed veretur tamen." ad Att. XIII. 48, 1.

'Αμαλθεία, Amalthea. Vid. *'Αμαλθεῖον.*

'Αμαλθεῖον, Amaltheum. „Velim ad me scribas, cuiusmodi sit 'Αμαλθεῖον tuum, quo ornatu, qua τοποθεσίᾳ: et quae poëmata quasque historias de 'Αμαλθείᾳ habes, ad me mittas." ad Att. I. 16, 18. — „De 'Αμαλθείᾳ quod me admones, non negligemus." ad Att. II. 7, 5. — 'Αμαλθεῖον est praedium Attici, cui nomen imposuit ab 'Αμαλθείᾳ. *Amalthea* in fabulis quae sit, notum est, sed l. c. est gymnasium aut diaeta praedii Epirotici. L. II. ep. 1, 11. Cicero dicit: „*Amalthea mea te exspectat et indiget tui.*" Eam fuisse gymnasium in Arpinati, ut Corradus ait, vero simile est, aut diaetam, quam imitaturus Atticum Cicero exstruxerat. In hac Amalthea I. Fr. Gronovius putabat posuisse Atticum imagines virorum illustrium, a quibus, ut ab Amalthea Iupiter, ita imperium Romanum tamquam nutritum ad tantam magnitudinem pervenisset: his adiecisse versus, qui facta eorum et magistratus continerent, de quibus Nepos Vit. Attici c. 18. Ern.

"Αμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω, simul a fronte et a tergo. ad Fam. XIII. 15, 2. ex Homeri Il. α, 343.

"Αμβροτος, immortalis, divinus. „Et ais, μετ' ἀμύμονα. Tu vero ἀμύμων. Ille quidem ἄμβροτος." ad Att. XVI. 5, 5.

"Αμεμπτα, non accusanda. „Ista puto ἄμεμπτα fore: verum ut lubebit." ad Att. VII. 1, 9.

Ἀμεταμέλητος, non poenitendus. „Quare celeritas nostri reditus ἀμεταμέλητος debet esse." ad Att. VII. 3, 2. — „O hospitem mihi tam gravem! ἀμεταμέλητον. Fuit enim perincunde." ad Att. XIII. 52, 1.

Ἀμηχανία, inopia consilii. „Dii boni! quanta ἀμηχανία!" ad Att. XV. 29, 1.

Ἄμορφον, deforme et turpe. „Est enim ἄμορφον, ἀντιπολιτευομένου χρεωφειλέτην esse." ad Att. VII. 8, 5.

Ἄμπνευμα σεμνὸν Ἀλφεοῦ, respiratio veneranda Alphei. „Fac non ad διψῶσαν κρήνην, sed ad Πειρήνην eum venisse et ἄμπνευμα σεμνὸν Ἀλφεοῦ in te, ut scribis, haurire, in tantis suis praesertim angustiis." ad Att. XII. 5, 1. Sunt verba Pindari Nem. I. 1. Sic appellat Arethusam, διὰ τὸ ἀποῤῥῶγα καὶ οἷον στόμα τὴν Ἀρέθουσαν κρήνην τοῦ Ἀλφεοῦ εἶναι, ut ait Scholiastes. Ern.

Ἀμύμων, egregius, praeclarus. „Et ais, μετ' ἀμύμονα. Tu vero ἀμύμων. Ille quidem ἄμβροτος." ad Att. XVI. 5, 5.

Ἀμφιβολία, ambigue dictum. „Acuta ἀμφιβολία." ad Fam. VII. 32, 2. — Conf. ad Herenn. II. 11, 16.

Ἀμφιλαφία (vel ἀμφιλάφεια) mihi videtur esse cautionis genus, cum eam rationem tenemus, ut ad utrumque parati simus, ut, quodcunque acciderit, eo recte uti possimus; ut duarum rerum simul rationem habeamus, quarum una videtur cum altera non satis consistere posse. Ern. *Ἀμφιλαφεία* [immo ἀμφιλάφεια vel ἀμφιλαφία], *divitiarum affluentia, bona copia,* s. ἀμφιλαφὴς περιουσία. „Ἀμφιλαφίαν illam, quam tu soles dicere, bono modo desidero, sic prorsus, ut advenientem excipiam libenter, latentem etiam nunc non excitem. Tribus locis aedifico, reliqua reconcinno: vivo paulo liberalius quam solebam." ad Q. fr. II. 6, 3. Quintus a Marco fratre quaesiverat, an, si Romam e Sardinia rediisset, cum bene nummatum deprehensurus esset, in eoque illo vocabulo ἀμφιλαφείας usus erat. Cicero igitur respondet se illam opum affluentiam s. nummorum abundantiam modice desiderare; si venerit, libenter excepturum; non autem, etiamsi nunc lateat necdum ad se pervenerit, operose et anxie quaesiturum et excitaturum esse. Et quae sequuntur statim rationem reddunt, cur nondum ad illas divitias potuerit pervenire, quia tribus locis aedificet, cetera reconcinnet, et genio liberalius indulgeat. Similis locus est ad Q. fr. II. 15, 6, 3. quem hic iam olim a nobis ita emendatum ponimus: „Quare suavitatis equidem nostrae finiendae causa cuperem te ad id tempus venire, quod dixeras: sed illud malo tamen, quod putas; etenim magni aestimo ἀμφιλαφείαν [immo ἀμφιλαφίαν vel ἀμφιλάφειαν] illam tuam et explicationem debitorum tuorum. Illud quidem sic habeto, nihil nobis expeditis, si valebimus, fore fortunatius. Parva sunt quae desunt, nostris quidem moribus, et ea sunt ad explicandum expeditissima, modo valeamus." Ernestius aliique a vero horum locorum sensu prorsus aberrarunt. Schütz.

Ἀναβολαί, dilationes. „Sed ut ad prima illa redeam, nihil ego illa impudentius, astutius, lentius vidi: libertum mitto: Tito mandavi: σκήψεις atque ἀναβολαί." ad Att. I. 12, 1.

'Αναθεώρησις, consideratio. „Tam tristis et tam atrox est ἀναθεώρησις huius ingentis mali." ad Att. IX. 19, 1. — „Magnam ἀναθεώρησιν res habet." ad Att. XIV. 15, 2. — „Quanta est ἀναθεώρησις!" ad Att. XIV. 16, 2.

'Αναλογία, analogia, similitudo; comparatio, proportio. „Primo me ἀναλογία deceperat: Φλιοῦς, 'Οπους, Σιποῦς." ad Att. VI. 2, 3. — „Id optime assequitur quae Graece ἀναλογία, Latine (audendum est enim, quoniam haec primum a nobis novantur) comparatio proportiove dici potest." Tim. c. 4. Vid. Varr. L. L. IX. p. 135. ed. Steph. Ern. s. L. X. p. 237. Muell.

'Αναντίλεκτος, cui contradici non potest, cui nemo refragari potest. „Opposuisti semel ἀναντίλεκτον causam, Ciceronis nostri valetudinem; conticui: iterum Cicerones; quievi." ad Q. fr. II. 10, 1. Conf. s. v. *'Αντείσακτος.*

'Αναντιφωνησία, taciturnitas, cum alieni nihil respondemus: quam Cicero Verr. I. 31. *taciturnitatem* ipse vocat. „Melior est ἀναντιφωνησία, qua me usurum arbitror." ad Att. XV. 13, 2.

'Αναντιφώνητος, sine responsione. „Ecce autem alia pusilla epistola, quam non relinquam ἀναντιφώνητον." ad Att. VI. 1, 23.

'Αναπάντητον, remotum ab omni occursu. „Inde (volebamus), iter qua maxime ἀναπάντητον esset, ad mare superum." ad Att. IX. 1, 3.

'Αναπολόγητον, quod nulla ratione defendi potest, quod defensione caret. ad Att. XVI. 7, 5.

'Αναφαίνεσθαι, apparere. „Est enim ὑποσόλοικον, cum velim vitare omnium deliciarum suspicionem, repente ἀναφαίνεσθαι non solum delicate, sed etiam inepte peregrinantem." ad Att. II. 10.

"Ανδρ' ἀπαμύνασθαι ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ, me eum virum ulturum, quicunque mihi molestus fuerit." ad Att. II. 9, 3. ex Homeri Il. ω, 369.

'Ανέκδοτα, non edita. „Itaque ἀνέκδοτα, quae tibi una legamus, Theopompio genere aut etiam asperiore multo pangentur." ad Att. II. 6, 2.

'Ανέκδοτος, ineditus. „Librum meum illum ἀνέκδοτον nondum, ut volui, perpolivi." ad Att. XIV. 17, 6.

'Ανεκτόν, tolerandum, tolerabile. „Est illud quidem ἐργῶδες, sed ἀνεκτὸν mihique gratissimum." ad Att. XV. 19, 1.

'Ανεκτότερα, tolerabiliora. „Cetera quidem ἀνεκτότερα erant Asturae." ad Att. XII. 45, 2.

'Ανεμέσητα, nulli reprehensioni obnoxia. „Sed haec, etiamsi non prudenter, tamen ἀνεμέσητα sunt." ad Att. XVI. 7, 2.

'Ανεμέσητον γάρ, caret enim invidia. ad Att. XII. 12, 2.

'Ανεμοφόρητα, levia ac ventis dissipata. „De gladiatoribus, de ceteris, quae scribis ἀνεμοφόρητα, facies me quotidie certiorem." ad Att. XIII. 37, 4.

'Ανεξία, tolerantia. „Sed ego hanc, ut Siculi dicunt, ἀνεξίαν in unum annum meditatus sum." ad Att. V. 11, 5.

Ἀνηθοποίητον, alienum a recta morum conformatione, in quo mores conformari et effingi nequeant." „Nihil ego vidi tam ἀνηθοποίητον, tam adversum a suis, tam nescio quid cogitans." ad Att. X. 10, 6.

Ἄνθη, flores, i. e. loci meliores excerpti; hinc *florilegia.* „Nostrum opus tibi probari laetor: ex quo ἄνθη ipsa posuisti, quae mihi florentiora sunt visa tuo iudicio." ad Att. XVI. 11, 1.

Ἀνθηρογραφεῖσθαι, floride scribi, ornari. „Sunt res difficiles ad explicandum et ὁμοειδεῖς, nec tam possunt ἀνθηρογραφεῖσθαι, quam videbantur." ad Att. II. 6, 1.

Ἀνιστορησία, inscitia historiarum. „O ἀνιστορησίαν turpem!" ad Att. VI. 1, 18.

Ἀνοικεῖον, alienum. „Προσφωνῶ autem (libros de officiis) Ciceroni filio. Visum est non ἀνοικεῖον", i. e. satis aptum hoc mihi visum est, non alienum a filii mei persona. ad Att. XVI. 11, 4.

[*Ἄντα.* Supplendum στῆναι aut ἐλθεῖν, *contra stare, contra progredi.* ad Att. II. 9, 3. Ern. „Si ille cogitat ἄντα" i. e. *si cogitat me oppugnare*, ut intelligatur μάχεσθαι, ut apud Homerum Iliad. ρ, 30. ψ, 686. Schuetz. *Ἄντα* est mera coniectura ab Orellio rursus eiecta.]

Ἀντείσακτος, opposita et obiecta voluntati meae. „Opposuisti semel ἀντείσακτον causam, Ciceronis nostri valetudinem; conticui: iterum Cicerones; quievi." ad Q. fr. II. 10, 1. Sed ἀντείσακτον est e Bessarionis Cod. auctore P. Manutio. P. Victorius autem legebat: ἀναντίλεκτον, *cui contra dici non potest*, et I. Fr. Gronovius: ἀνίατον, (*insanabilem*,) *sonticam*. Ern.

Ἀντίθετα, contraria opposita contrariis. „Semper haec, quae Graeci ἀντίθετα nominant, cum contrariis opponuntur contraria, numerum oratorium necessitate ipsa efficiunt, etiam sine industria." Orator 50, 166.

Ἀντιμυκτηρίζειν, vicissim deridere. „Scis, quam se semper a nobis derisum putet (Cn. Pompeius adolescens): vereor, ne nos rustice gladio velit ἀντιμυκτηρίσαι." C. Cassius ad Fam. XV. 19. 4.

Ἀντιόχεια, Antiochea, Antiochi (philosophi) *praecepta.* „Sunt *Ἀντιόχεια*, quae iste (Varro) valde probat." ad Att. XIII. 12, 3. — „Sunt enim vehementer πιθανὰ Ἀντιόχεια." ad Att. XIII. 19, 5.

Ἀντιόχειος, Antiocheus. „Nemini visa est aptior Ἀντιοχεία (Antiochi philosophi) ratio." ad Att. XIII. 16, 1.

Ἀντιπολιτευομένου χρεωφειλέτης, viri, qui contrariae est in re publica factionis, debitor. „Est enim ἄμορφον, ἀντιπολιτευομένου χρεωφειλέτην esse." ad Att. VII. 8, 5.

Ἀντίπους, oppositos pedes habens, adversa vestigia figens. „Dicitis etiam esse e regione nobis, e contraria parte terrae, qui adversis vestigiis stent contra nostra vestigia, quos *Ἀντίποδας* vocatis." Acad. II. 39, 123.

Ἄνω κάτω, sursum deorsum. „Sed multum et philosophia. *Ἄνω κάτω.* Si quid est, est in Aristo, apud quem eram." ad Att. V. 10,

5. Per ἄνω κάτω ibi significatur schola Academica, quia Academici de omnibus in utramque partem disputare solebant. Similis est interpretatio huius formulae apud Suidam: *Ἄνω κάτω· τὸ πάντα λίθον κινεῖν.* Cicero igitur l. l. cum dicit: *Ἄνω κάτω si quid est, est in Aristo:* significat Aristum illo tempore potissimum Academicae sectae laudem sustinere. Schuetz. Aliter Orellius, quem videas.

Ἄνω ποταμῶν. Supple ex Euripide versum *ἱερῶν χωροῦσι παγαί, sursum versus sacrorum fluminum feruntur fontes.* ad Att. XV. 4, 1. i. e. rerum ordo vertitur. Proverbium de rebus ἀδυνάτοις, quo saepe usi sunt poëtae, e. e. Ovidius Her. V. 30., ubi vid. Interpretes. Ern. Illum locum sic Germanice vertas: *wenn aber auch Corfulenus übergeht, dann kehrt sich die Welt um.* Schuetz.

Ἀξία, vocabulum Stoicum, quod illam rei proprietatem indicat, qua fit aestimabilis et digna quae diligatur aut aliis praeferatur: id, quod facit ut res inter προηγμένα referatur, *pondus dignum aestimatione.* Ern. Immo est *aestimatio* ipsa, id quod apparet ex locis qui sequuntur: „Aestimabile esse dicitur: sic enim, ut opinor, appellemus id, quod aut ipsum secundum naturam sit aut tale quid efficiat, ut selectione dignum propterea sit, quod aliquod pondus habeat dignum aestimatione, quam ille ἀξίαν vocat: contraque inaestimabile, quod sit superiori contrarium." de Finn. III. 6, 20. — „Nam cum aestimatio, quae ἀξία dicitur, neque in bonis numerata sit, neque rursus in malis: quantumcunque eo addideris, in suo genere manebit." de Finn. III. 10, 34.

Ἀξιοπίστως, cum fide, probabiliter. „Nihil ab eo tam ἀξιοπίστως (i. e. tam apposite ad persuadendum) dici, quam alienissimos nos esse a Caesare." ad Att. XIII. 37, 2.

Ἀξίωμα, enuntiatum, effatum, enuntiatio. „Nempe fundamentum dialecticae est, quidquid enuntietur (id autem appellant ἀξίωμα, quod est quasi effatum) aut verum esse aut falsum." Acad. II. 29, 95. — „Explicanda vis est ratioque enuntiationum, quae Graeci ἀξιώματα vocant." de Fato 1, 1. — „Si est motus sine causa, non omnis enuntiatio, quod ἀξίωμα dialectici appellant, aut vera aut falsa erit." de Fato 10, 20. — „Contendit omnes nervos Chrysippus, ut persuadeat omne ἀξίωμα aut verum esse aut falsum." de Fato 10, 21. — „Omne *pronuntiatum* (sic enim mihi in praesentia occurrit, ut appellarem ἀξίωμα, utar post alio, si invenero melius) id ergo est pronuntiatum, quod est verum aut falsum." Tusc. I. 7, 14. — Hodie mathematici cum Aristotele accipiunt pro enuntiato, quod ex se intelligitur: sed Stoici de quovis enuntiato dicebant, quod interdum et facit Aristoteles. V. Menagius ad Laërtium VII. 65. Ern.

Ἀπάθεια, apathia. „Pyrrho autem (censuit), ea (res medias) ne sentire quidem sapientem: quae ἀπάθεια nominatur. Acad. II. 42, 130. ubi alii legunt: quae ἀπαθῆ (i. e. *quae non sentiuntur*) nominantur."

Ἀπαιδευσία, Mangel an Bildung, de eo, qui litteris et doctrina non est excultus. „Erat hominibus nota non illa quidem ἀπαιδευσία, sed in iis rebus ἀτριψία." ad Att. XIII. 16, 1.

'Απαλαίστρους (alii *ἀπαλαίστους*), *palaestrae expertes*, a voce *παλαίστρα*. „Qualis eorum motus, quos *ἀπαλαίστρους* Graeci vocant, talis horum mihi videtur oratio, qui non claudunt numeris sententias." Orator 68, 229.

'Απάντησις, *occursus, obviam itio.* „Quas fieri censes *ἀπαντήσεις* ex oppidis, quos honores!" ad Att. VIII. 16, 2. — „Ne ad urbem *ἀπάντησις* mea animadvertatur." ad Att. IX. 7, 2. — „Mirifica *ἀπάντησις* et cohortatio." ad Att. XVI. 11, 6.

"Απαξ θανεῖν, *semel mori.* ad Q. fr. I. ep. 2. c. 4, 13. ex Aeschyli Prometh. vinct. v. 749: *Κρεῖσσον γὰρ εἰσάπαξ θανεῖν ἢ τὰς ἁπάσας ἡμέρας πάσχειν κακῶς.*

'Απαῤῥησίαστος, *libertate dicendi carens.* „Scit *ἀπαῤῥησίαστον* esse in ea causa querelam suam." ad Att. IX. 2 A, 2.

'Απειρία, *infinitio.* „Infinitio ipsa, quam *ἀπειρίαν* vocant, tota ab illo (Democrito) est." de Finn. I. 6, 21. Est vocabulum Epicureum. Epicurus autem ita appellabat infinitum illud spatium, in quo atomi ex opinione eius ab aeterno movebantur, ex quarum fortuita concursione hoc universum extiterit. Ern. Conf. de Finn. I. 6, 17.

'Απόγραφα, *apographa*, descripta ex aliorum libris. „De lingua Latina securi es animi, dices, qui talia describis: *ἀπόγραφα* sunt: minore labore fiunt: verba tantum affero, quibus abundo." ad Att. XII. 52, 3. Sic appellat libros suos Latinos de philosophia e Graecis haustos et paene descriptos. Ern.

'Απόδειξις, *argumenti conclusio.* „Itaque argumenti conclusio, quae est Graece *ἀπόδειξις*, ita definitur: Ratio, quae ex rebus perceptis ad id, quod non percipiebatur, adducit." Acad. II. 8, 26.

'Αποδυτήριον, *locus, ubi lavaturi deponebant vestimenta in balneis.* Vid. Gesnerum V. Cel. ad Varr. R. R. II. 1. et qui ibi laudantur. Ern. „Iam *ἀποδυτηρίῳ* nihil alsius, nihil muscosius." ad Q. fr. III. ep. 1. c. 2, 5.

'Αποθέωσις, *consecratio*, per quam in numerum deorum veniunt. „Videsne consulatum illum nostrum, quem Curio antea *ἀποθέωσιν* vocabat, si hic factus erit, fabam mimum futurum." ad Att. I. 16, 13. — „Insula Arpinas habere potest germanam *ἀποθέωσιν*: sed vereor, ne minorem *τιμὴν* habere videatur *ἔκτροπος.*" ad Att. XII. 12, 1. Conf. s. v. *"Εκτροπος*. — „Sepulcri similitudinem effugere non tam propter poenam legis studeo, quam ut maxime assequar *ἀποθέωσιν.*" ad Att. XII. 36, 1. — „Multa mihi *εἰς ἀποθέωσιν* in mentem veniunt." ad Att. XII. 37, 4.

'Αποκαρτερῶν, *inedia mortem sibi consciscens.* „Eius autem, quem dixi, Hegesiae liber est, *'Αποκαρτερῶν*, quod a vita quidam per inediam discedens revocatur ab amicis; quibus respondens vitae humanae enumerat incommoda." Tusc. I. 34, 84. *'Αποκαρτερεῖν* dicuntur, qui inedia mortem sibi voluntariam consciscunt, ut Atticus fecit apud Nepotem. Hegesias itaque Cyrenaicus librum suum, in quo de morte contemnenda ita scripserat, ut eo lecto multi sibi mortem consciscerent, inscripsit *ἀποκαρτεροῦντα*, quod in eo quidam inducebatur,

qui, cum vellet e vita per inediam discedere et ab amicis revocaretur, iis respondens vitae humanae incommoda enumerat. Ern.

Ἀπολιτικώτατος, *civilis gubernationis maxime expers*, *rei publicae gerendae inscius*. „Quem ego hominem ἀπολιτικώτατον omnium iam ante cognoram, nunc vero etiam ἀστρατηγικώτατον." ad Att. VIII. 16, 1.

Ἀπολογισμὸν συντάξομαι, *defensionem componam*. „Ego vero istum ἀπολογισμὸν συντάξομαι, sed ad eorum aliquem, quibus invitis et dissuadentibus profectus sum." ad Att. XVI. 7, 3.

Ἀποπροηγμένον, *reiectum*, *reiectaneum*. „Itemque hinc esse illud exortum, quod Zeno προηγμένον, contraque quod ἀποπροηγμένον nominavit, cum uteretur in lingua copiosa factis tamen nominibus ac novis. — — — Ut enim, inquit, nemo dicit in regia regem ipsum quasi *productum* esse ad dignitatem (id enim est προηγμένον), sed eos, qui in aliquo honore sint, quorum ordo proxime accedit, ut secundus sit ad regium principatum: sic in vita non ea, quae primario loco sunt, sed ea, quae secundum locum obtinent, προηγμένα, id est, *producta* nominentur. Quae vel ita appellemus (id erit verbum e verbo), vel *promota*, vel, ut dudum diximus, *praeposita* vel *praecipua*, et illa *reiecta*. Re enim intellecta in verborum usu faciles esse debemus." de Finn. III. 15, 51 — 16, 52. — „Ista, quae dixisti, valere, locupletem esse, non dolere, bona non dico, sed dicam Graece προηγμένα: (Latine autem *producta*: sed *praeposita* aut *praecipua* malo; sic tolerabilius et mollius) illa autem, morbum, egestatem, dolorem, non appello mala, sed, si libet, *reiectanea* (ἀποπροηγμένα)." de Finn. IV. 26, 72. — „Itaque nullum est ἀποπροηγμένον, quod non verear." ad Fam. IX. 7, 2. — Stoici cum nollent boni malique loco ponere quidquam praeter virtutem et turpitudinem, ceteras res, quibus non potest eodem modo animus humanus moveri, tamquam valetudinem rectam, morbum, dolorem, voluptatem, vitam, mortem, divitias, paupertatem cet. distribuebant in προηγμένα et ἀποπροηγμένα, h. e. dignas, quae deligerentur vel repudiarentur, ut v. c. valetudo recta προηγμένον esset, morbus ἀποπροηγμένον. Ern.

Ἀπορία, *dubitatio*. „Itaque a te nihil dum certi exquiro, sed quid videatur. Denique ipsam ἀπορίαν tuam cupio cognoscere." ad Att. VII. 12, 4. — „Mira me ἀπορία torquet." ad Att. VII. 21, 3. — „Quod scribis te nescire, quid nostris faciundum sit: iam pridem me illa ἀπορία sollicitat." ad Att. XV. 4, 2. — „Nunquam in maiore ἀπορίᾳ fui." ad Att. XVI. 8, 2.

Ἀπορῶ, *dubito*. „Quale tibi consilium Pompeii videtur? Ego enim ἀπορῶ." ad Att. VII. 11, 3. — „Quid si, inquis, Lepidus et Volcatius discedunt? plane ἀπορῶ." ad Att. IX. 10, 7. — „Nunc autem ἀπορῶ, quo me vertam." ad Att. XIII. 13, 2.

Ἀποσπασμάτια, *fragmenta*. „Sunt praeterea duae breves (orationes) quasi ἀποσπασμάτια legis agrariae." ad Att. II. 1, 3.

Ἀπότευγμα, *spei frustratio*, *infelix successus*. „Ἀπότευγμα formido: addo etiam malevolentiam hominum; et timeo, ne illi me ac-

cusante aliquid accidat: nec despero rem et sine me et nonnihil per me confici posse." ad Q. fr. III. 2, 2. — „Quare nihil tibi opus est illud a Trabea, sed potius ἀπότευγμα meum." ad Fam. IX. 21, 1. — „Ubi enim ἐπίτευγμα magnum nullum fieri possit, ἀπότευγμα vel non magnum molestum futurum sit, quid opus est παρακινδυνεύειν?" ad Att. XIII. 27, 1.

Ἀποτόμως, *praecise*, *acerbe*, *aspere*. Vectienus „ἀποτόμως ad me scripserat de nummis curandis." ad Att. X. 11, 5. — Dictum est a medicis, qui secant et urunt, et ἀπότομοι dicuntur. Vid. Cuperus Obss. II. 17. Ern.

Ἀπότριψαι, *abstergito*. „Aliquando ἀπότριψαι quartanam istam diligentia, quae in te summa est." ad Att. VII. 5, 5.

Ἀποφατικά, *negantia*. „Sunt etiam illa valde contraria, quae appellantur negantia. Ea ἀποφατικά Graeci, contraria aientibus (τοῖς καταφατικοῖς), ut: Si hoc est, illud non est." Top. 11, 49.

Ἀποφθέγματα, *acute* aut *facete dicta*. „Audio Caesarem, cum volumina iam confecerit ἀποφθεγμάτων, si quod afferatur ad eum pro meo, quod meum non sit, reiicere solere." ad Fam. IX. 16, 4. — „Multa multorum facete dicta, ut ea, quae a sene Catone collecta sunt, quae vocant ἀποφθέγματα." de Offic. I. 29, 104.

Ἀππιάς, cognomen Minervae a Cicerone fictum: „Me puto non invita Minerva id facturum, quam quidem ego, si forte de tuis sumpsero, non solum *Παλλάδα*, sed etiam *Ἀππιάδα* nominabo." ad Fam. III. 1, 1. Scripsit haec ironice ad Appium Claudium.

Ἀπρακτότατος, *rebus agendis ineptissimus*. „Ille alter uno minus vitio vitiosus: quod iners, quod somni plenus, quod imperitus, quod ἀπρακτότατος, sed voluntate ita καχέκτης, ut Pompeium post illam contionem, in qua ab eo senatus laudatus est, odisse coeperit." ad Att. I. 14, 6.

Ἀπροσδιόνυσον, *absurdum*, *ineptum*, *alienum*. „Nihil tam ἀπροσδιόνυσον mihi primo videbatur quam ad eas litteras, quibus ego a te consilium petieram, te mihi ista rescribere." ad Att. XVI. 13a, 1.

Ἀπρόσιτος, *inaccessus*. „Insidiatoribus eius ἀπρόσιτον me, non modo ἀδωροδόκητον, praebui." ad Att. V. 20, 6.

Ἀπροσφώνητος, *insalutatus*. „Omnes nos ἀπροσφωνήτους relinquebat." ad Att. VIII. 8, 1.

Ἀργὸς λόγος, *ignava ratio*. „Nec nos impediet illa ignava ratio, quae dicitur: appellatur enim quidam a philosophis ἀργὸς λόγος, cui si pareamus, nihil omnino agamus in vita." de Fato 12, 28. Est genus sophismatis, quod inde nomen traxit, quod credebatur homines eo deceptos ignavos et otiosos reddere. Est enim huiusmodi, ut est apud Ciceronem de Fato c. 12. „Si fatum tibi est, ex hoc morbo convalescere, sive medicum adhibueris, sive non, convalesces" cet. Hoc sophismate utebantur in disputationibus de libertate, fato. De eo egregie Facciolatus Acroas. V. Ern.

Ἄρειος πάγος, *rupes Martia*, *Areopagus*, ubi senatus Atheniensis conveniebat, unde et pro senatu ipso dicitur et eius conventu,

iudicio. „Romanae autem se res sic habent: Senatus Ἄρειος πάγος; nihil constantius, nihil severius, nihil fortius." ad Att. I. 14, 5.

Ἀρετὴ non est διδακτόν, *virtus non est res, quae tradi et doceri possit.* ad Att. X. 12, 7. De quo est Aeschinis dialogus I. Ern.

Ἄρη πνέων, *Martem spirans*, de iis dicitur, qui ipso vultu crudelitatem aliquam et saevitiam prae se ferunt. Ex Aeschyli Agam. v. 387. Ern. „Sed minantur tamen, in primisque Ἄρη πνέων Q. Scaevola." ad Q. fr. III. 4, 6.

Ἀριστεία, *praeclarum facinus*, dignum ἀριστείῳ, h. e. praemio, quod dari solet iis, qui ἀριστεύουσιν, i. e., rem praeclaram gerunt. „O Dolabellae nostri magnam ἀριστείαν!" ad Att. XIV. 16, 2. — „Metuo, ne qua ἀριστεία me absente." ad Att. XVI. 9. — Ἀριστείαν priore loco appellat Dolabellae eos. facinus, cum columnam in Caesaris sepulcro evertisset: de quo in Philippicis passim. Ern.

Ἀριστοκρατικῶς, *accommodate ad statum et sensum optimatium.* „Tum Pompeius μάλ' ἀριστοκρατικῶς locutus est, senatusque auctoritatem sibi omnibus in rebus maximam videri semperque visam esse respondit, et id multis verbis." ad Att. I. 14, 2. — „In eo libro (libro tertio de consulatu suo) multa sunt scripta ἀριστοκρατικῶς." ad Att. II. 3, 3.

Ἀριστοτέλειος, *Aristotelicus.* „Quae autem his temporibus scripsi, Ἀριστοτέλειον morem habent." ad Att. XIII. 19, 4.

Ἀριστοτέλης, *Aristoteles.* ad Att. IV. 16, 2. Vid. Onomastic. s. h. v.

Ἀριστοτέλους, *Aristotelis*, scil. *suasio*. „Mecum habeo et Ἀριστοτέλους et Θεοπόμπου πρὸς Ἀλέξανδρον." ad Att. XII. 40, 2. Conf. ad Att. XIII. 28, 2: „Quae sunt ad Alexandrum hominum eloquentium et doctorum suasiones, vides quibus in rebus versentur."

Ἀρκαδίαν. Hexameter integer sic habet: Ἀρκαδίαν μ' αἰτεῖς, μέγα μ' αἰτεῖς, οὔ τοι δώσω, *Arcadiam me poscis, rem magnam me poscis, nequaquam dabo.* Proverbium, cum quis petit, quod fieri non potest aut difficillimum est. Is versus oraculo editus est, de quo Herodotus l. I. c. 66. p. 26. ed. Steph. Ern. „Quod mihi mandas de Quinto regendo, Ἀρκαδίαν." ad Att. X. 5, 2.

Ἄρκτοι, *ursae*, duae stellae, quarum altera *Ursa maior*, altera *Ursa minor* appellatur. „Hunc (polum) circum ἄρκτοι duae feruntur, nunquam occidentes." de Nat. Deor. II. 41, 105.

Ἁρμονία, *concentio*. „Est autem unus (animus) ex omnibus rationis concentionisque (ἁρμονία graece) sempiternarum rerum et sub intelligentiam cadentium compos et particeps." Tim. c. 8.

Ἀῤῥωστήματα, *aegrotationes*. Vocabulum Stoicum, ex arte medica translatum et traductum ad animum; in quo genere translationis nimii erant Stoici, in primis Chrysippus. In animo itaque, ut in corpore, esse dicebat νοσήματα et ἀῤῥωστήματα, quae ex perturbationibus existerent, cum inveterassent penitusque insedissent, tamquam avaritiam, gloriae cupiditatem, mulierositatem. Differunt autem νόσημα et ἀῤῥώστημα gradu. Ern. „Ex perturbationibus primum *morbi* con-

ficiuntur, quae vocant illi νοσήματα, eaque, quae sunt eis morbis contraria, quae habent ad res certas vitiosam offensionem atque fastidium: deinde *aegrotationes*, quae appellantur a Stoicis ἀῤῥωστήματα, hisque item oppositae contrariae offensiones." Tusc. IV. 10, 23.

Ἀρχέτυπον. „Mihi, etsi Kalendae vitandae fuerunt, Nicasionumque ἀρχέτυπα fugienda conficiendaeque tabulae, nihil tamen tanti, ut a te abessem, fuit." ad Att. XII. 5, 4. — „Idem σύνταγμα misi ad te retractatius, et quidem ἀρχέτυπον ipsum crebris locis inculcatum et refectum." ad Att. XVI. 3, 1. — Est proprie *exemplar primigenium*. Hunc sensum habet L. XVI. ep. 3. nam ibi dicit, se remittere σύνταγμα retractatum, non ἀπόγραφον ab exemplo primo, sed ipsum ἀρχέτυπον, crebris locis inculcatum et refectum. Sed L. XII. 5. ἀρχέτυπα *Nicasionum*, sive, ut I. F. Gronovio recte placebat, νεοεικοστώνων, sunt *tabulae eorum, qui recens mancipes sunt facti*, sive *redemerunt vicesimas*, similes his, quas quivis pater familias diligens conficiebat. Ern. Nempe Lambinus et Popma *Nicasiones* argentarios et feneratores esse putarunt, quod sane est veri simile. Et Popma quidem monuit *Nicasio* esse nomen proprium, quod etiam apud Ciceronem Verr. IV. occurrat. Bosio placebat *Neoeicasionum*, ut sit fictum nomen ex νέος et εἰκάζειν, quasi dicantur novi priscarum tabularum refectores. Cui quidem rationi multum praeferenda est I. F. Gronovii sententia, qui ad h. l. „Lege, inquit, Νεοεικοστώνων ἀρχέτυπα. hoc sensu: Etsi fuit ratio, cur Kalendis Romae non essem, nimirum ne inter primos essem in tabulis novorum publicanorum, qui vicesimam exigunt. Εἰκοστώνης est emptor vel manceps vicesimae, qui vicesimam conduxit, vicesimarius. Vid. Lips. excurs. ad XIII. annal. Taciti, ubi ex Arriano glossae, non ex his ille corrigendus. Εἰκοστώνης ὁ τὰς εἰκοστὰς ἀπαιτῶν, *vicesimarius*." Hactenus ille. Ego vero cum Mongaltio in versione harum epistolarum Gallica Lambini et Popmae sententiam sequor totumque locum sic interpretor: mihi ob aes alienum nondum expeditum Kalendae vitandae fuerunt (tristes scil. debitoribus) et Nicasionum ἀρχέτυπα fugienda (i. e. tabulae, in quibus feneratores debitorum nomina consignabant) conficiendaeque tabulae h. e. pecunia alia mutuo sumenda, ut versura solvere possim. S.

Ἀρχή, *initium*. „Δυσουρία tua mihi valde molesta. Medere, amabo, dum est ἀρχή." ad Att. X. 10, 3.

Ἀσαφέστερος, *obscurior*, in scribendo. „Fui fortasse ἀσαφέστερος." ad Att. XIII. 25, 2.

Ἀσελγής, *lascivus*, *delicatus*. „Quantam porro mihi exspectationem dedisti convivii istius ἀσελγοῦς." ad Att. II. 12, 2.

Ἀσμενέστατα, *libentissime*. „Te autem ἀσμενέστατα intexui, faciamque id crebrius." ad Att. XIII. 22, 1.

Ἀσμένιστος, *gratissimus*. „Confido igitur adventum nostrum illi, quoquo tempore fuerit, ut scribis, ἀσμένιστον fore." ad Att. IX. 2 A, 2 et IX. 10, 9.

Ἄσπονδον, *quod indutiis dirimi nequit*, *implacabile*. „Sin (Pompeius) Italiam relinquit, ad posterum bellum ἄσπονδον strui exi-

stimo. Huius igitur belli ego particeps et socius et adiutor esse cogor, quod et ἄσπονδον est et cum civibus." ad Att. IX. 10, 5.

Ἀστρατήγητος, artis imperatoriae ignarus. „Quorum dux quam ἀστρατήγητος, tu quoque animadvertis." ad Att. VII. 13a, 1.

Ἀστρατηγικώτατος, artis imperatoriae maxime ignarus. „Quem ego hominem ἀπολιτικώτατον omnium iam ante cognoram, nunc vero etiam ἀστρατηγικώτατον." ad Att. VIII. 16, 1.

Ἀσφάλεια, securitas, tutum praesidium adversus vitae pericula. „Nihil me turpius apud homines fuisset; neque vero ad istam ipsam ἀσφάλειαν quidquam alienius." ad Att. II. 19, 4. — „Romamne venio, an hic maneo, an Arpinum — ἀσφάλειαν habet is locus — fugiam?" ad Att. XVI. 8, 2.

Ἀσφαλές, tutum. „Itaque dubito an Venusiam tendam et ibi exspectem de legionibus: si aberunt, ut quidam arbitrantur, Hydruntem, si neutrum erit ἀσφαλές, eodem revertar." ad Att. XVI. 5, 3.

Ἀσώματος, sine corpore, corporis expers. „Quod vero sine corpore ullo deum velt esse (Plato), ut Graeci dicunt, ἀσώματον: id quale esse possit, intelligi non potest." de Nat. Deor. I. 12, 30.

Ἀταραξία, status mentis perturbatione vacuus. „Ἡδονὴν et ἀταραξίαν virtute, iustitia, τῷ καλῷ parari, et verum et probabile est." ad Fam. XV. 19, 2.

Ἄτεχνος, artis expers. „Graeci tales argumentationes ἀτέχνους vocant, id est, artis expertes." Top. 4, 24.

Ἀτωλία, defectus solutionis (Insolvenz), cum quis solvendo non est. „Cum ex Dolabellae ἀτωλίᾳ magna desperatione affectus essem, ecce tibi et Bruti et tuae litterae." ad Att. XIV. 19, 1.

Ἄτομοι, atomi, corpora individua. „Ille (Democritus) ἀτόμους quas appellat, id est, corpora individua propter soliditatem, censet in infinito inani, in quo nihil nec summum nec infimum nec medium nec ultimum nec citimum sit, ita ferri, ut concursionibus inter se cohaerescant: ex quo efficiantur ea, quae sint quaeque cernantur, omnia; eumque motum atomorum nullo a principio, sed ex aeterno tempore, intelligi convenire." de Fin. I. 6, 17.

Ἀτοπώτατον, absurdissimum; alienissimo loco positum. ad Att. XV. 26, 1.

Ἀτριψία, imperitia. „Erat hominibus nota non illa quidem ἀπαιδευσία, sed in iis rebus ἀτριψία." ad Att. XIII. 16, 1.

Ἀττικισμός, Atticismus sive orationis lepos. „Ille Latinus ἀττικισμὸς ex intervallo regustandus." ad Att. IV. 17, 1.

Ἀττικώτατα, quae maxime sunt Attica. „Sed si recordabere Δημοσθένους fulmina, tum intelliges posse et ἀττικώτατα gravissime dici." ad Att. XV. 1 B, 2.

Ἀττικώτερα, magis Attica. „Quae laudas ex orationibus, mihi crede, valde mihi placebant, sed non audebam antea dicere; nunc vero, quod a te probata sunt, multo mi ἀττικώτερα videntur." ad Att. I. 13, 5.

Ἄτυφος, sine ambitione, sine fastu. „In quo (triumpho) nec

me *κενὸν* in expetendo cognosces nec *ἄτυφον* in abiiciendo." ad Att. VI. 9, 2.

Αὐθεντικῶς, *cum auctoritate*, *certo auctore*. „Atque eum loqui quidam *αὐθεντικῶς* narrabat" cet. ad Att. IX. 14, 2. — „Id enim *αὐθεντικῶς* nuntiabatur." ad Att. X. 9, 1.

Αὐθωρεί, *illa ipsa hora*. „Facinus indignum, epistolam *αὐθωρεὶ* tibi a Tribus Tabernis rescriptam ad tuas suavissimas epistolas neminem reddidisse!" ad Att. II. 13, 1.

Αὔξησις, *auctio*, *amplificatio*. „Sunt maxime luminosae et quasi actuosae partes (orationis) duae: quarum alteram in universi generis quaestione pono, quam (ut supra dixi) Graeci appellant *θέσιν*: alteram in augendis amplificandisque rebus, quae ab eisdem *αὔξησις* est nominata." Orator 36, 125.

Αὐτάρκεια, *animus parvo contentus*. „Animus parvo contentus, quae virtus dicitur *αὐτάρκεια*. Quae cum Latine uno verbo dici non potest, *αὐτάρκεια*, inquit Cicero, *est*, *quae parvo contenta omne id respuit*, *quod abundat*." Scholiastes Cruquianus ad Horat. Sat. 2, 6, 79. p. 484. Cruq. Cic. Frgm. p. 581.

Αὐτίκα γάρ τοι ἔπειτα μεθ' Ἕκτορα πότμος ἑτοῖμος, *Statim enim tibi deinde post Hectorem mors parata*. ad Att. IX. 5, 3. Sic apud Homerum Iliad. σ, 96. Thetis filium suum Achillem alloquitur, cui ille statim v. 98. respondet:

Αὐτίκα τεθναίην, ἐπεὶ οὐκ ἄρ' ἔμελλον ἑταίρῳ Κτεινομένῳ ἐπαμῦναι. Utinam statim moriar, *cum non potui socio*, (Patroclo,) *cum interficeretur*, *opem ferre*. ad Att. IX. 5, 3.

Αὐτονομία, *facultas et libertas suis utendi legibus*. Graeci „se *αὐτονομίαν* adeptos putant." ad Att. VI. 1, 15. — „Omnes (civitates) suis legibus et iudiciis usae, *αὐτονομίαν* adeptae, revixerunt." ad Att. VI. 2, 4.

Αὐτόγατα. Vid. *Παραφύλαξον*.

Αὐτόχθων, *nativus et indigena*. Opponuntur *αὐτόχθονες* iis, qui per coloniam in regionem aliunde ducti sunt. „*Αὐτόχθων* in homine urbanitas est." ad Att. VII. 2, 3.

Αὐτῷ τῷ μέτρῳ καὶ λώϊον, αἴκε δύνηαι, *eadem mensura et melius*, *si modo possis*. „Ego autem me parabam ad id, quod ille mihi misisset, ut *αὐτῷ τῷ μέτρῳ καὶ λώϊον*, si modo potuissem. Nam hoc etiam Hesiodus adscribit, *αἴκε δύνηαι*." ad Att. XIII. 12, 3. Hesiodus Opera et Dies v. 349:

Εὖ μὲν μετρεῖσθαι παρὰ γείτονος, εὖ δ' ἀποδοῦναι,
Αὐτῷ τῷ μέτρῳ καὶ λώϊον, αἴκε δύνηαι.

Ἀφαίρεσις. Vid. *Ἐξ ἀφαιρέσεως*.

Ἄφατα, *non dicenda*. „Scit enim, quae ille de hoc: mecum quidem *ἄφατα* olim." ad Att. XV. 19, 2.

Ἄφατα, *ἀδιήγητα*, *non dicenda*, *non narranda*. „Multa *ἄφατα*, *ἀδιήγητα*, sed unum eiusmodi, quod, nisi exercitus sciret, non modo Tironi dictare, sed ne ipse quidem auderem scribere." ad Att. XIII. 9, 1.

Ἀφελέστατος, simplicissimus i. e. nihil fingens, nihil dissimulans, sine fallaciis et fuco. „Abest frater ἀφελέστατος et amantissimus." ad Att. I. 18, 1.

Ἀφελῶς, simpliciter, (non tecte). „Quam multa (putas) ipsum ἀφελῶς mecum in sermone ita protulisse: „id mihi non placuit: monui, suasi, deterrui?" ad Q. fr. I. ep. 2. c. 1, 3. — „Tu scelestе suspicaris, ego ἀφελῶς scripsi." ad Att. VI. 1, 8. — „Sed tamen ἀφελῶς percontando de nominibus Milonis — aliquid tu proficies." ad Att. VI. 7, 1.

Ἀφίδρυμα, fanum. „Ad id autem, quod volumus, ἀφίδρυμα, nihil aptius videtur quam lucus, quem ego horam." ad Att. XIII. 29, 2.

Ἀφιλόδοξος, ambitione vacans. „Quin etiam, quod est subinane in nobis et non ἀφιλόδοξον — bellum est enim sua vitia nosse — id afficitur quadam delectatione." ad Att. II. 17, 2.

Ἀφομιλεῖν, a consuetudine vel colloquio alicuius separare se. „Demetrius venit ad me: quo quidem comitatu! Ἀφωμίλησα: satis scis." ad Fam. XVI. 17, 2.

Ἄφρακτα, naves non tectae sed apertae. „Ἄφρακτα Rhodiorum et δίκροτα Mytilenaeorum habebam et aliquid ἐπικώπων." ad Att. V. 11, 4. — „Iam nosti ἄφρακτα Rhodiorum: nihil, quod minus fluctum ferre possit." ad Att. V. 12, 1. — „Recordor enim, aestate cum illo Rhodiorum ἀφράκτῳ navigans quam fuerim sollicitus." ad Att. X. 11, 4. — Opponuntur κατάφρακτα, quae *constratae* Caesari vocantur de Bello Civili. De iis vid. Scheff. de re nav. p. 150. Ern.

Ἀφωμίλησα. Vid. Ἀφομιλεῖν.

Ἀχαριστία, ingratus animus. „Ita meruisse illum de me puto, ut ἀχαριστίας crimen subire non audeam." ad Att. IX. 7, 4.

B.

Βαθύτης, profunda taciturnitas. „Ne βαθύτης mea, quae in agendo apparuit, in scribendo sit oculatior et aliquid satisfactio levitatis habere videatur." ad Att. IV. 6, 3. — „Itaque admirabere meam βαθύτητα, cum salvi redierimus: tanta mihi μελέτη huius virtutis datur." ad Att. V. 10, 3. — „Quod meam βαθύτητα in Appio tibi probo, vehementer gaudeo." ad Att. VI. 1, 2. — Sallustius Iug. 105. *altitudinem ingenii* vocat, quae est eorum, quorum consilia assequi non possumus, qui valde tegunt suos sensus. v. Turneb. Adversar. III. 15., quem ad Sall. l. c. laudat Cortius. Polybius in Excerpt. Virt. et Vit. p. 1441. vocat βάθος. ubi vid. Vales. Sic Ovid. Am. II. 4, 16. *ex alto dissimulare.* ubi v. Burman., qui recte de profundo silentio intelligit. Tunstallus in Epist. ad Middleton. p. 144. interpretatur *prudentiam*. Ern.

Βεβίωται, vita (feliciter) acta est. „Verum, si quaeris, homini non recta, sed voluptaria quaerenti, nonne βεβίωται;" ad Att. XII.

2, 2. — „Sed mihi quidem βεβίωται. Viderint iuvenes." ad Att. XIV. 21, 3. — *Vixi!* Virgil. Aen. IV. 653. Ern.

Βιβλιοθήκη, *bibliotheca.* „Dionysius, servus meus, qui meam βιβλιοθήκην multorum nummorum tractavit, cum multos libros surripuisset, aufugit." ad Fam. XIII. 77, 3.

Βλάμματα, *detrimenta.* „Ut conservetur omnis homini erga hominem societas, coniunctio, caritas; et emolumenta et detrimenta, (quae ὠφελήματα et βλάμματα appellant) communia esse voluerunt: quorum altera prosunt, nocent altera." de Finn. III. 21, 69.

Βλάσφημα, *quae mali sunt ominis.* „Sed βλάσφημα mittamus." ad Att. XV. 11, 4. *Εὔφημα* contra *bene ominata* dicuntur. Vid. Casaub. ad Theophr. Charact. c. 19. Ern.

Βουλευτήριον, *curia.* „Curia Syracusis, quem locum illi βουλευτήριον vocant." Verr. lib. II. 21, 50.

Βούλησις, *voluntas.* „Simul obiecta species cuiuspiam est, quod bonum videatur, ad id adipiscendum impellit ipsa natura. Id cum constanter prudenterque fit, eiusmodi appetitionem Stoici βούλησιν appellant, nos appellamus voluntatem." Tusc. IV. 6, 12.

Βούλυσις, *vespera*, *tempus quo boves ab aratro solent solvi.* „Adventabat autem βουλύσει coenantibus nobis." ad Att. XV. 27, 3. — Ex Homero intelligi potest, veteres tempora diei appellasse ab iis rebus, quae agi solerent. Et quoniam rustica tunc temporis vita erat hominum, ab opere rustico nomina partibus diei tribuerunt. Vespera igitur dicta βούλυσις sive βουλυτόν, quod est Illiad. π. v. 779. v. Schol. Ern.

Βοῶπις, *magnis iisque perpulchris oculis praedita.* Iunonis epitheton Homericum. „Illum vero (dialogum), qui nondum habitus est, quem illa βοῶπις, cum e Solonio redierit, ad te est relatura, sic velim putes, nihil hoc posse mihi esse iucundius." ad Att. II. 9, 1. — „De lituis βοώπιδος." ad Att. II. 12, 2. — „Quantam tu mihi moves exspectationem — de colloquio Βοώπιδος." ad Att. II. 14, 1. — ad Att. II. 22, 5. II. 23, 3. Significatur Clodia, quam Clodius iure eandem sororem appellare poterat et uxorem, sicut Iuno, quae βοῶπις ab Homero saepe dicitur, Iovis erat et soror et coniux. Sic interpretatus est P. Victorius.

Γ.

Γαυριῶ, *glorior.* „Nepotis epistolam exspecto. Cupidus ille meorum? qui ea, quibus maxime γαυριῶ, legenda non putet." ad Att. XVI. 5, 5.

Γέλως Σαρδάνιος (al. *Σαρδόνιος*), *Sardanius risus.* „Videris enim mihi vereri, nisi istum habuerimus, rideamus γέλωτα σαρδάνιον (σαρδόνιον)." ad Fam. VII. 25, 1. Proverbium de iis, qui ridendo sibi nocivum concitant periculum. Servius ad Virgil. Ecl. VII. 41. „In Sardinia nascitur quaedam herba, quae Sardea dicitur, ut Salustius dicit, apiastri similis. Haec comesa hominum rictus dolore con-

trahit, et quasi ridentes interimit." Inde igitur multi putarunt dictum esse *Γέλωτα Σαρδόνιον.* Alii potius a *σεσηρέναι*, *rictum diducere*, derivandum esse censuerunt, unde porro factum *διασαρδονεῖν.* Schuetz.

Γενικῶς, *generaliter*, *omnino*, *sine exceptione.* „Locutus ita est in senatu, ut omnia illius ordinis consulta *γενικῶς* laudaret." ad Att. I. 14, 2.

Γενικώτερον, *generalius.* „Cum tu ad me quaedam *γενικώτερον* scripsisses." ad Att. IX. 10, 6.

Γέροντες, *senes.* „Lycurgus *γέροντας* Lacedaemone appellavit, nimis is quidem paucos, XXVIII, quos penes summam consilii voluit esse, cum imperii summam rex teneret: ex quo nostri idem illud secuti atque interpretati, quos *senes* ille appellavit, nominaverunt *senatum.*" de Rep. II. 28, 50.

Γεροντικόν, *senile*; *γεροντικώτερον*, *senilius.* „Sed quod scribis, *igniculum matutinum γεροντικόν*, *γεροντικώτερον* est memoriola vacillare." ad Att. XII. 1, 2.

Γεωγραφικά, *commentarii de terrae descriptione*, *Geographica.* „Etenim *γεωγραφικά*, quae constitueram, magnum opus est." ad Att. II. 6, 1.

Γεωμετρικῶς, *geometrice*, i. e. non minus certa ratione quam qua geometrae utuntur, *mit mathematischer Gewissheit.* „Hunc Fannium, qui scripsit historiam, generum esse scripseram Laelii: sed tu me *γεωμετρικῶς* refelleras." ad Att. XII. 5, 3.

Γῆ μήτηρ, *Terra mater.* „Mater autem est a gerendis frugibus Ceres, tamquam Geres: casuque prima littera itidem immutata, ut a Graecis: nam ab illis quoque *Δημήτηρ* quasi *Γῆ μήτηρ* nominata est." de Nat. Deor. II. 26, 67.

Γῆν πρὸ γῆς, *terram pro terra.* „Haec et alia ferre non possum. Itaque *γῆν πρὸ γῆς* cogito. Tua tamen *ὑπηνέμιος.*" ad Att. XIV. 10, 1. *Γῆν πρὸ γῆς* cogitare dicitur, qui solum vertere et ex alia terra in aliam, et quidem semper proximam quamque, fugere cogitat. Vid. Manutius ad h. l., qui ex Aeschylo haec verba desumpta putat. Ern. Exempla huius locutionis congessit Blomfield in Glossar. ad Prometh. vinct. vs. 703. p. 137. ed. Lips.

Γλαῦκ᾽ εἰς Ἀθήνας, *Noctuam Athenis.* Proverbium de iis, qui superflua afferunt, quia Athenis non solum magna noctuarum copia erat, sed in nummis quoque noctuae insculpi solebant. Schuetz. „Ego te libenter, ut rogas, quibus rebus vis, adiuvabo, et tibi versus, quos rogas, *γλαῦκ᾽ εἰς Ἀθήνας* mittam." ad Q. fr. II. 16, 4. — „Sed rursus *γλαῦκ᾽ εἰς Ἀθήνας*, qui ad te haec." ad Fam. VI. 3, 4. — „Sed quid ego nunc haec ad te, cuius domi nascuntur? *γλαῦκ᾽ εἰς Ἀθήνας.*" ad Fam. IX. 3, 2.

Γλίσχρως, *parce*, *tenuiter.* „Xenonem perexigue et *γλίσχρως* praebere." ad Att. XVI. 1, 5.

Γλυκύπικρον, *dulce et amarum.* „*Γλυκύπικρον* illud confirmas, moram mihi nullam fore." ad Att. V. 21, 4.

Γνῶθι, *πῶς ἄλλῳ κέχρηται*, *nosce*, *quemadmodum alio usus*

fuerit. Explora prius, quam cum aliquo amicitiam facias fidemque habeas, quomodo se erga alios amicos gesserit, qua fide in alios fuerit: ex praeceptis Epicharmi. Ern. ad Q. fr. III. ep. 1. c. 7, 23.

Γνῶϑι σεαυτόν, nosce te ipsum. „Cessator esse noli: et illud *γνῶϑι σεαυτὸν* noli putare ad arrogantiam minuendam solum esse dictum, verum etiam ut bona nostra norimus." ad Q. fr. III. 6, 7.

Γοητεία, praestigiae, fallaciae. „Ego autem non tam *γοητείαν* huius timeo, quam *πειϑανάγκην.*" ad Att. IX. 13, 4.

Γόνυ κνήμης, genu tibia sc. propius est; proverbium, quod eam vim habet, quam Terentianum illud: *Proximus sum egomet mihi.* Nostri: *Das Hemde ist mir näher als der Rock.* Vid. Theocrit. Idyll. XVI. 18. Ern. Nec tamen te avoco a syngrapha: *γόνυ κνήμης.* ad Fam. XVI. 23, 2.

Γοργεῖα γυμνά, larvae nudae. ad Att. IV. 16, 9. De accusatoribus Gabinii, qui absolutus erat, quod, quemadmodum nudae et inanes larvae terrent illae quidem, sed veri damni quidem afferre nihil possunt, ita Gabinium accusatores terruerant, nihil ei nocuerant. Ern.

Γυμνασιώδη, apta gymnasio. „Tu velim, si qua ornamenta *γυμνασιώδη* reperire poteris, quae loci sint eius, quem tu non ignoras, ne praetermittas." ad Att. I. 6, 2. — „Genus hoc est voluptatis meae: quae *γυμνασιώδη* maxime sunt, ea quaero." Ibid. 9, 2.

Δ.

Δαίμονες, Lares. „Quos Graeci *δαίμονας* appellant, nostri, ut opinor, Lares, si modo hoc recte conversum videri potest." Tim. c. 11. Vid. Onomasticon s. v. *Lares.*

Δαιμόνιον, divinum, numen. „Hoc nimirum est illud, quod de Socrate accepimus quodque ab ipso in libris Socraticorum saepe dicitur, Esse divinum quiddam, quod *δαιμόνιον* appellat, cui semper ipse paruerit, nunquam impellenti, saepe revocanti." de Divin. I. 54, 122.

Δεδῆχϑαι, morsum esse, i. e. aegre tulisse. *Δεδῆχϑαι* te nollem, quod nihil erat." ad Att. XIII. 20, 4.

Δεινὸς ἀνήρ· τάχα κεν καὶ ἀναίτιον αἰτιόῳτο, vehemens vir, qui vel insontem accusare audeat. ad Att. XIII. 25, 3. ex Homeri Il. λ. v. 654.

Δέῤῥεις, pelles, involucra. „O navigationem amandam, quam mehercule ego valde timebam, recordans superioris tuae transmissionis *δέῤῥεις.*" ad Att. IV. 17, 1.

Δεύτεραι φροντίδες, secundae curae, posteriores cogitationes, ex Euripidis Hippolyto v. 436. „Ego vero nullas *δευτέρας φροντίδας* habere possum in Caesaris rebus." ad Q. fr. III. ep. 1. c. 5, 18.

Δημήτηρ, Ceres. „Mater autem est a gerendis frugibus Ceres, tamquam Geres: casuque prima littera itidem immutata, ut a Graecis; nam ab illis quoque *Δημήτηρ* quasi *Γῆ μήτηρ* nominata est." de Nat. Deor. II. 26, 67.

Δῆμοι. ad Att. VII. 3, 10. *Loca.* Nam Latinis *loca* sunt *χῶροι*,

χωρία. v. Salmas. ad Solin. p. m. 690. Verti etiam potest: *populi, pagi*. Nam δῆμοι Ἀττικῆς, *Populi Atticae*, de quibus exstat *Meursii* libellus, nihil sunt, nisi *pagi* (*Cantons*), in quos Attica erat descripta, et a quibus Athenienses, ut Romani a tribubus, nominabantur. Nam ut Romani v. c. dicebant: *Q. Verres Romilia;* sic Graeci: Δημοσθένης Παιανιεύς. Cicero dicit se scripsisse *in Piraeeum;* idque sibi vitiosum visum non esse, quod de Piraeeo dixisset, non ut de *oppido*, sed ut de *loco*, h. e. *pago*, *regione*. sic Terentium dixisse *e Sunio*. Sunium aeque esse oppidum ac Piraeeum. Itaque si δῆμοι sint oppida, necessario Terentium quoque peccasse. Sed Terentium intellexisse *Sunium pagum*, *populum*, cuius caput esset urbs Sunium, et qui ab eo oppido appellaretur. Sic se dixisse in *Piraeeum pagum*, *populum*, non *oppidum* ipsum. Sic capiendus est locus, quem nec ὁ πάνυ Graevius satis cepit. Nam *locum* explicat de *vico*, qualis Haga Batavorum; quae vocabuli vis locum hic non habet. Nam non magis dici potest: *profecti sumus in Hagam*, quam *in Lipsiam*. Ern.

Δημοσθένους, *Demosthenis*. „Sed si recordabere Δημοσθένους fulmina, tum intelliges posse et ἀττικώτατα gravissime dici." ad Att. XV. 1 B, 2.

Διάθεσις, *sensus*, *cogitatio*, *animus*. „Odorare tamen Antonii διάθεσιν, quem quidem ego epularum magis arbitror rationem habere, quam quidquam mali cogitare." ad Att. XIV. 3, 2.

Διαίρεσις, *divisio*, *distributio*. „Breve autem edictum est propter hanc meam διαίρεσιν, quod duobus generibus edicendum putavi." ad Att. VI. 1, 15.

Διαλεκτική, *ars bene disserendi et vera ac falsa diiudicandi*. de Or. II. 38, 157. Top. 2, 6. Conf. Top. 14, 57.

Διάλογος, *dialogus*, *sermo*, *colloquium*. „Nos Tarenti, quos cum Pompeio διαλόγους de re publica habuerimus, ad te perscribemus." ad Att. V. 5, 2. — „Varronis διάλογον exspecto." ad Att. XV. 13, 3. — Conf. Or. 44, 151.

Διανοητικαὶ φαντασίαι, *intelligibiles visiones*, *visa rerum intelligibilium*, *non sensibilium*. ad Fam. XV. 16, 1. Vid. s. v. Φαντασία.

Διαῤῥήδην, *diserte*, *aperte*. „Omnia postposui, dummodo praeceptis patris parerem: διαῤῥήδην enim scripserat, ut eum (Gorgian) dimitterem statim." ad Fam. XVI. 21, 6.

Διάῤῥοια, *alvi profluvium*. „Tanta me διάῤῥοια arripuit, ut hodie primum videatur coepisse consistere." ad Fam. VII. 26, 2.

Διὰ σημείων, *per notas*, *per siglas*. „Quod ad te de decem legatis scripsi, parum intellexti, credo, quia διὰ σημείων scripseram." ad Att. XIII. 32, 3.

Διατροπή, *infamia*, *dedecus*. „Lentulus διατροπὴν Corfiniensem reformidat." ad Att. IX. 13, 7.

Διάφασις. „Cyrus aiebat viridariorum διαφάσεις latis luminibus non tam esse suaves." ad Att. II. 3, 2. — Intricatus locus, in quo sanando et recte explicando cum tot viri docti laborarint, et nostram qualemcunque sententiam proponere licebit. Edd. pr. habent

viridiorum, pro quo Lambinus et Bosius e Mss. suis dederunt *viridariorum*, quae lectio volgo recepta est. Aldus *viridiorum* mutavit in *radiorum*, eumque secutus est Schuetzius. Tunstallus volebat *vi radiorum διαφάσεις: latis luminibus* cet. Et is quidem recte vidit syllabam *vi* non posse eiici, cum librarios in simplici voce *radiorum* errasse vix credibile sit. Sed ut ipse male interpunxit, ita ceteri vocem διαφάσεις minus recte interpretati sunt. Neque enim cum Ernestio vertendum *prospectus*, neque cum Schützio pro synonymo τοῦ ἔκχυσις habendum. Διαφάσεις potius, numero plurali, sunt *apparitiones et imagines rerum*, et cum Genitivo *radiorum* nullo modo cohaerent. Itaque sic explicandum censemus: *propter vim et naturam radiorum res latis luminibus visas non tam suavem effectum habere.* Luenemann.

Διαφόρησις est vocabulum medium, quod significat *transspirationem, quae fit per sudorem*, unde διαφορητικὰ ἰάματα, *medicamenta ad sudorem efficiendum accommodata et comparata.* Neque video, quid caussae sit, quare, cum de imbecillae valetudinis homine Tirone sermo sit, cui διαφόρησις profuisse dicatur, in hac significatione verbi acquiescere nolimus et cum P. Manutio interpretari, *relaxationem animi*, quae potius altero illo indicatur, *si vero etiam Tusculanum profuit.* Ern. „Tibi διαφόρησιν gaudeo profuisse. Si vero etiam Tusculanum, dii boni! quanto mihi illud erit amabilius!" ad Fam. XVI. 18, 1.

Δίβαφος, *bis tincta purpura vestis auguralis.* Ita dicitur, quia primo cocco, deinde purpura tingebatur. Ruben. de lato clavo II. 14. Ern. „Isti licet faciant, quos volent, consules, tribunos pl., denique etiam Vatinii strumam sacerdotii διβάφῳ vestiant." ad Att. II. 9, 2. — „Togam praetextam texi Oppio puto te audisse. Nam Curtius noster *dibaphum* cogitat, sed eum infector moratur." ad Fam. II. 16, 7.

Διδασκαλία, *doctrina.* Σύνταγμα ex eo „genere, quod et ad nos pertineat et διδασκαλίαν quandam, ut versetur inter manus, habeat." ad Fam. VIII. 3, 3.

Διδακτόν, *quod doceri potest.* „Aut ἀρετή non est διδακτόν, quod mihi persuaderi nullo modo potest." ad Att. X. 12, 7.

Διευκρινήσεις πρόβλημα πολιτικόν, *explicabis quaestionem ad rei publicae statum pertinentem.* ad Att. VII. 9, 2.

Δίκροτα, *naves biremes*, i. e. quae duos remorum ordines habent. „Ἄφρακτα Rhodiorum et δίκροτα Mytilenaeorum habebam et aliquid ἐπικώπων." ad Att. V. 11, 4.

Διοίκησις, *dioecesis.* „Deinde (tibi commendo), si quid habebit cum aliquo Hellespontio controversiae, ut in illam διοίκησιν reiicias." ad Fam. XIII. 53, 2. — „Ex provincia mea Ciliciensi, cui scis τρεῖς διοικήσεις Asiaticas attributas fuisse, nullo sum familiarius usus quam Androne, Artemonis filio, Laodicensi." ad Fam. XIII. 67, 1. Διοίκησις dicitur portio quaedam provinciae, cuius administratio et iurisdictio praetori commissa est, *ein District.* Sic Cicero praeter

Ciliciam tres διοικήσεις in Asia habebat, Cibyraticam, Apamensem et Synnadensem. Hoc sensu Hellespontia διοίκησις dicitur. Hinc hodie quoque Gallis eiusmodi portio provinciae dicitur *un diocèse*. Ern.

Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ, Dionysius Corinthi. ad Att. IX. 9, 1. Origo proverbii satis nota est. In dubium vocavit vulgarem opinionem de Dionysio ludimagistro Rev. Heumannus in epistola ad Raphelium. Locum Ciceronis ipsum recte interpretatur Montgaltius, cuius interpretationem v. apud Olivetum ad h. l. Ern. Quia Dionysius tyrannus Siciliae tyrannide eiectus Corinthi, ut vitam sustentaret, ludum aperuisse dicebatur, res venit in proverbium. Ceterum verba Ciceronis: „De optimatibus sit sane ita ut vis, sed nosti illud: Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ." optime sic interpretatur in versione gallica Mongaltius: „*Denys, tyran de Syracuse, ayant été chassé, se retira à Corinthe et se vit réduit, pour subsister, à tenir de petites écoles. Cet exemple de la vicissitude des choses humaines passa depuis en proverbe. Philippe de Macédoine ayant écrit aux Lacédémoniens une lettre pleine de hauteur et de menaces, ils y répondirent par ces deux mots: Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ. Voici maintenant l'application que Cicéron fait de ce proverbe. Vous me marquez, dit-il, que les gens de bien qui sont à Rome, trouvent que j'ai bien fait de demeurer en Italie; c'est parce que César est maintenant le plus fort. Mais vous savez combien la fortune est inconstante; et si elle venait à se déclarer en faveur de Pompée, quelle honte alors pour moi de ne l'avoir pas suivi! Il s'explique là-dessus dans d'autres endroits, comme dans la troisième lettre du huitième livre:* subeundumque periculum sit, cum aliquo forte dedecore, quando Pompeius rem publicam recuperarit. *Il s'explique encore plus clairement et plus au long dans la huitième lettre du dixième livre. J'ose assurer que les commentateurs n'ont point compris le sens de cet endroit. Ils font dire à Cicéron qu'il appréhende qu'on ne lui reproche une vie oisive et obscure. Le proverbe Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ n'a jamais été pris en ce sens et a toujours été appliqué à l'inconstance de la fortune.* S.

Διόσκουροι, Iovis filii, Castor et Pollux. „Διόσκουροι etiam apud Graios multis modis nominantur." de Nat. Deor. III. 21, 53.

Διπλῆ, dupla. „In quibus (Pompeii litteris) animadvertito illum locum, ubi erit διπλῆ." ad Att. VIII. 2, 4. Est genus notae, qua veteres grammaticos usos fuisse constat. Ea est de duabus lineis ad angulum acutum coëuntibus; hoc modo < aut >, item sic CC. Vid. doctos viros cum ad h. l., tum Menag. ad Diog. Laërt. III. 66. et Schol. ad Aristoph. Nubes pluribus locis. Eschenbach de notis criticis p. 247 sq. Montfaucon Palaeogr. Gr. p. 352. Troz. ad Hugonem de orig. scrib. p. 280. Ern.

Διφθέραι (alii διφθερίαι), *libri e membranis facti.* ad Att. XIII. 24. — Sic interpretatur bene Victorius, qui διφθέρας ex h. l. laudat ad Varron. R. R. II. extr. Ern.

Δίχα μοι νόος, ἀμφέκειαν εἰπεῖν, ambigit animus ad verum di-

cendum. „Ut enim Pindaro, sic δίχα μοι νόος ἀτρέκειαν εἰπεῖν." ad Att. XIII. 38, 2. Vid. Boeckh. ad Pind. fr. 129.

Διψῶσα κρήνη, *aridus* vel *siticulosus fons*, in quo nihil est aquae. „Fac non ad διψῶσαν κρήνην, sed ad Πειρήνην eum venisse." ad Att. XII. 5, 1. — Ita appellatur, cuius est res angusta domi, qui in angustiis est rei familiaris. Ern.

Δόγματα, *decreta*, *placita*. „Sapientiae vero quid futurum est? quae neque de se ipsa dubitare debet, neque de suis decretis (quae philosophi vocant δόγματα): quorum nullum sine scelere prodi poterit." Acad. II. 9, 27. — „Quoniam enim id haberent Academici decretum (sentitis enim iam hoc me δόγμα dicere), nihil posse percipi; non debere eos in suo decreto sicut in ceteris rebus fluctuare." Acad. II. 9, 29.

Δολιχὸν πλόον ὁρμαίνοντες, *longam navigationem molientes.* Ex Hom. Odyss. γ. v. 169. „Sed putabam, cum Rhegium venissem, fore, ut illic δολιχὸν πλόον ὁρμαίνοντες cogitaremus, corbitane Patras an actuariolis ad Leucopetram Tarentinorum, ast inde Corcyram: et, si oneraria, statimne freto an Syracusis." ad Att. XVI. 6, 1.

Δολιχὸν πλόον ὁρμαίνοντα, *longam navigationem molientem.* „Obviam mihi fit tabellarius, qui me offendit δολιχὸν πλόον ὁρμαίνοντα." ad Att. XVI. 13a, 1.

[Δρομόθεν, *ex cursu.* ad Att. XI. 6, 2. Sed haec lectio est a Bosio efficta e lectione Cod. Cruselliani: *dromo de nunc.* Tunstallus in Epist. ad Middleton. p. 158. rescribit: *Δρόμῳ te nunc* (sc. fer) *ad Oppium.* Ern. Sed vide annotationem nostram ad h. l. S.]

Δρῦς. Vide Ἅλις.

Δυνατόν, *quod fieri potest*, *possibile.* „Sed de his etiam rebus, otiosi cum erimus, loquemur: hoc etiam κατὰ Χρύσιππον δυνατὸν est." ad Fam. IX. 4.

Δυσδιάγνωστος, *difficilis diiudicatu.* „De illo altero, quem scribis tibi visum esse non alienum, vereor adduci ut nostra possit; et tu ais δυσδιάγνωστον esse." ad Att. V. 4, 2.

Δυσεντερία, *intestinorum morbus*, *dysenteria.* „Sane δυσεντερίαν pertimueram." ad Fam. VII. 26, 1.

Δυσεξίλλητος, vox dubia, quam a v. ἐξίλλω ducunt, *evolvo*, *explico; difficilis explicatu.* „Quae non quo te celem non perscribo, sed quia δυσεξίλλητα sunt." ad Att. V. 10, 3. Alii legunt δυσεξίμητα, *quae ita demersa sunt et abdita, ut vix e profundo educi possint*, ab ἐξιμᾶν, *proferre e profundo.* Orellius legendum proposuit δυσεξέλικτα eodem quo δυσεξίλλητα sensu.

Δυσουρία, *urinae difficultas.* „Δυσουρία tua mihi valde molesta." ad Att. X. 10, 3.

Δυσουρικὰ καὶ δυσεντερικὰ πάθη, *urinae difficultas et intestinorum morbi.* „Ego autem cum omnes morbos reformido, tum quo Epicurum tuum Stoici male accipiunt, quia dicat δυσουρικὰ καὶ δυσεντερικὰ πάθη sibi molesta esse: quorum alterum morbum edacitatis

esse putant, alterum etiam turpioris intemperantiae. Sane δυσεντερίαν pertimueram." ad Fam. VII. 26, 1.

Δύσχρηστα, incommoda. „Devium est (Tusculanum) τοῖς ἀπαντῶσιν et habet alia δύσχρηστα." ad Att. VII. 5, 3.

Δυσχρηστήματα, incommoda. „Incommoda et commoda (ita enim εὐχρηστήματα et δυσχρηστήματα appello) communia esse voluerunt, paria noluerunt." de Finn. III. 21, 69.

Δυσχρηστία, difficultas versurae faciendae seu mutuo sumendae pecuniae. „Mirifica δυσχρηστία est propter metum armorum." ad Att. XVI. 7, 6.

Δυσωπία, verecundia, cum veremur alicui aliquid postulanti, petenti cet. negare. „In Virgilio mihi nulla est δυσωπία." ad Att. XIII. 33, 2. — „Etsi sponsores appellare videtur habere quandam δυσωπίαν: tamen hoc, quale sit, consideres velim." ad Att. XVI. 15, 2. — Conf. Victor. Varr. Lectt. 38, 12.

E.

'Εὰν διαμείνῃ, si permanserit. „Bona indoles, ἐὰν διαμείνῃ." ad Att. XV. 12, 2.

῎Εα πάσας, mitte omnes. „Video te ingemuisse. Sic fit, εἰ δ' ἐν αἴᾳ ἔξησας· nunquam enim dicam, ἔα πάσας." ad Q. fr. II. 10, 2. Manutius negat se locum intelligere. Lambinus autem omissum dicit *μελεδῶνας, curas,* a *μελεδώνη.* Ern.

[*'Εατέον, relinquere opportet.* ad Att. I. 16, 13.]

'Εαυτὸν τιμωρούμενος, ipse se puniens. „Quid ille Terentianus Ipse se poeniens, id est, ἑαυτὸν τιμωρούμενος?" Tusc. III. 27, 64.

'Εβδελυττόμην, abominabar. ad Att. XV. 29, 2.

'Εγγήραμα, senectutis requies, delectatio, occupatio. „Nam quod scribis ἐγγήραμα, actum iam de isto est: alia magis quaero." ad Att. XII. 25, 2. — „Vel tu illud ἐγγήραμα, quemadmodum scripsisti, vel ἐντάφιον putato." ad Att. XII. 29, 2. Conf. s. v. *'Εντάφιον.* — „Mihi vero et locum, quem opto, ad id, quod volumus, dederis et praeterea ἐγγήραμα." ad Att. XII. 44, 2.

'Εγκελεύσματα, hortationes. „Noli me putare ἐγκελεύσματα illa tua abiecisse, quae mihi in visceribus haerent." ad Att. VI. 1, 8.

'Εγκωμιαστικά, ad res laudandas comparata. „Non ἐγκωμιαστικὰ sunt haec, sed ἱστορικά, quae scribimus." ad Att. I. 19, 10. De verbo ἐγκώμιον et hinc ductis vid. doctam disputatiunculam Ill. Spanhemii ad or. I. Iuliani f. 5 — 8. Ern.

'Εδικώθησαν, supplicio affecti ac necati sunt. Verr. V. 57, 148. Hotomanus coniiciebat legendum ἐδικαιώθησαν, quod δικαιοῦν apud probae notae scriptores interdum sit *punire, necare poenae causa.* Et sic in duobus MSS. Lambinus reperit: sic habet etiam alius codex Graevio laudatus. Itaque Graevius reposuit: ἐδικαιώθησαν. Sed mihi accuratius rem aestimanti ἐδικώθησαν rectum videtur. Nam primo non est contra analogiam, a δίκη formari δικόω. Sic κα-

ταδικοῦν est ap. Dionem Cass. p. 631. Glossar. Vet. δικολογέω pro δικαιολογέω. Deinde ἐδικαιώθησαν, et per se, et hoc sensu, est Graecorum optimis usitatum: Cicero autem addit: *ut Siculi loquuntur:* quod indicio est, aut verbo, aut sensu usitati ceterum verbi inusitato reliquis Graecis usos esse Siculos. Sed hic sensus verbi ἐδικαιώθησαν, auctoribus ipsis doctis hominibus, non insolitus est: ergo verbo inusitato usi sint necesse est. Atqui hoc convenit in verbum ἐδικώθησαν, non in ἐδικαιώθησαν. Tertio si variant Codd. probabiliusne est, ἐδικαιώθησαν, notum omnibus, mutatum esse a librariis in ἐδικώθησαν, an contra accidisse? Eiusdem mecum sententiae vidi esse Malfeum Antiqu. Gall. Aquitan. p. 13. Nostri: *Er ist justificiret worden, es ist ihm sein Recht wiederfahren.* Ceterum qui hoc loco abutuntur, ut ostendant, purum esse ab Ebraismo verbum δικαιοῦν, quando in N. T. est *absolvere*, nimis cupide causam desperatam defendunt. Ern. 'Εδικαιώθησαν] Sic Hervagiana, et affirmat Lambinus esse in duobus mss. estque haud dubie in Regio. E Guelff. nihil probes, nam in eorum uno deest, in altero litterae ita pictae sunt, ut nullus usus sit. Sed quid opus est testimoniis? Abunde habemus, ut non intelligam, cur Ernestius patrocinium volgatae scripturae ἐδικώθησαν susceperit et ad eam defendendam inauditum et abnorme verbum δικοῦν procuderit. At proprium, inquit, Siculis fuit. Quasi nesciret, communi Graecorum sermone utentibus satis insolens esse δικαιοῦσθαι pro κολάζεσθαι vel potius ἀποκοπῆναι τὰς κεφαλὰς dici. Atque hoc satis esse recte iam olim Graevius existimavit. Ratio quidem eius significationis nobis Germanis in promptu est. Zumpt.

Εἰ δὲ μή, sin minus. ad Att. I. 16, 4.

Εἰ δ' ἐν αἴᾳ ἔζησας, si in terra vixisti; ex incerto auctore initium sententiae, cuius vim se scire negat Manutius, quod totam sententiam non adscripsit Cicero. Ern. „Video te ingemuisse. Sic fit, εἰ δ' ἐν αἴᾳ ἔζησας· nunquam enim dicam, ἔα πάσας." ad Q. fr. II. 10, 2.

Εἴδη, formae, species, quae generibus subiiciuntur. „In divisione formae sunt, quas Graeci εἴδη (volgo ἰδέας) vocant: nostri, si qui haec forte tractant, species appellant; non pessime id quidem, sed inutiliter ad mutandos casus in dicendo. Nolim enim, ne si Latine quidem dici possit, *specierum* et *speciebus* dicere; et saepe his casibus utendum est: at *formis* et *formarum* velim. Cum autem utroque verbo idem significetur, commoditatem in dicendo non arbitror negligendam." Top. 7, 30.

Εἴδωλα, spectra, imagines; exuviae vel *membranae*, ut Lucretius appellat, quae, ut placebat Epicuro, de corporibus defluunt continuo et sensus hominum pulsant: vid. Lucret. IV. 34 sqq. Ern. „Fit enim nescio qui, ut quasi coram adesse videare, cum scribo aliquid ad te: neque id κατ' εἰδώλων φαντασίας, ut dicunt tui amici novi, qui putant etiam διανοητικὰς φαντασίας spectris Catianis excitari. Nam, ne te fugiat, Catius Insuber, Epicureus, qui nuper est mortuus, quae ille Gargettius et iam ante Democritus εἴδωλα, hic *spectra* no-

minat. His autem spectris etiam si oculi possent feriri, quod vel iis ipsa occurrunt: animus qui possit, ego non video. Doceas tu me oportebit, cum salvus veneris, in meane potestate sit spectrum tuum, ut, simulac mihi collibitum sit de te cogitare, illud occurrat: neque solum de te, qui mihi haeres in medullis, sed, si insulam Britanniam coepero cogitare, eius *εἴδωλον* mihi advolabit ad pectus?" ad Fam. XV. 16, 1. 2. — „Atomi, inane, imagines, quae *εἴδωλα* nominant, quorum incursione non solum videamus, sed etiam cogitemus: infinitio ipsa, quam *ἀπειρίαν* vocant, tota ab illo (Democrito) est: tum innumerabiles mundi, qui et oriantur et intereant quotidie." de Finn. I. 6, 21. — „Si *κατ᾽ εἰδώλων ἐμπτώσεις* videremus, valde laborarent *εἴδωλα* in angustiis: nunc fit lepide illa *ἔκχυσις* radiorum." ad Att. II. 3, 2. Vid. *Ἔστω ὄψις* cet.

Εἰδώς σοι λέγω, *sciens tibi dico.* ad Att. IX. 7, 3.

Εἴη μισητὸς φίλος οἶκος, *odio sit ipsa domus alias cara.* ad Att. IV. 8a, 1. Proverbium Graecum est: *οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος*, cuius originem vid. ap. Erasmum pag. 563. Eo usus est Cicero ad Att. XV. 16 B. Hic autem tantam suavitatem esse iucunditatemque dicit aedium Antiatinarum, ut sua sibi domus paene odio sit. Ern.

Εἰλικρινές, *sincerum*, *purum*, quod etiam ad solem explicatum et inspectum purum reperitur. Sic *πρὸς αὐγάς*, sc. *ἡλίου*, *ἀνασκοπεῖν τι* dicitur. Longin. S. III. 1. *Κἂν ἕκαστον αὐτῶν πρὸς αὐγὰς ἀνασκοπῇς*, ubi vid. Fabrum et Tollium. Ern. „Mihi cum sua sponte iucundum, tum iucundius, quod me absente (est enim *εἰλικρινὲς* indicium) sine oppugnatione, sine gratia nostra." ad Q. fr. II. 8, 1.

Εἱμαρμένη, *fatalis necessitas*, *fatum.* „Hinc vobis exstitit primum illa fatalis necessitas, quam *εἱμαρμένην* dicitis, ut, quidquid accidat, id ex aeterna veritate causarumque continuatione fluxisse dicatis." de Nat. Deor. I. 20, 55. — „Fatum autem id appello, quod Graeci *εἱμαρμένην*, id est, ordinem seriemque causarum, cum causa causae nexa rem ex se gignat." de Divin. I. 55, 125.

Εἰ μενετέον ἐν τῇ πατρίδι τυραννουμένῃ. Τυραννουμένης δὲ αὐτῆς, εἰ παντὶ τρόπῳ τυραννίδος κατάλυσιν πραγματευτέον κἂν μέλλῃ διὰ τοῦτο περὶ τῶν ὅλων ἡ πόλις κινδυνεύσειν. Εἰ εὐλαβητέον τὸν καταλύοντα, μὴ αὐτὸς αἴρηται. Εἰ πειρατέον ἀρήγειν τῇ πατρίδι τυραννουμένῃ καιρῷ καὶ λόγῳ μᾶλλον, ἢ πολέμῳ. Εἰ πολιτικὸν τὸ ἡσυχάζειν ἀναχωρήσαντά ποι, τῆς πατρίδος τυραννουμένης, ἢ διὰ παντὸς ἰτέον κινδύνου τῆς ἐλευθερίας πέρι. Εἰ πόλεμον ἐπακτέον τῇ χώρᾳ καὶ πολιορκητέον ταύτην τυραννουμένην. Εἰ καὶ μὴ δοκιμάζοντα τὴν διὰ πολέμου κατάλυσιν τῆς τυραννίδος, συναπογραπτέον ὅμως τοῖς ἀρίστοις. Εἰ τοῖς εὐεργέταις καὶ φίλοις συγκινδυνευτέον ἐν τοῖς πολιτικοῖς, κἂν μὴ δοκῶσιν εὖ βεβουλεῦσθαι περὶ τῶν ὅλων. Εἰ ὁ μεγάλα τὴν πατρίδα εὐεργετήσας, δι᾽ αὐτό τε τοῦτο ἀνήκεστα παθὼν καὶ φθονηθείς, κινδυνεύσειεν ἂν ἐθελοντὴς ὑπὲρ τῆς πατρίδος. Εἰ ἐφετέον αὐτῷ ἑαυτοῦ ποτε καὶ τῶν οἰκειοτάτων ποιεῖσθαι πρόνοιαν ἀφεμένῳ τὰς πρὸς τοὺς ἰσχύοντας διαπολιτείας. An manendum in patria tyrannide oppressa: ea vero tyrannide oppressa an quovis modo tyrannidis

eversio molienda sit, etiamsi civitas propter id de summa rerum periculum subitura sit. An cavendum sit, ne, qui tyrannidem evertit, ipse evehatur. An tentandum sit, opem ferre patriae tyrannide oppressae verbis et rei opportunitate potius, quam bello. Utrum civis boni sit, secedentem aliquo quiescere oppressa a tyranno patria, an quodcunque subeundum discrimen pro libertate. An bellum inferendum regioni, eaque sit obsidenda, si a tyranno opprimatur. An etiam is, qui non probet, ut bello tyrannis evertatur, tamen nomen suum profiteri cum fortissimis viris debeat. An cum bene meritis et amicis una subeunda sint pericula in rebus, quae pertinent ad rem publicam, etiam si illi minus recte de summa rerum consuluisse videantur. Utrum de patria bene meritus, ob eamque causam gravissima quaeque passus et invidia oppressus, ultro pro patria discrimen subire debeat: an permittendum ei, ut sui ipsius interdum et carissimorum hominum rationem habeat, dimissis adversus potentes concertationibus pro re publica. ad Att. IX. 4, 2. Sunt θέσεις (vid. in h. v.), in quibus tractandis otium consumebat Cicero, ut animum parumper ab aegritudine abduceret. Ern.

Εἴρων, simulator, dissimulator: ita dictus Socrates, quod redarguendorum Sophistarum causa simulabat, se omnia nescire, etiam eum recte sciret. De verbo εἰρωνείᾳ vid. Theophrast. Char. c. 1. et ibi ὁ πάνυ Casaubonus. Ern. „De Graecis autem dulcem et facetum festivique sermonis atque in omni oratione simulatorem, quem εἴρωνα Graeci nominarunt, Socratem accepimus." de Offic. I. 30, 108. — „In hoc genere Fannius in annalibus suis Africanum hunc Aemilianum dicit fuisse, et eum Graeco verbo appellat εἴρωνα: sed, uti ferunt, qui melius haec norunt, Socratem opinor in hac ironia dissimulantiaque longe lepore et humanitate omnibus praestitisse." de Or. II. 67, 270. — „Quare εἴρωνα me, ne si Africanus quidem fuit, ut ait in historia sua C. Fannius, existimari velim." Brut. 87, 299.

Εἰρωνεία, ironia, dissimulatio, cavillatio. „Attamen est isto loco bella, ut mihi videtur, εἰρωνεία, quod eum ter contra cives in acie." ad Att. XVI. 11, 2. — Socrates „cum aliud diceret atque sentiret, libenter uti solitus est ea dissimulatione, quam Graeci εἰρωνείαν vocant." Acad. II. 5, 15.

Εἰρωνεύεσθαι, dissimulare, dissimulanter loqui. „Et ego ipse, quem tu per iocum — sic enim accipio — divitias orationis habere dicis, me non esse verborum admodum inopem agnosco: εἰρωνεύεσθαι enim non necesse est: sed tamen idem — nec hoc εἰρωνευόμενος — facile cedo tuorum scriptorum subtilitati et elegantiae." ad Fam. IV. 4, 1.

Εἰς ἀποθέωσιν, ad consecrationem. „Multa mihi εἰς ἀποθέωσιν in mentem veniunt." ad Att. XII. 37, 4.

Εἷς ἐμοὶ μύριοι, unus mihi decem milia, unus mihi instar multorum milium. ad Att. XVI. 11, 1.

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος, ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης, unum augurium

optimum, pugnare pro patria. ad Att. II. 3, 3. ex Homeri Il. μ, v. 243.

'Ἐκβολὴ λόγου, *digressio.* „Sed haec fuerit, ut ait Thucydides [I. 97.], ἐκβολὴ λόγου non inutilis." ad Att. VII. 1, 6.

[Ἐκμαγεῖον. ad Att. X. 1. Hanc vocem in Ciceronem intrusit Bosius e vestigiis Codicis MS. (Nimirum pro verbis: *sed tamen hominis hoc ipsum probi sed magnum fit τῶν πολιτικωτάτων* cet. Bosius edidit: *sed tamen hominis hoc ipsum probi est ἐκμαγεῖον. Est τῶν πολιτικωτάτων* cet.) Sed neque in Gronoviana, neque in Graeviana servata est. De voce ἐκμαγεῖον v. Voss. ad Catull. p. 97. Ern.]

'Ἐκτένεια, *prolixa et larga studii et voluntatis declaratio.* „Quam in me incredibilem ἐκτένειαν!" ad Att. X. 17, 1.

'Ἐκτενέστερον, *prolixius et largius in officiis promittendis et benevolentia significanda.* „Nihil possum dicere ἐκτενέστερον, nihil φιλοστοργότερον." ad Att. XIII. 9, 1. Utrumque est de sermone, qui amoris officiique plane insignem atque inusitatam significationem habet. Nam ἐκτενὴς et ἐκτένεια insigne et incredibile quoddam studium ardoremque in re aliqua significant. Et hanc vim habent in omnibus locis, quibus sacri scriptores iis usi sunt. Luc. XXII. 44. Act. XII. 5. XVI. 7. 1 Petr. I. 22. IV. 8. Ern.

"Ἔκτροπος — [ἐκτρόπιμος — ἐκτρόποιμος] *remota a via.* „Insula Arpinas habere potest germanam ἀποθέωσιν: sed vereor, ne minorem τιμὴν habere videatur ἔκτροπος." ad Att. XII. 12, 1. Cicero monumentum filiae Tulliae exstruere volebat. Huic ἀποθεώσει non satis aptam putabat insulam, quam in Arpino fluvius Fibreus efficiebat (de Legg. II. 1.) quod iste locus nimis esset a via regia remotus, adeoque non esset in conspectu celebrarique posset. Nam hanc ipsam ob causam ad vias celeberrimas monumenta solebant extruere Romani, ut eo facilius memoria hominum propagaretur ad posteros, et a quam plurimis conspicerentur: unde verba: *Siste gradum viator:* quibus hodie uti non licet, cum monumenta huiusmodi locis clausis et saeptis, non in via sint: ut merito rideatur etiam doctorum hominum in ea re indocta κακοζηλία. Ern.

'Ἐκφώνησις, *exclamatio.* „Tua ista crebra ἐκφώνησις: ὑπέρευ, me sola adhuc delectavit." ad Att. X. 1, 3.

"Ἔκχυσις, *effusio,* scil. radiorum. „Si κατ' εἰδώλων ἐμπτώσεις videremus, valde laborarent εἴδωλα in angustiis: nunc fit lepide illa ἔκχυσις radiorum." ad Att. II. 3, 2. Veteres enim putabant visionem fieri radiorum ex oculis emissione. Ern. Conf. "Ἔστω ὄψις cet.

'Ἐλάπιζεν. Vide *Λαπίζειν.*

'Ἐλάχιστον, *minimum.* „Tertius quidam motus oritur extra pondus et plagam, cum declinat atomus intervallo minimo. Id appellat ἐλάχιστον." de Fato 10, 22.

'Ἐλικτὰ καὶ οὐδὲν, *ambages, diverticula et nihil praeterea.* Euripidis Andromacha [v. 448.] sic habet integrum locum: ἑλικτὰ κοὐδὲν ὑγιές, ἀλλὰ πάντα πέριξ φρονοῦντες, *quorum mens est involucris circumtecta, quique minime sincero et candido estis animo, sed*

II. 19, 5. — „Bis ad te antea scripsi de re mea familiari, si modo tibi litterae redditae sunt, Graece, ἐν αἰνιγμοῖς." ad Att. VI. 7, 1.

'Ενάργεια, perspicuitas, evidentia. „Eos, qui persuadere vellent esse aliquid, quod comprehendi et percipi posset, inscienter facere dicebant, propterea quod nihil esset clarius ἐναργείᾳ, ut Graeci: (perspicuitatem aut evidentiam nos, si placet, nominemus fabricemurque, si opus erit, verba) sed tamen orationem nullam putabant illustriorem ipsa evidentia reperiri posse, nec ea, quae tam clara essent, definienda censebant." Acad. II. 6, 17. — *'Ενάργεια*, quae a Cicerone *illustratio* et *evidentia* nominatur." Quintil. VI. 2, 32. Cic. Frgm. p. 583.

'Εν γόνασιν, genibus nixa. de Nat. Deor. II. 42, 108. Arati fragm. 10. Sidus prope draconem, exhibens speciem viri laborantis, εἴδωλον ἐοικὸς ἀνδρὶ μογέοντι, ut Aratus ait I. 63. aut, ut Scholiastes ait, ὀκλάζοντι: unde ἐν γόνασι dictum est, q. d. *qui genibus nixus conspicitur.* Ern.

'Ενδόμυχον, arcanum de re domestica, ad Att. V. 14, 3. 21, 14. Nempe de coniugio Tulliae filiae. *'Ενδόμυχον* proprie est, quod in intimo recessu ac penetrali abditum est. Sic ἐνδόμυχον πῦρ urebat Leandrum ap. Musaeum v. 246. Nam μυχός dicitur cuiusque rei intimum. Vid. Spanhem. ad Iulian. Or. I. p. 68. Ern.

'Εν δυνάμει, cum vi et efficacia. „(Rogat) paucis ille quidem verbis, sed ἐν δυνάμει." (i. e. quae magnam vim habent; adbibet πεθανάγκας, ut tyrannorum preces appellat IX. 13, 4., quibus non possum resistere.) ad Att. IX. 6, 6. Idem ἐν δυνάμει aliquoties occurrit apud auctores sacros, sed alio sensu, Hebraico scilicet. Ern.

'Ενεπερπερευσάμην. Vid. *'Εμπερπερεύεσθαι.*

'Εν ἐπιτομῇ, summatim. „Quae cognosce ἐν ἐπιτομῇ." ad Att. V. 20, 1.

'Ενερευθέστερος, rubicundior. „Angebar enim, quod Tiro ἐνερευθέστερον te sibi esse visum dixerat." ad Att. XII. 4, 1.

'Ενθουσιασμός, afflatus divinus. „De versibus, quos tibi a me scribi vis, deest mihi quidem opera, quae non modo tempus, sed etiam animum vacuum ab omni cura desiderat: sed abest etiam ἐνθουσιασμός." ad Q. fr. III. 4, 4.

'Ενθύμημα proprie dicitur omnis *sententia*, sed κατ' ἐξοχὴν ea, quae ex contrariis concluditur. „Ex hoc illa rhetorum sunt ex contrariis conclusa, quae ipsi ἐνθυμήματα appellant: non quod non omnis sententia proprio nomine enthymema dicatur: sed, ut Homerus propter excellentiam commune poëtarum nomen effecit apud Graecos suum, sic, cum omnis sententia ἐνθύμημα dicatur, quia videtur ea, quae ex contrariis conficiatur, acutissima, sola proprie nomen commune possedit." Top. 13, 55. — „Hoc disserendi genus attingit omnino vestras quoque in respondendo disputationes: sed philosophorum magis, quibus est cum oratoribus illa ex repugnantibus sententiis communis conclusio, quae a dialecticis tertius modus, a rhetoribus ἐνθύμημα nuncupatur." Top. 14, 56. — „Si unquam mihi περίοδοι, si καμ-

παί, si *ἐνθυμήματα*, si *κατασκευαὶ* suppeditaverunt, illo tempore." ad Att. I. 14, 4. Cf. *Περίοδος*.

Ἔννοια, *notio*, *notitia*, *intelligentia*. „Nec vero fieri ullo modo posse (docet Socrates), ut a pueris tot rerum atque tantarum insitas et quasi consignatas in animis notiones, quas *ἐννοίας* vocant, haberemus, nisi animus ante quam in corpus intravisset, in rerum cognitione viguisset." Tusc. I. 24, 57. — „*Ἐννοίας* notitias appellare tu videbare." Acad. II. 7, 22. — „Cetera autem (mens) similitudinibus constituit, ex quibus efficiuntur notitiae rerum, quas Graeci cum *ἐννοίας*, tum *προλήψεις* vocant." Acad. II. 10, 30. — Notionem appello, quod Graeci tum *ἔννοιαν*, tum *πρόληψιν* dicunt. Ea est insita et ante percepta cuiusque formae cognitio, enodationis indigens." Top. 7, 31. — „Simul autem cepit intelligentiam, vel notionem potius — quam appellant *ἔννοιαν* illi — viditque rerum agendarum ordinem et, ut ita dicam, concordiam: multo eam pluris aestimavit quam omnia illa, quae prima dilexerat." de Finn. III. 6, 21. — *Ἔννοιαι* sunt primo notiones rerum in animis natura insitae et consignatae Tuscul. I. 24. unde *κοιναὶ ἔννοιαι* notiones, hanc ipsam ob causam communes, quia natura insitae sunt; aliud genus est *ἐννοιῶν*, de quo Acad. II. 10 et 7. Top. 7. Hae sunt *notitiae rerum, e visis extrinsecus arreptis et inter se comparatis constitutae, quae et προλήψεις vocantur*. Porro de Fin. III. 6. *ἔννοια* Stoica est *intelligentia vel notio*, qua videmus rerum agendarum ordinem et quasi concordiam, quam ubi homo cepit, multo, ut aiunt, pluris ea aestimat, quam, quae primum dilexerat cet. Ern.

Ἐν ὁμοπλοίᾳ, *in societate navigandi*. „*Ἐν ὁμοπλοίᾳ* Bruti videtur aliquid praesidii esse." ad Att. XVI. 1, 3. Conf. s. v. *Ὁμοπλοία*.

Ἐν παρέργῳ, *obiter*: „*Ἐν παρέργῳ* de dictatore tamen actum adhuc nihil est." ad Q. fr. III. 3, 3.

Ἐν παρόδῳ. *in transitu*, *obiter*. ad Att. V. 20, 6.

Ἐν πολιτικῷ genere, *in eo genere, quod ad rei publicae moderationem spectat*. „Multa mehercule a te saepe *ἐν πολιτικῷ* genere prudenter." ad Att. XVI. 15, 3.

Ἐνσχολάζω σοι, *acquiesco in te*, *otior tecum*, *tecum confabulando tempus fallo*. „Libenter enim in his molestiis *ἐνσχολάζω σοι*." ad Att. VII. 11, 2.

Ἐντάφιον. „Vel tu illud *ἐγγήραμα*, quemadmodum scripsisti, vel *ἐντάφιον* putato." ad Att. XII. 29, 2. — De hoc verbo vid. praeter alios Perizon. ad Aelian. V. H. I. 16., qui docet, *ἐντάφιον* esse quodcunque ornamentum mortui, cum in atrio exponitur, sepelitur: unde *ἐνταφιάζειν* dicitur tota illa cura, quae ornando, condiendo condendoque mortuo adhibetur. v. Cuper. Observ. II. 9. Hoc loco ipse I. Fr. Gronovius interpretatur *sepultura*. Horti illi, inquit, erunt non modo requies senectutis, seu *ἐγγήραμα*, ut tu aliquando scripsisti, sed *ἐντάφιον* adeo, *requies mortui*. Non absurde, qua sensum; modo verbum Graecum eum pateretur. Constat, Grae-

eorum more non mortuos solum magnificis vestibus ornatos, sed saepe etiam *morituros*. Hinc Apollodorus Socratis discipulus Socrati offerebat magnificam vestem, qua indutus demum cicutam biberet. ap. Aelian. V. H. I. 16. cf. III. 24. IV. 8. Itaque etiam *ἐνταφιάζειν* mihi videtur hanc vim habere Matth. XXVI. 12. honoris causa *moriturum ungere*. Nondum enim mortuus erat, etsi unctiones proprie post mortem fiebant. Hic ergo est loci huius, mea sententia, sensus: *In his hortis ego non solum suaviter agere senectutem, sed etiam honeste iucundeque mori me posse confido.* Ern.

Ἐντελέχεια. „Ipsum animum *ἐντελέχειαν* appellat novo nomine quasi quandam continuatam motionem et perennem." Tusc. I. 10, 22. De huius vocabuli vi vehementer disputatum esse constat. Nos, quae ex hoc loco potestas elici possit, videbimus, et cum ipso Aristotele comparabimus. Cicero ait, Aristotelem vidisse, actiones animi esse eas, quae in materiam cadere non possent, neque ab ullo genere elementorum proficisci, quae nobis quidem nota essent. Atque id vere indicavit. Nam corporibus nihil praeter motum, auctore ipso Aristotele, accidere potest, ut philosophi certis argumentis demonstrant. Inter cogitationes autem, ideas cet. et motum nulla similitudo est. Itaque L. 1. de anima, in quo opiniones aliorum de anima enumerat, c. 3. init. diserte ait: *ἕν τι τῶν ἀδυνάτων, τὸ ὑπάρχειν ψυχῇ κίνησιν.* Hoc igitur constituto, ut, quoniam actiones animae non essent corporeae, nec ipsa corpus esset, efficiebatur, ut proprium genus substantiae constitueret, sub quo animae humanae continerentur, quod esset ab corporeo genere seiunctum et plane discretum. Hoc novum genus novo etiam vocabulo *ἐντελέχειαν* appellavit, h. e. *quasi quandam perennem et continuatam motionem*. Non dicit *motionem*, sed *quasi quandam motionem*. Sic dicimus: ratio est quasi quaedam lux animi; non quod lux sit, sed quod ita se habet ad animum ratio, ut lux ad oculos. Sic ut motio se habet ad corpus, ita *ἐντελέχεια* ad animam. Nam, ut iam ad Aristotelem venismus, *ἐντελέχεια* ex eius mente non est ipsa anima, sed eius forma, subiectum autem eius et quasi materia, h. e. quod se ad *ἐντελέχειαν* habet, ut ad motum corpus, est *δύναμις*, vis agendi, h. e. percipiendi, cogitandi. Videamus eius verba L. II. de anima c. 1. In omni re tria esse dixerat, *ὕλην, μορφὴν, ἢ εἶδος*, et *τὸ ἐκ τούτων*. Hoc ad animum sic transfert: *ἐστὶ δὲ ἡ μὲν ὕλη δύναμις, τὸ δὲ εἶδος ἐντελέχεια.* Aristoteles non diserte dicit: *ψυχή ἐστιν ἐντελέχεια.* Neque tamen Cicero peccat, ei hoc enuntiatum tribuens. Nam res a forma sua, qua ab aliis rebus distinguuntur maxime, appellari in omnibus linguis, usitatum est. Haec est mea de hoc verbo sententia, quam ex parte vidit etiam Leibnitius. v. Theod. L. I. § 78. Quod Davisius putat ad h. l. animam Aristoteli esse formam corporis, quae eam animet, errat. Nam haec Dicaearchi est sententia, non Aristotelis, quam Cicero ab illa distinguit. Veteres profecto eodem ac nos modo cepisse hoc verbum videntur. Sext. Empir. c. Math. X. 3. 40. pro actu posuit et potentiae opposuit: *Τὸ ᾠὸν κατὰ δύναμιν μὲν νεοσσός ἐστι, κατ' ἐντελέχειαν δὲ οὐκ*

ἔστιν. Cf. quos laudat Fabric. ad h. l. § 315. Est autem verbum, *ἀπὸ τοῦ ἐντελὲς ἔχει. ἐντελὴς* est perennis, perpetuus. Ern. Nondum his, quae Ernestius hic adnotavit, satis expedita est vera Aristotelis de anima sententia. Quod Cicero dixit ex Aristotelis opinione animam esse *quasi quandam continuatam motionem et perennem*, hoc ei propterea in mentem venit, quod lectionem *ἐνδελέχειαν* secutus est, quam ita sane interpretari poterat, cum *ἐνδελεχής* significet i. q. *perpetuus*, *perennis*, *perdurabilis*. *Ἐντελής* autem non significat *perennis*, *perpetuus*, sed potius perfectus et absolutus. Aristoteles autem lib. II. de anima c. 1. sic disputat: *Λέγομεν δὴ γένος ἕν τι τῶν ὄντων τὴν ΟΥΣΙΑΝ. Ταύτης δὲ τὸ μὲν ὡς ὕλην* (materiam) *ὃ καθ' αὑτὸ μὲν οὐκ ἔστι τόδε τι· ἕτερον δὲ, μορφὴν καὶ εἶδος*, (formam) *καθ' ἣν ἤδη λέγεται τόδε τι· καὶ τρίτον τὸ ἐκ τούτων. Ἔστι δὲ ἡ μὲν ὕλη δύναμις* (potentia), *τὸ δὲ εἶδος ἐντελέχεια* (forma quae potentiam rei s. *δύναμιν* ad actum traducit), *καὶ τοῦτο διχῶς· τὸ μὲν ὡς ἐπιστήμη, τὸ δὲ ὡς τὸ θεωρεῖν*. Nimirum qui scientia quadam pollet, non semper aliquid cogitat aut contemplatur. Itaque *ἐντελέχεια* est vis illa, qua potest aliquid a potentia ad actum deduci, etsi non semper id agit, ut aliquid ad actum transeat; et quatenus potest aliquid ad actum a potentia deducere dicitur *ἡ πρώτη ἐντελέχεια*. Iam Aristoteles *ἡ ψυχή*, inquit, *ἔστιν ἐντελέχεια ἡ πρώτη σώματος φυσικοῦ δυνάμει ζωὴν ἔχοντος. τοιοῦτο δὲ, ὃ ἂν ᾖ ὀργανικόν*. Et quidem propterea animum dicit *τὴν πρώτην ἐντελέχειαν σώματος ὀργανικοῦ*, quia *ἐν τῷ ὑπάρχειν τὴν ψυχὴν καὶ ὕπνος καὶ ἐγρήγορσίς ἐστιν. Ἀνάλογον δὲ ἡ μὲν ἐγρήγορσις τῷ θεωρεῖν, ὁ δ' ὕπνος τῷ ἔχειν καὶ μὴ ἐνεργεῖν*. Itaque Aristoteles animam fere ad corpus ita comparatum esse statuit, ut citharoedum ad lyram s. citharam. In lyra enim inest *δύναμις* s. potentia vel possibilitas harmoniae sonorum. Citharoedus vero vim et facultatem habet in cithara harmoniam efficiendi, quamquam non semper id agit, ut fidibus canat. Itaque diserte ait Aristoteles cap. 2. *ἡ ψυχὴ δὲ (ἐστι) τοῦτο ᾧ ζῶμεν καὶ αἰσθανόμεθα καὶ διανοούμεθα πρώτως*. Haec iam olim pluribus exposui in *diss. super Aristotelis de anima sententia*; et in capite *über die Psychologie des Aristoteles* versioni meae libri Bonnetiani: *Essai analytique sur les facultés de l'ame* adiecto. Conferenda est etiam *Tennemanni* historia philosophiae. Tom. III. pag. 181. sqq. S. Vid. Naeke ad Choeril. p. 177.

Ἔντεχνα, *artificialia*. „Cetera, quae sunt a me in secundo libro de oratore per Antonii personam disputata de ridiculis, *ἔντεχνα* et arguta." ad Fam. VII. 32, 2.

Ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς, *in rebus amatoriis*. „*Ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς* alienant immundae, insulsae, indecorae." ad Att. IX. 10, 2.

Ἐν τοῖς πολιτικοῖς, *in rebus civilibus* vel *quae spectant ad rem publicam*. ad Att. I. 13, 4.

Ἐντυραννεῖσθαι, *sub tyranno esse*. „Ego usque eo sum enervatus, ut hoc otio, quo nunc tabescimus, malim *ἐντυραννεῖσθαι*, quam cum optima spe dimicare." ad Att. II. 14, 1.

Ἐξαιρέσιμοι dies. „Est consuetudo Siculorum ceterorumque

Graecorum, quod suos dies mensesque congruere volunt cum solis lunaeque ratione, ut nonnunquam, si quid discrepet, eximant unum aliquem diem aut summum biduum ex mense; quos illi ἐξαιρεσίμους dies nominant." Verr. II. 52, 129. Iis opponuntur *intercalares*, ἐμβόλιμοι. De iis multa Scaliger, Petavius: quos, si lubet, vide. Ern.

Ἐξακανθίζειν. „Cetera noli ἐξακανθίζειν." ad Att. VI. 6, 1. Est proprie *spinas vellere et colligere*. H. l. spinae sunt Dolabellae, cui Tulliam desponderat, vitia, quae non volt ab Attico ex eius vita superiori colligi sibique obiici. Ern.

Ἐξ ἄστεος ἑπταλόφου τειχῶν παρέδωκεν κτλ. *Ex urbis septicollis moenibus* (i. e. Roma) *Camillo edidit* (Philotimus libertus uxoris meae) *rationes* XXIV. *minarum et* XLVIII. *minarum aeris alieni* (ab uxore scil. contracti), *seque debere* XXIV. *minas ex bonis Crotoniaticis* (h. e. Milonis) *et* XLVIII. *minas ex Chersoniticis* (h. e. in Chersoneso exactis): *et quamvis ex hereditatibus, quas adierit, redegerit bis sexcentas et quadragenas, se tamen aeris illius alieni ne obolum quidem dissolvisse, cum iam debeantur a Kal. secundi mensis: libertum autem eius, qui idem quod Cononis pater* (Timotheus) *nomen habebat, nihil curasse. Primum igitur hoc, omnia ut serventur: alterum, ut ne usuras quidem negligas, quae debentur ex die supra posito. Per eos dies, quibus illum pertuli, magno in timore fui. Venerat enim explorandi causa atque aliquid sperabat: qua spe frustratus abiit temere, sic fatus:* Turpe est diu manere. Sunt verba Homeri Il. β, 298., ubi additur κενεόν τε νέεσθαι, *et inanem redire*. ad Att. VI. 5, 2.

Ἐξ ἀφαιρέσεως, *detractione*. „Appius cum ἐξ ἀφαιρέσεως provinciam curarit, sanguinem miserit, quidquid potuit detraxerit, mihi tradiderit enectam, προσανατρεφομένην eam a me non libenter videt." ad Att. VI. 1, 2. — Ἀφαίρεσις significat in re rustica et medica inutilium detractionem et ablationem. Τῶν αὔων ἀφαίρεσις, aridarum frondium resectio, est apud Theophrastum et alios, vid. Salmas. ad Solin. p. m. 412. Sic medici ἀφαίρεσιν vocant, cum aliquid *materiae demitur* corpori. Curationis genus est. *Omne enim auxilium*, ut Celsus ait II. 9. in fin., *aut demit aliquam materiam, aut adiicit, aut evocat, aut reprimit, aut refrigerat, aut calefacit, simulque aut durat aut mollit.* In eo autem genere, quod in detractione est, ponitur primo loco *sanguinis detractio*, a qua et Celsus initium facit; *sanguis* autem eleganter apud Latinos dicitur *pecunia*, de quo aliquoties Graevius ad Ciceronem. Cicero ergo, cum dicere vellet, ab Appio provinciam exhaustam esse, eleganter et lepide dixit: *Appius ἐξ ἀφαιρέσεως provinciam curavit, sanguinem misit, quicquid potuit detraxit, mihi tradidit enectam. Itaque προσανατρεφομένην a me non libenter videt.* Προσανατρέφειν est contrarium detractionis; plane huc pertinet locus Aristoph. in Ranis iam a Victorio ad h. l. allatus v. 941 de fabula sua:

Ἴσχνανα μὲν πρώτιστον αὐτὴν καὶ τὸ βάρος ἀφεῖλον
Ἐπυλλίοις καὶ περιπάτοις, καὶ τευτλίοισι λευκοῖς,

Χυλὸν διδοὺς στωμυλμάτων, ἀπὸ βιβλίων ἀπηθῶν·
Εἶτ᾽ ἀνέτρεφον μονῳδίαις, Κηφισοφῶντα μιγνύς.

Poëta iam ante Ranas produxerat in scenam, sed infelici successu, itaque eas a se dicit immutatas *demptis* (ἴσχνανα) nonnullis, et contra aliis *additis* (ἀνέτρεφον). Ern.

Ἐξοχή, excellentia. „Ἐξοχή in nullo est: pecunia omnium dignitatem exaequat." ad Att. IV. 15, 7.

Ἐξωτερικός, populariter scriptus. „De summo bono duo genera librorum sunt, unum populariter scriptum, quod ἐξωτερικὸν appellabant; alterum limatius, quod in commentariis reliquerunt." de Finn. V. 5, 12. — „Itaque cogitabam, quoniam in singulis libris utor prooemiis, ut Ἀριστοτέλης in iis, quos ἐξωτερικοὺς vocat, aliquid efficere, ut non sine causa istum appellarem." ad Att. IV. 16, 2. — Ἐξωτερικός quid sit, docet A. Gellius Noct. Att. lib. 20. cap. 5: Commentationum suarum artiumque, quas discipulis tradebat Aristoteles philosophus, regis Alexandri magister, duas species habuisse dicitur: alia erant, quae nominabat ἐξωτερικά· alia, quae appellabat ἀκροατικά. Ἐξωτερικὰ dicebantur, quae ad rhetoricas meditationes facultatem argutiarum civiliumque rerum notitiam conducebant. Ἀκροατικὰ autem vocabantur, in quibus philosophia remotior subtiliorque agitabatur, quaeque ad naturae contemplationes disceptationesve dialecticas pertinebant. Huius disciplinae, quam dixi ἀκροατικήν, tempus exercendae dabat in Lycio matutinum: nec ad eam quemquam temere admittebat, nisi, quorum ante ingenium et eruditionis elementa atque in discendo studium laboremque explorasset. Illas vero ἐξωτερικὰς auditiones exercitiumque dicendi eodem in loco vesperi faciebat; easque volgo iuvenibus sine delectu dabat; atque eum δειλινὸν περίπατον (pomeridianam deambulationem) appellabat: illum alterum supra ἑωθινόν (matutinam): utroque enim tempore ambulans disserebat. Libros quoque suos earum rerum omnium commentarios seorsim divisit, ut alii ἐξωτερικοὶ dicerentur, partim ἀκροατικοί.

Ἐπαγγέλλομαι, profiteor. ad Att. II. 9, 3. Conf. Ἄνδρ᾽ ἀπαμύνασθαι κτλ.

Ἐπαγωγή, inductio, genus argumentationis Socraticum et rhetoricum. „Sunt similitudines, quae ex pluribus collationibus perveniunt quo volunt. Haec ex pluribus perveniens quo volt appellatur *inductio*: quae Graece ἐπαγωγή nominatur, qua plurimum est usus in sermonibus Socrates." Top. 10, 42. Vid. s. v. παραγωγή.

Ἐπεὶ οὐχ ἱερήϊον οὐδὲ βοείην, quia non victimam neque tergus bubulum scil. capto. ad Att. I. 1, 4. ex Hom. Il. χ. v. 159. proverbium, quo utuntur, qui rem magnam agi dicere volunt: *Non rem levem et inanem peto, non res levis agitur.* Ern.

[*Ἐπεῖχον ἀεί, retinebam identidem.* ad Att. V. 11, 4.]

Ἐπέχειν, assensum sustinere, haesitare. „Quas multo ante tuas acceperam litteras, in quibus ἐπέχειν te scripseras, quid esset mihi faciendum de relinquendo: eae me pungebant." ad Att. VI. 6, 3. —

„Ἐπέχειν te scribebas. Quid erat dubitatione dignum" cet. ad Att. VI. 9, 3.

Ἐπιγεννηματικόν. „Sed in ceteris artibus cum dicitur *artificiose*, posterum quodam modo et consequens putandum est, quod illi ἐπιγεννηματικόν appellant: quod autem in quo *sapienter* dicimus, id a primo rectissime dicitur." de Finn. III. 9, 32. Ἐπιγεννηματικόν ab ἐπιγέννημα, quo verbo dicunt omne id, quod ex primo consequitur, eique adiunctum est: tamquam πάθος, quod e morbo primario consequi solet, appellant medici eius morbi ἐπιγέννημα. Hoc verbum deinde ad philosophiam a Stoicis traductum est, hoc sensu. Ars v. c. pictoria, est tamquam caput et primarium quid: cum autem aliquid ex arte ea artificiose facimus, id demum ex primo, h. e. ex arte ea consequitur, et est eius artis ἐπιγέννημα s. ἐπιγεννηματικόν, *posterum quodam modo et consequens*, ut Cicero interpretatur. Id secus esse dicit in eo, cum quid sapienter dicitur; id enim non dici ἐπιγεννηματικόν, sed primarium et caput rei. Ern. Pressius et ad h. l. aptius exposuit hoc verbum *Goerenzius* V. C. „Stoici virtutem in ὁμολογίᾳ ponebant, id est, in ea sentiendi iudicandique ratione, quae plene cum natura consentit. Quae autem ex hac constanti animi mentisque dispositione sensationes orirentur, ut gaudium, animi hilaritas cet., eas ex ἐπιγεννήματος, quasi accessorias virtuti dixerunt; quippe quae ex illa dispositione necessario existerent. Non igitur tam in externa actione et *effectu* virtutis vim et naturam ponebant, quam in conatu et nisu; quippe sine quo ne actio quidem esset, actionem enim quasi virtutis complementum spectabant. Explicavimus haec verbis communibus, unde facilius, quae ex adversa parte de peccato sequuntur, intelliguntur, cuius ἐπιγεννήματα, δυσθυμίαν et δυσφροσύνην memorat Diog. Laërt. VII. 94. sq. quem recte conferes."

Ἐπιδεικτικόν, *demonstrativum dicendi genus, quasi ad inspiciendum, delectationis causa, comparatum.* Nam ἐπίδειξις est oratio ostentandae eloquentiae et artis causa conscripta. Vid. Spanh. ad Iulian. Or. I. p. 15. Unde deinde etiam ad alias res transfertur, in quibus artis ostentatio spectatur: εἰς ἐπίδειξιν, *artis iactandae causa.* Ern. „Sed quoniam plura sunt orationum genera eaque diversa, neque in unam formam cadunt omnia: laudationum, scriptionum et historiarum et talium suasionum, qualem Isocrates fecit Panegyricum multique alii, qui sunt nominati Sophistae, reliquarumque rerum formam, quae absunt ab forensi contentione, eiusque totius generis, quod Graece ἐπιδεικτικόν nominatur, quod quasi ad inspiciendum delectationis causa comparatum est, non complectar hoc tempore." Orator 11, 37. — „In aliis, id est, in historia et in eo, quod appellamus ἐπιδεικτικόν, placet omnia dici Isocrateo Theopompeoque more." Ibid. 61, 207.

Ἐπιδήμιον, *contagiosum.* „Si quid habet collis ἐπιδήμιον, ad me cum Tisameno transferamus." ad Att. XII. 10.

Ἐπικεφάλια, *tributum in singula capita imperatum, Kopfsteuer.* „Audivimus nihil aliud nisi imperata ἐπικεφάλια solvere non

posse." ad Att. V. 16, 2. — „Gravissimum iniquissimumque tributi genus, cuius causa saepe seditiones ortae sunt: *capitatio* sequioribus scriptoribus dicitur. Nam tributa fere dicuntur a re, propter quam exiguntur; sic *columnarium*, ad Att. XIII. 8, *ostiarium* cet. Vid. Lipsius de Magnit. Rom. L. II. c. 2. 3. Huius generis fuit tributum, de quo Matth. XXII. 17 sqq., ut Harduinus vidit Oper. Sel. p. 615. Hinc Luc. XX. 22. dicitur *φόρος*, quod verbum de hoc genere dicitur, ut *τέλος* de portorio, scriptura et decimis. Permutantur a scriptoribus sacris in ista re narranda *κῆνσος*, *δηνάριον*, *φόρος*. Hesychius: *Κένσος*, *εἶδος νομίσματος*, *ἐπικεφάλαιον*, quae glossa locum illum Matth. XXII. 17. respicere videtur, quod facile concedent et quale sit intelligent, qui rationem glossarum Hesychianarum perspectam habent. *Ἐπικεφάλαιον* autem idem quod *ἐπικεφάλιον*, ut *κεφάλαιον* et *κεφάλιον*. Hinc glossa orta est Cod. Cantabr. qui *ἐπικεφάλαιον* habet pro *κῆνσος* Marc. XII. 14. Syrus quoque in hunc modum interpretatus est. Ern.

Ἐπικούρειον, *Epicureum*. „Maximam laetitiam cepi ex tuis litteris de spe minime dubia et plane explorata triumphi tui: neque vero ob eam causam, quo ipse facilius consequerer — nam id quidem *ἐπικούρειον* est — sed, mehercule, quod tua dignitas atque amplitudo mihi est ipsa cara per se." ad Fam. III. 9, 2.

Ἐπίκτητα, *adscititia*, *simulata*. „Omnia illa prima, quae etiam tuis litteris in caelum ferebas, *ἐπίκτητα* (alii *ἐπίτηκτα*) fuerunt." ad Att. VII. 1, 5.

Ἐπίκωπα, *naves quae remis aguntur*. „*Ἄφρακτα* Rhodiorum et *δίκροτα* Mytilenaeorum habebam et aliquid *ἐπικώπων*." ad Att. V. 11, 4.

Ἐπίλογοι, *conclusiones orationum*. „Conclusiones, quae apud Graecos *ἐπίλογοι* nominantur, tripartitae sunt." ad Herenn. II. 30, 47. — „Habes epilogum, ne quid praetermissum aut relictum putes. A. Ego vero: et quidem fecit etiam iste me epilogus firmiorem." Tusc. II. 49, 119.

Ἐπισημασίαι, *signa, quibus animus et voluntas populi in theatris, pro rostris cet. declaratur, plausus*, de quibus vid. Ferrar. de Acclam. Vet. Ern. „Itaque et ludis et gladiatoribus mirandas *ἐπισημασίας* sine ulla pastoricia fistula auferebamus." ad Att. I. 16, 11. — „Tu, si quid *πραγματικὸν* habes, scribes: sin minus, populi *ἐπισημασίαν* et mimorum dicta perscribito." ad Att. XIV. 3, 2.

Ἐπίσκοπος, *speculator*, *custos*. „Volt enim me Pompeius esse, quem tota haec Campania et maritima ora habeat *ἐπίσκοπον*, ad quem delectus et summa negotii referatur." ad Att. VII. 11, 5.

Ἐπισταθμία, *curatio hospitii*, necessitas hospitio recipiendi comites principis aut legati, *Einquartierung*. „Habes hospitium sive *ἐπισταθμίαν* odiosam, mihi non molestam." ad Att. XIII. 52, 2.

Ἐπὶ σχολῆς, *in otio*. „Omnia, quemadmodum polliceris, *ἐπὶ σχολῆς* scribe." ad Att. II. 5, 3.

Ἐπίτευγμα, *expetitae rei adeptio*, *prosper successus*. „Ubi

enim ἐπίτευγμα magnum nullum fieri possit, ἀπότευγμα vel non magnum molestum futurum sit: quid opus est παρακινδυνεύειν?" ad Att. XIII. 27, 1.

'Επίηκτα, *fluxa, non diuturna, quae facile intereunt aut interire possunt.* „Omnia illa prima, quae etiam tuis litteris in caelum ferebas, ἐπίηκτα (alii ἐπίκτητα) fuerunt." ad Att. VII. 1, 5. — Conf. Meleagri epigr. 64, 1: "Ιδ' ὡς ἐπίηκτα φιλοῦσα κτλ.

'Επιφορά, *epiphora*, i. e. humoris destillatio et in aliquam corporis partem impetus, unde morbus et dolor, ab ἐπιφέρομαι, *impetu feror, irruo.* „Balbus ad me scripsit, tanta se ἐπιφορᾷ oppressum, ut loqui non possit." ad Fam. XVI. 23, 1.

'Επιφωνήματα, *acclamationes, laudes.* „Quid ego alienorum in me ἐπιφωνήματα exspectem, cum haec domi nascantur?" ad Att. I. 19, 3.

'Επιχαρμεῖον, *Epicharmi scitum, dictum.* „Quamobrem 'Επιχαρμεῖον illud teneto: nervos atque artus esse sapientiae non temere credere." de petit. cons. 10, 39.

'Επιχειρήματα, *argumentationes.* „Reliquum videbatur, ut ostenderemus, — — quas argumentationes, quas Graeci ἐπιχειρήματα appellant, sequi, quas vitare oporteret." ad Her. II. 2, 2. — De epichiremate et variis eius generibus vide Quintil. Inst. oratt. V. 10.

'Επιχρονία ἐποχή, *diuturna dubitatio.* „Non fuit faciendum aliter, meque ἐπιχρονία ἐποχή tua dubitatione liberavit." ad Att. VI. 9.

"Επος, *carmen heroicum.* „Quod me hortaris, ut absolvam: habeo absolutum suave, mihi quidem uti videtur, ἔπος ad Caesarem." ad Q. fr. III. 9, 6.

'Εποχή, *retentio* assensionis. „Videbam, quae tibi essent ἐποχῆς causae, et erant eaedem mihi." ad Att. VI. 6, 3. — „'Αδέησις ista mihi tua, non ἐποχή videbatur." ad Att. VI. 9, 3. Conf. 'Επιχρονία ἐποχή. — „Non enim sustinent (remiges), sed alio modo remigant. Id ab ἐποχῇ remotissimum est." ad Att. XIII. 21, 3. — „Semper Carneades προβολὴν pugilis et retentionem aurigae similem facit ἐποχῇ. Ibid. Conf. s. v. Προβολή. — „'Εποχὴν vestram de re Canae probo." ad Att. XV. 21, 2. — „Ex his illa necessario nata est ἐποχή, id est assensionis retentio." Acad. II. 18, 59. — „'Εποχὴν illam omnium rerum." Acad. II. 48, 148.

'Επταμηνιαῖος, *septimestris.* „Tullia mea peperit XIIII. Kal. Iun. puerum ἑπταμηνιαῖον." ad Att. X. 18, 1.

"Ερανος, *collatio, pecunia, quam ab amicis, propinquis, sumptus faciendi causa petimus.* Vid. praeter alios de hoc verbo Casaubon. ad Theophrast. c. 15. Ern. „Quod autem os, in hanc rem ἔρανον a te?" ad Att. XII. 5, 1.

"Εργον, *opus.* ad Att. XIII. 25, 3.

'Εργῶδες, *laboriosum.* „Est illud quidem ἐργῶδες, sed ἀνεκτόν mihique gratissimum." ad Att. XV. 19, 1.

"Ερδοι τις. O illud verum, ἔρδοι τις!" ad Att. V. 10, 3. Senarius integer legitur apud Aristophanem in Vespis v. 1431:

Ἕρδοι τις ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην,
quem versum in proverbium abiisse ipse Cicero docet Tusc. I. 18, 41. his verbis: „Bene enim illo Graecorum proverbio praecipitur,
Quam quisque norit artem, in hac se exerceat.

Ἑρμαῖον, lucrum insperatum. „Itaque, ut legi tuas de Varrone, tamquam *Ἑρμαῖον* arripui." ad Att. XIII. 19, 5. Dictum a Mercurio, unde illud *Κοινὸς Ἑρμῆς* usurpatum, cum quis in itinere aliquid repperisset et comes eius particeps esse vellet. Ern.

Ἑρμῆς, Mercurius. „Quod ad me de Hermathena scribis, per mihi gratum est, et ornamentum Academiae proprium meae, quod et *Ἑρμῆς* commune omnium et Minerva singulare est insigne eius gymnasii." ad Att. I. 2, 3.

Ἐσάλπιξεν. Vid. *Ἐλάπιξεν.*

Ἐσοφίζετο. Vid. *Σοφίζεσθαι.*

Ἔσπετε νῦν μοι, Μοῦσαι, ὅππως δὴ πρῶτον πῦρ ἔμπεσε, praeite nunc mihi Musae, quomodo ignis primum illapsus est. ad Att. I. 16, 5. ex Homeri Iliad. *π.* v. 113 sq.

Ἑστία, Vesta. „Vestae nomen a Graecis est: ea est enim, quae ab illis *Ἑστία* dicitur; vis autem eius ad aras et focos pertinet." de Nat. Deor. II. 27, 67.

Ἔστω ὄψις μὲν ἡ α, τὸ δὲ ὁρώμενον β, γ. ἀκτῖνες δὲ δ καὶ ε. Sit visus a, *quod autem videtur* b, c. *radii vero* d *et* e. ad Att. II. 3, 2. Sermo de fenestris, unde prospectus in viridarium patet. Eas angustiores fecerat architectus, reprehendente Attico, cui his verbis respondetur. Cicero et Architectus putabant visionem fieri radiorum *ἐκχύσει* ex oculis et cum re aspectabili coniunctione, Atticus autem *εἰδώλων* incursione (v. ad *εἴδωλον*) adeoque putabat, angustis fenestris *εἴδωλα* non posse commode ad oculos per fenestram venire. Cicero autem respondit, ita, ex architecti opinione de *ἐκχύσει*, meliorem prospectum effici. Nam *ἔστω* etc. *vides* cetera, i. e. intelligis, effici ita ab oculo ad obiectum figuram coni, cuius fastigium in oculo spectantibus sive ad fenestram terminetur: cuius fastigium quo est acutius, basis latior, eo iucundius spectaculum exhibebit. Ern.

Ἑταῖρος, sodalis, amicus. ad Att. IX. 5, 3.

Ἔτι ἐῶμεν; adhuc sinimus? „Redeo ad meum igitur *ἔτι ἐῶμεν?*" ad Att. XVI. 1, 1.

Ἐτυμολογία, veriloquium, notatio, verborum explicatio. „Multa etiam ex notatione sumuntur. Ea est autem, cum ex vi nominis argumentum elicitur: quam Graeci *ἐτυμολογίαν* vocant, id est, verbum ex verbo, *veriloquium*: nos autem novitatem verbi non satis apti fugientes genus hoc *notationem* appellamus, quia sunt verba rerum notae." Top. 8, 35. — „Verborum etiam explicatio probabatur, id est, qua de causa quaeque essent ita nominata: quam *ἐτυμολογίαν* appellabant." Acad. I. 8, 32.

Ἔτυμον, etymon, i. e. vera origo alicuius vocabuli eiusque originis vera aut verisimilis ratio. „Tu Musis nostris para ut operas

reddas: nostra ad diem dictam fient. Docui enim te, fides ἔτυμον quod haberet." ad Fam. XVI. 10, 2.

Εὐαγγέλια, *laeti nuntii*, *eorumque praemia*. ad Att. II. 3, 1. — „O suaves epistolas tuas uno tempore mihi datas duas: quibus εὐαγγέλια quae reddam, nescio: deberi quidem plane fateor." ad Att. II. 12, 1. — ad Att. XIII. 40, 1.

Εὐαγώγως, *qua commodissime ratione poteris*. ad Att. XIII. 23, 3. Sed haec est lectio unius Ms., unde Bosius et Gruterus edidere. Vid. s. v. *Εὐλόγως*. Ern.

Εὐανάτρεπτος, *qui facile potest everti*. „Nihil est iam, quod magis timendum nobis putem, quam ne ille noster Sampsiceramus, cum se omnium sermonibus sentiet vapulare et cum has actiones εὐανατρέπτους videbit, ruere incipiat." ad Att. II. 14, 1. Sermo est de actionibus, quae quoniam vitiosae sunt, v. c. contra auspicia, facile irritae fieri possunt. Ern.

Εὐγένεια, *generis nobilitas*. „Nihil errabis, si paullo diligentius, ut, quid sit εὐγένεια, quid sit nobilitas, intelligas, Athenodorus quid de his rebus dicat, attenderis." ad Fam. III. 7, 5.

Εὐγενέστερος, *generosior*. „(Scrofa) εὐγενέστερος est etiam quam pater." ad Att. XIII. 21, 7.

Εὐγενής, *generosus*, *nobilis*. „*Εὐγενῆ* tua consilia et tamen pro temporibus non incauta mihi valde probantur." ad Att. VIII. 9, 3.

Εὐδαίμων, *felix*. „Arabiam εὐδαίμονα." ad Att. IX. 11, 4.

Εὐδοξία, *bona fama*, *gloria*. „De bona autem fama (quam enim appellant εὐδοξίαν, aptius est hoc loco *bonam famam* appellare quam *gloriam*) Chrysippus quidem et Diogenes detracta utilitate ne digitum quidem eius causa porrigendum esse dicebant: quibus ego vehementer assentior." de Finn. III. 17, 57.

Εὐελπιστία, *bona spes*. „Neque tam me εὐελπιστία consolatur, ut antea, quam ἀδιαφορία, qua nulla in re tam utor, quam in hac civili et publica." ad Att. II. 17, 2.

Εὐεργέτης, *benefactor*, *bene meritus*. ad Att. IX. 5, 3.

Εὐήθεια, *fatua simplicitas*. „Εὐήθειαν Sempronii Rufi cognovi ex epistola tua Corcyraea." ad Att. VI. 2, 10. — Proprie de hominibus probis dicitur, qui alios ex ingenio suo metiuntur, adeoque facile et credunt et decipiuntur. *Κακοήθεις* contra, quia ipsi mali sunt, suspiciosi etiam sunt, callidi. V. Aristot. Rhet. II. 13. Ern.

Εὐημέρημα, *prosper successus*. „Recesserant illi quidem ab Antiochia ante Bibuli adventum, sed nullo nostro εὐημερήματι." ad Att. V. 21, 2.

Εὐημερία, *prosperitas*, *felix successus*. „Quid enim est, quod Dolabella — — — hanc εὐημερίαν quasi Caesaris scriberet, Pompeium in fuga esse?" ad Att. IX. 13, 1.

Εὐθανασία, *facilis mors*. „Illud admirari satis non potui, quod scripsisti his verbis: Veni igitur tu, qui εὐθανασίαν. Veni. Relinques patriam?" ad Att. XVI. 7, 3.

Εὐθυμία, *animi tranquillitas*. „Democriti securitas, quae est

animi tamquam tranquillitas (quam appellavit εὐθυμίαν), eo separanda fuit ab hac disputatione, quia ista animi tranquillitas ipsa est beata vita." de Finn. V. 8, 23. — „Quam (beatam vitam) si etiam in rerum cognitione ponebat, tamen ex illa investigatione naturae consequi volebat, bono ut esset animo. Ideo enim ille summum bonum εὐθυμίαν et saepe ἀθαμβίαν appellat, id est, animum terrore liberum." de Finn. V. 29, 87.

Εὐθυῤῥημονέστερος, liberior in loquendo. „In quibus versiculis si tibi quibusdam verbis εὐθυῤῥημονέστερος videbor: turpitudo personae eius, in quam liberius invehimur, nos vindicabit." ad Fam. XII. 16, 3. — Conf. Ὁ σοφὸς εὐθυῤῥημονήσει.

Εὐκαιρία, opportunitas, occasio, tempus actionis opportunum. „O Brute, ubi es? quantam εὐκαιρίαν amittis!" ad Att. XVI. 8, 2. — „Opportunitas (sic enim appellemus εὐκαιρίαν) non fit maior productione temporis." de Finn. III. 14, 45. — „Tempus actionis opportunum Graece εὐκαιρία, Latine appellatur occasio." de Off. I. 40, 142.

Εὐκαιρότερον, opportunius. „Nihil εὐκαιρότερον epistola tua, quae me sollicitum de Quinto nostro, puero optimo, valde levavit." ad Att. IV. 7, 1.

Εὐκαίρως, opportune. „Hic προφκονομησάμην quiddam εὐκαίρως de iis, quae in Sestium apparabantur crimina." ad Q. fr. II. 3, 7. — „Εὐκαίρως ad me venit, cum haberem Dolabellam, Torquatus." ad Att. XIII. 9, 1.

Εὐκόλως, facile. „De Attica optime, quod levius ac levius et quod fert εὐκόλως." ad Att. XIII. 21, 7.

Εὐλογία, probabilis ratio. „Lucum hominibus non sane probo, quod est desertior: sed habet εὐλογίαν." ad Att. XIII. 22, 4.

Εὔλογον, consentaneum, probabile. ad Att. XIII. 5, 1. — ad Att. XIII. 7, 1. — ad Att. XIII. 33, 3. — ad Att. XIV. 22, 2.

[*Εὐλόγως.* ad Att. XIII. 23, 3. ubi sic edd. pr. Sed Bosius correxit εὐαγώγως, Lambinus εὐαγῶς. Ern.]

Εὐλογώτατον, maxime consentaneum. „Illud εὐλογώτατον, illum fratri in primis eius legatis fuisse." ad Att. XIII. 6, 4.

Εὔλυσία κοιλίας, facilis solutio alvi. „Indulge valetudini tuae, cui quidem tu adhuc, dum mihi deservis, servisti non satis: ea quid postulet, non ignoras: πέψιν, ἀκοπίαν, περίπατον σύμμετρον, τέρψιν, εὐλυσίαν κοιλίας." ad Fam. XVI. 18, 1.

Εὐμένεια, benevolentia. „In reprehensione est prudentia cum εὐμενείᾳ." ad Att. XVI. 11, 2.

Εὐμολπιδῶν πάτρια, Eumolpidarum ritus patrii. „Chilius te rogat, et ego eius rogatu, Εὐμολπιδῶν πάτρια." ad Att. I. 9, 2. Eumolpidae sunt Sacerdotes ex Eumolpi posteris, de quibus vid. doctos viros ad Nepotis Alcibiadem, c. 1. Falsterus in Amoenitatibus feminas facere voluit, et auctores Latinos ex hac opinione refingere, sed eam nos certis argumentis confutavimus in Actis Eruditorum latinis. Unum illud poterat virum doctum ab errore revocare, quod et

ibi nomimus, si feminae fuissent, *Eumolpides* dicendum fuisse non *Eumolpidae*. Ern.

Εὐπινές, *venustum*, *nitidum*. „Caesar autem mihi irridere visus est *quaeso* illud tuum, quod erat εὐπινὲς et urbanum." ad Att. XII. 6, 3. Forma quaedam orationis, quae et πίνος et a Longino Sect. XXX. εὐπίνεια vocatur (nam ita legendum esse mihi non dubium videtur, etsi Tollius retinet σαφήνειαν). Proprie εὐπινὲς et εὐπίνεια, item πίνος, est palaestritarum, qui oleo, quo ungi solent, nitidum corpus sibi efficiunt: deinde ad alias res traducitur, ut, πιναροὶ λίθοι, lapides, qui *caesi* et *politi* sunt. Sic etiam πίνος orationis et εὐπινὲς nitor, elegantia, venustas est. De his verbis vide Salmas. ad Solin. p. m. 142. et multis aliis locis. Victorium ad l. c. Pearcium ad Longinum l. c. Ern.

Εὐπινῶς, *nitide*, *eleganter*. „Ipsius litterae sic et φιλοστόργως et εὐπινῶς scriptae, ut eas vel in acroasi audeam legere." ad Att. XV. 17, 2.

Εὔπιστος, *homo exploratae fidei*, *cui tuto credi potest*. „Quod ad te iam pridem de testamento scripsi, apud εὔπιστον illas velim." ad Att. XI. 25, 3.

Εὔπολιν, *τὸν τῆς ἀρχαίας*, *Eupolin illum veteris* scil. *comoediae poëtam*. „Quis enim non dixit Εὔπολιν τὸν τῆς ἀρχαίας ab Alcibiade navigante in Siciliam deiectum esse in mare?" ad Att. VI. 1, 18. — De distinctione comoediae in veterem, mediam et novam egerunt scriptores de re poëtica, tamquam Scaliger, ex recentissimis Brumoi, Théatre des Grecs, Tom. V. p. 198. ed. Batav. item Interpretes ad illud Horatii:

Eupolis atque Cratinus Aristophanesque poëtae
Atque alii, quorum comoedia prisca virorum est.

De Eupoli vid. Indic. Nominum. Ern.

Εὐπόριστος, *facilis impetratu*. „Deinde de ipso triumpho (cogitabis), quem video, nisi rei publicae tempora impedient, εὐπόριστον." ad Att. VII. 1, 7.

Εὐριπίδου, *Euripidis*. „Itaque ab Homeri magniloquentia confero me ad vera praecepta Εὐριπίδου·

Μισῶ σοφιστὴν ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός."
Sapientem odi, qui sibi ipse non sapit.

ad Fam. XIII. 15, 2. Manutio videtur esse e Medea. Ern. Vid. Euripidis fragm. inc. LXXII. Dind.

Εὔριπιστα, *mobilia*, *facilia ad excitandum et impellendum*. ad Att. XIV. 5, 2. Falsissimum est veriloquium huius vocis id, quod Ernestius habet et Schützius, qui eam ab Euripo derivant et noto proverbio Ἄνθρωπος Εὔριπος. Tu noli dubitare, quin ex εὖ et ῥιπίζω derivata sit.

Εὐστομάχως, *bono stomacho*, *fortiter*. „Finge me quamvis εὐστομάχως haec ferentem." ad Att. IX. 5, 2.

Εὐταξία, *ordinis conservatio*. „Deinceps de ordine rerum et opportunitate temporum dicendum est. Haec autem scientia continen-

tur ea, quam Graeci εὐταξίαν nominant: non hanc, quam interpretamur modestiam, quo in verbo modus inest: sed illa est εὐταξία, in qua intelligitur ordinis conservatio." de Offic. I. 40, 142.

Εὐτοκεῖν, *feliciter parere*. „Quod (Tullia) ηὐτόκησεν, gaudeo." ad Att. X. 18, 1.

Εὐτραπελία. ad Fam. VII. 32, 1. Aristoteles in Ethicis interpretatur: *πεπαιδευμένην ὕβριν*, cum conviciamur aut perstringimus homines ingeniosa aliqua ratione. Unde *Eutrapeli* dicti. Nam hic Volumnius, ad quem utitur hoc verbo Cicero, *Eutrapelus* dictus est propter εὐτραπελίαν. Sed hunc ipsum hominem Plutarchus in Bruto vocat *μῖμον*, quem locum Victorius ad h. l. attulit; ex quo intelligitur, εὐτραπελίαν esse urbanitatem in sensu deteriori, de qua v. Gronov. de Sestert. p. 318, 319., scil. mimicam facetiam, ridiculam illam quidem, sed non magni faciendam aut nimis ingeniosam. Itaque Cicero in hac epistola ad Volumnium, qui κατ᾽ ἐξοχὴν, uti diximus, Eutrapelus dictus est, tamen ut parum argutum hominem ridet: *In possessione*, inquit, *salinarum mearum neminem timeo praeter te. Putas te rideri? nunc demum intelligo te sapere.* Recte ergo Paullus prohibet εὐτραπελίαν, h. e. mimicam et scurrilem facetiam. Ceterum non dubito, quin hoc verbum interdum etiam bonum sensum habeat, inprimis apud veteres Atticos. vid. Vavassor de ludicra dictione p. 282. ed. Lips. Ern.

Εὐχρηστήματα, *commoda*. „Incommoda et commoda (ita enim εὐχρηστήματα et δυσχρηστήματα appello) communia esse voluerunt, paria noluerunt." de Finn. III. 21, 69.

Ἔφοδος, *insinuatio*. „Exordiorum duo sunt genera, principium, quod Graece προοίμιον appellatur, et insinuatio, quae ἔφοδος nominatur. — Inter insinuationem et principium hoc interest. Principium eiusmodi debet esse, ut statim apertis rationibus, quibus praescripsimus, aut benevolum aut attentum aut docilem faciamus auditorem: at insinuatio eiusmodi debet esse, ut occulte per dissimulationem eadem illa omnia conficiamus." ad Herenn. I. 4, 6 et I. 7, 11.

Ἕωλος, *non recens*, *obsoletus*. „Tu autem commode feceris, si reliquos (de Finibus libros) continueris, ne et ἀδιόρθωτα habeat Balbus et ἕωλα Brutus." ad Att. XIII. 21, 4. Conf. 22, 3: „Nolebam aut *obsoletum* Bruto aut Balbo *inchoatum* dari." — *Ἕωλος* epistola. ad Fam. IX. 2, 1.

Z.

Ζηλοτυπεῖν, *aemulari*, *invidere*. „Deinde, quem ζηλοτυπεῖν, nisi forte Brutum: quem si non ζηλοτυπεῖ, multo Hortensium minus aut eos, qui de re publica loquuntur." ad Att. XIII. 18.

Ζηλοτυπία, *aemulatio*, *obtrectatio*. „Iudicabam duriores partes mihi impositas esse ab offensione nostra, quae magis a ζηλοτυπίᾳ mea quam ab iniuria tua nata est." ad Att. X. 8 A, 1. — „*Obtrectatio*

autem est ea, quam intelligi ζηλοτυπίαν volo, aegritudo ex eo, quod alter quoque potiatur eo, quod ipse concupiverit." Tusc. IV. 8, 18.

Ζηλοτυποῦμαι, mihi invidetur. „Illud vero utique scire cupio, quem intellexeris ab eo ζηλοτυπεῖσθαι (scil. quod in meis libris loquens inducatur), nisi forte Brutum." ad Att. XIII. 13, 1.

Ζήτημα. „Sed, quoniam Grammaticus es, si hoc mihi ζήτημα persolveris, magna me molestia liberaris." ad Att. VII. 3, 10. — „A quibus cum discessi, etsi minimum mihi est in coena, — quod tu unum ζήτημα Dioni philosopho posuisti — tamen quid potius faciam, priusquam me dormitum conferam, non reperio." ad Fam. IX. 26, 1.

Ζωδιακός, orbis signifer, zodiacus. „Vim quandam esse aiunt signifero in orbe, qui Graece ζωδιακός dicitur." de Divin. II. 42, 89.

Ζώσης φωνῆς, vivae vocis. Integer locus ita concipiendus: ***Ζώσης φωνῆς μείζων ἐνέργειά ἐστιν ἢ ἀφώνων διδασκάλων, vivae vocis maior est vis et efficacitas quam mutorum doctorum.*** „Ubi sunt, qui aiunt ζώσης φωνῆς? Quanto magis vidi ex tuis litteris, quam ex illius sermone, quid ageretur!" ad Att. II. 12, 2.

H.

Ἡγεμονικόν, principatus. „In arborum autem et earum rerum, quae gignuntur e terra, radicibus inesse principatus putatur. Principatum autem id dico, quod Graeci ἡγεμονικόν vocant, quo nihil in quoque genere nec potest nec debet esse praestantius." de Nat. Deor. II. 11, 29. — Sic in homine ratio est τὸ ἡγημονικόν, quod quasi principatum in homine obtinet. In universo autem deus, auctor mundi. Stoici sic appellabant naturam, quae universum continet illudque tuetur. Ern.

Ἡ δεῦρ' ὁδός σοι τί δύναται νῦν, θεοπρόπε; Iter huc susceptum cui tibi usui nunc est, age dic vates. ad Att. XV. 11, 3. XVI. 6, 2. Senarius poëtae veteris nescio cuius. Valckenario V. C. videtur esse Sophoclis. Diatribe de Fragm. Eurip. p. 192. Ern.

Ἡδονή, voluptas, item *laetitia*, quasi gestientis animi elatio voluptaria. „Ἡδονὴν et ἀταραξίαν virtute, iustitia, τῷ καλῷ parari, et verum et probabile est." ad Fam. XV. 19, 2. — „Pansa, qui ἡδονὴν sequitur, virtutem retinet." Ibid. 3. — „Omnes iucundum motum, quo sensus hilaretur, Graece ἡδονήν, Latine *voluptatem* vocant." de Finn. II. 3, 8. — „Egone non intelligo, quid sit ἡδονή Graece, Latine *voluptas*?" de Finn. II. 4, 12. — „Ut scias me intelligere, primum idem esse dico *voluptatem*, quod ille ἡδονήν." de Finn. II. 4, 13. — „Nullum (verbum) inveniri potest, quod magis idem declaret Latine, quod Graece ἡδονή, quam declarat *voluptas*." Ibid. — „Quam Stoici communi nomine corporis et animi ἡδονὴν appellant, ego malo *laetitiam* appellare, quasi gestientis animi elationem voluptariam." de Finn. III. 10, 35.

Ἠθικόν, ad naturas et ad mores et ad omnem vitae consue-

tudinem accommodatum. „Duo sunt, quae bene tractata ab oratore admirabilem eloquentiam faciant: quorum alterum est, quod Graeci *ἠθικόν* vocant, ad naturas et ad mores et ad omnem vitae consuetudinem accommodatum, alterum, quod iidem *παθητικόν* nominant, quo perturbantur animi et concitantur, in quo uno regnat oratio." Orator 37, 128.

Ἦθος, mores. „Quia pertinet ad mores, quod *ἦθος* illi vocant, nos eam partem philosophiae de moribus appellare solemus." de Fato 1, 1.

Ἦθος διδαχῇ ἁλωτόν, ingenium, quod disciplina subigi et domari possit. „Est enim indoles, modo aliquod hoc sit *ἦθος διδαχῇ ἁλωτόν*." ad Att. X. 12, 7.

Ἤθους ἐπιμελητέον, moribus adhibenda est diligentia. ad Att. X. 10, 6.

Ἡλίου ἀνάθημα, solis donum. „Hermathena tua valde me delectat, et posita ita belle est, ut totum gymnasium *ἡλίου ἀνάθημα* esse videatur." ad Att. I. 1, 5. Si locus sanus est, haec auctoribus doctis hominibus, sententia est: Tua Hermathena gymnasio nostro tantum splendoris et ornamenti affert, ut gymnasium nostrum nobis pulcherrimum videatur. Sed non negabo, mihi *totum* illud huic interpretationi atque adeo lectioni non satis consentire videri. Si dixisset: gymnasium mihi videtur pulcherrimum *ἡλίου ἀνάθημα*, concederem. Nunc cum dicit *totum*, manifestum mihi esse videtur, ludi in *totum gymnasium* et *ἀνάθημα*. Hermathena si *ἀνάθημα* appellaretur, nil mirum esset: sed illius tantam pulchritudinem dicit, ut longe gymnasio ipsi praeferenda sit, et totum potius gymnasium, quam statua illa, *ἀνάθημα* putandum sit. Itaque aut probandam censeo lectionem, quam in Msto invenit Graevius: *eius ἀνάθημα*, aut, quae propius accedit ad *ἡλίου*, Casauboni coniecturam: *illius ἀνάθημα.* Ern.

Ἤματ' ὀπωρινῷ, ὅτε λαβρότατον χέει ὕδωρ
Ζεύς, ὅτε δή ῥ' ἄνδρεσσι κοτεσσάμενος χαλεπήνῃ,
Οἳ βίῃ εἰν ἀγορῇ σκολιὰς κρίνωσι θέμιστας,
Ἐκ δὲ δίκην ἐλάσωσι, θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες.

Die autumnali cum abundantissimam effundit aquam Iuppiter hominibus iratus, qui per vim in foro obliquas pronuntiant sententias, iustitiam autem expellunt, deorum iram non curantes. Ex Hom. Il. π. 385 sqq. ad Q. fr. III. 7, 1.

Ἡμερολεγδόν, ut quaeque singulis diebus acciderunt. „Multis quidem de rebus (litteras dedi), *ἡμερολεγδὸν* perscripta omnia." ad Att. IV. 15, 3.

Ἠπόρησας, dubitasti. „Tu belle *ἠπόρησας* et nos publicam opinionem secuti sumus." ad Att. VI. 1, 18.

Ἡρακλείδειον, Heraclideum, iis simile, quae Heraclides Ponticus scripsit; praeclarum aliquid de re publica scil. quod quasi Heraclidis opus videatur. ad Att. XV. 4, 3. — „Iam probo *Ἡρακλείδειον*, praesertim cum tu tantopere delectere: sed quale velis, velim scire."

ad Att. XV. 13, 3. — „Excudam aliquid *Ἡρακλειδεῖον*, quod lateat in thesauris tuis." ad Att. XV. 27, 2. — „*Ἡρακλειδεῖον*, si Brundisium salvi, adoriemur." ad Att. XVI. 2, 6. — „*Πεπλογραφίαν* Varronis tibi probari non moleste fero: a quo adhuc *Ἡρακλειδεῖον* illud non abstuli." ad Att. XVI. 11, 3. — „De *Ἡρακλειδείῳ* Varronis, negotia salsa: me quidem nihil unquam sic delectavit." ad Att. XVI. 12.

Ἡρώδης, *Herodes*, philosophus Atheniensis, de quo vid. Onomasticon. „*Ἡρώδης*, si homo esset, eum (Dicaearchum) potius legeret, quam unam litteram scriberet." ad Att. II. 2, 2.

Ἡρωϊκά, *heroica*. ad Att. XIV. 15, 2.

Ἥρως, *heros*. „Labienum heroa iudico." ad Att. VII. 13a, 1. — „Nostri autem *ἥρωες*, quod per ipsos confici potuit, gloriosissime et magnificentissime confecerunt." ad Att. XIV. 4, 2. — Octavianus „videbatur erga nostros *ἥρωας* ita fore, ut nos vellemus, animatus." ad Att. XV. 12, 2.

Ἠσίτησας, *a cibo abstinuisti*. „Spero tibi iam esse, ut volumus, quoniam quidem *ἠσίτησας*, cum leviter commotus esses." ad Att. XIV. 5, 1.

Ἢ σκολιᾶς ἀπάτας, Supple ex Platone L. II. [p. 365 B.] de re publica *τεῖχος ἀναβάς*, *an obliquae et versutae fraudis conscenso muro*. Ern. „Nunc me iuva consilio, *πότερον δίκας τεῖχος ὕψιον*, id est, utrum aperte hominem asperner et respuam, *ἢ σκολιᾶς ἀπάτας*." ad Att. XIII. 38, 2. Platonis verba haec sunt: „*Λέγοι γὰρ ἂν ἐκ τῶν εἰκότων πρὸς αὐτὸν κατὰ Πίνδαρον ἐκεῖνο τὸ Πότερον δίκᾳ τεῖχος ὕψιον ἢ σκολιαῖς ἀπάταις ἀναβὰς καὶ ἐμαυτὸν οὕτω περιφράξας διαβιῶ*; ad quem locum audiendus in primis C. E. Chr. Schneider: „Ante Bekkerum legebatur *δίκας* et *σκολιᾶς ἀπάτας*, nec aliter Cicero ad Att. L. XIII. ep. 38. eodem Pindari loco utens legit. Sed ibi codices optimi Bosii *σκολιαῖς ἀπάταις* habent, et in altero Oxoniensium, qui ambo *δίκας τεῖχος ὕψιον* omittunt, est *σκολιᾶς ἀπάταις*. Epistola autem 41., qua iterum haec duo verba Pindari adhibet, alter ex Bosianis et ambo Oxonienses *σκολιαῖς ἀπάταις* habent, ut etiam Cicero *δίκᾳ* et *σκολιαῖς ἀπάταις* legisse et ipse dixisse videatur. Similis primae editionis et mstorum dissensio est in Maximi diss. XVIII. init., illa (p. 10.) *πότερον δίκας τεῖχος ὕψιον ἢ σκολιᾶς ἀπάτας ἀναβαίνειν ἐπιχθόνιον γένος ἀνθρώπων*, *δίχα μοι νόος ἀτρέκειαν εἰπεῖν*, et iterum *πότερον δίκας τεῖχος ὕψιον*, *ἢ μή*· et tertio *ὅτι καὶ δίκας τεῖχος ὕψιον*, *καὶ μὴ σκολιᾶς ἀπάτας ἀναβαίνειν ἐπιχθόνιον γένος ἀνθρώπων* exhibente, codicibus vero duobus a Davisio collatis dativos praebentibus, quos restituit Davisius. Denique ex Attico, philosopho Platonico, Eusebius praep. ev. L. XV. p. 466. R. Steph. haec refert: *πότερον δὴ κατ' ἴχνος ὕψιον*, *ἢ σκολιαῖς ἀπάταις ἀναβαίνει ἐπιχθόνιον γένος ἀνδρῶν*, in quibus prior dativus nullo negotio agnoscitur. Iam vero ab hac Ciceronis, Maximi, Attici lectione Platonicam diversam non fuisse codices declarant. — — Orationem ipsam vero multo elegantiorem et Pindaro ma-

gis dignam esse apparet, si nescire fatetur, utrum institia an malis artibus, recta an obliqua via, felicitatis humanae fastigium altius consequi liceat, quam si fraudi eique obliquae turrim tribuit in alto positam, cui magis spelunca abdita et sinuosa conveniret. Recte igitur dativos Astius nostro loco recipiendos iudicavit, Boeckhius in Pindari fragmento recepit. Idem Boeckhius ὕψιον recte observavit comparativum esse; cuius tamen vim Plato videtur neglexisse, certe adolescentem non id dubitantem fecisse, utra turris altior, sed utra via ad altam felicitatis turrim adscendendum sit." Conf. s. v. *Πότερον δίκας τεῖχος ὕψιον.*

Ἡσυχάζειν, *quiescere.* Hoc verbo utebantur Stoici, cum dicerent in sorite esse in tempore subsistendum, v. c. si quaereretur: triane multa sint? post, an quattuor, et sic porro, desinendum esse paulo ante quam ad multa perventum sit. Ern. „Placet enim Chrysippo, cum gradatim interrogetur, verbi causa, tria pauca sint anne multa, aliquanto prius quam ad multa perveniat quiescere, id est, quod ab iis dicitur *ἡσυχάζειν*. Per me vel stertas licet, inquit Carneades, non modo quiescas." Acad. II. 29, 93.

Ηὐτόχησεν. Vid. *Εὐτοχεῖν.*

Θ.

Θεῖος, *patruus.* „Cura, amabo te, Ciceronem nostrum: ei nos θεῖοι videmur." ad Att. II. 2, 1. *patrui*, i. e. severiores, minus quam par est amantes. (Horatius: *Ne sis patruus mihi.*) Sed si hoc voluisset Cicero, cur non Latine dixisset *patrui*? Quare praeferenda altera lectio *συννοσεῖν*: quod vide.

Θεοπόμπου πρὸς Ἀλέξανδρον, *Theopompi ad Alexandrum* scil. epistola suasoria. „Mecum habeo et Ἀριστοτέλους et Θεοπόμπου πρὸς Ἀλέξανδρον." ad Att. XII. 40, 2. Conf. ad Att. XIII. 28, 2: „Quae sunt ad Alexandrum hominum eloquentium et doctorum suasiones, vides quibus in rebus versentur."

Θεοφάνης, *Theophanes.* „Quare si quid Θεοφάνης tecum forte contulerit, ne omnino repudiaris." ad Att. II. 5, 1. Vid. Onomasticon.

Θεοφράστου περὶ φιλοτιμίας, *Theophrasti de studio bonorum liber.* „Θεοφράστου περὶ φιλοτιμίας affer mihi de libris Quinti fratris." ad Att. II. 3, 3. Vid. Onomasticon.

Θέρμος, *lupinus.* ad Att. I. 1, 2. Si locus est sanus, de quo dubitant docti homines, ludit Cicero in nomine Thermi et suo. Ciceronis nomen est a cicere, et θέρμοι sunt lupini, quae sunt duo genera leguminis. Ern. Confer Orellii adnotationem.

Θέσις, *universi generis quaestio, propositum.* „Haec igitur quaestio a propriis personis et temporibus ad universi generis orationem traducta appellatur θέσις." Orator 14, 46. — „Sunt maxime luminosae et quasi actuosae partes (orationis) duae: quarum alteram in universi generis quaestione pono, quam, ut supra dixi, Graeci appellant θέσιν: alteram in augendis amplificandisque rebus, quae ab

eisdem αὔξησις est nominata." Orator 36, 125. — „Quaestionum duo genera, alterum infinitum, definitum alterum. Definitum est, quod ὑπόθεσιν Graeci, nos causam: infinitum, quod θέσιν illi appellant, nos propositum possumus nominare." Top. 21, 79. — „Σοφιστεύω enim simul ut rus decurro atque in decursu θέσεις meas commentari non desino." ad Att. IX. 9, 1.

Θέσεις πολιτικαί, theses politicae, i. e. propositiones, quaestiones, quae rem publicam spectant. „Sumpsi mihi quasdam tamquam θέσεις, quae et πολιτικαὶ sunt et temporum horum." ad Att. IX. 4, 1.

Θετικά, quaestionibus philosophicis (thesibus) apta. „Degustabia genus hoc exercitationum earum, quibus uti consuevi, cum ea, quae dicuntur in scholis θετικά, ad nostrum hoc oratorium transfero dicendi genus." Parad. prooem. 5.

Θετικώτερον, subtilius, magis ex arte disserendi dialectica. „Sed nostrum instituendi genus esse paulo eruditius et θετικώτερον non ignoras." ad Q. fr. III. 3, 4.

Θεωρήματα, percepta. „Percepta appello, quae dicuntur Graece θεωρήματα." de Fato 6, 11.

Θεωρητικός. Vid. Τὸν θεωρητικόν.

Θεωρία est scriptio aut disputatio de re aliqua subtiliter. „Te istam tam tenuem θεωρίαν tam valde admiratum esse gaudeo." ad Att. XII. 6, 1. *Tenuis* θεωρία est libellus, qui exponit de re tenui tamquam grammatica aut geographica cet. Ern.

Θορυβοποιεῖν, terrorem excitare. „Atticus noster, quia quondam me commoveri πανικοῖς intellexit, idem semper putat nec videt, quibus praesidiis philosophiae saeptus sim: et hercle, quod timidus ipse est, θορυβοποιεῖ. ad Fam. XVI. 23, 2.

Θυμικώτερον, stomachosius, iracundius. „Cum eo θυμικώτερον eram iocatus." ad Att. X. 11, 5.

Θύμωσις, excandescentia. „Quae autem libidini subiecta sunt, ea sic definiunt, ut *ira* sit libido poeniendi eius, qui videatur laesisse iniuria: *excandescentia* autem sit ira nascens et modo exsistens, quae θύμωσις Graece dicitur." Tusc. IV. 9, 21. si sana est lectio, quod dubitat H. Stephanus in Thesauro L. Gr. T. 1. p. 1597. Valckenarius sine haesitatione corrigit θυμός in Diatr. de fragm. Eurip. p. 231. Ern. Vid. Orellium ad h. l.

I.

Ἰδέα, species, forma. „Has rerum formas (animo comprehensas) appellat ἰδέας ille non intelligendi solum, sed etiam dicendi gravissimus auctor et magister, Plato." Orator 3, 10. — „Mentem volebant rerum esse iudicem: solam censebant idoneam, cui crederetur, quia sola cerneret id, quod semper esset simplex et uniusmodi et tale, quale esset. Hanc illi ἰδέαν appellabant iam a Platone ita nominatam: nos recte *speciem* possumus dicere." Acad. I. 8, 30. — „Nihil enim ille (Plato) putat esse, quod oriatur et intereat, idque

K.

fectum officium rectum, opinor, vocemus, quod Graeci κατόρθωμα: hoc autem commune καθῆκον vocant." de Offic. I. 3, 8.

Καθολικὸν θεώρημα, perceptum artis, quod in omnes conveniat, dogma generale. „Quod me hortaris, ut scriptam contionem mittam, accipe a me, mi Attice, καθολικὸν θεώρημα earum rerum, in quibus satis exercitati sumus." ad Att. XIV. 20, 3.

Καὶ Κικέρων ὁ φιλόσοφος τὸν πολιτικὸν Τίτον ἀσπάζεται, et Cicero philosophus Titum rei publicae peritum salutat. ad Att. II. 12, 4.

Καὶ μάλα κατηφής, et admodum tristis. „Venit ille ad me, καὶ μάλα κατηφής." ad Att. XIII. 42, 1.

Καὶ μάλα σεμνός, et valde gravis. ad Att. XV. 12, 1.

Καὶ συναποθανεῖν, et commori. „Ego autem in Italia καὶ συναποθανεῖν." ad Att. VII. 20, 2.

Καὶ τόδε Φωκυλίδου, Et hoc Phocylidis. ad Att. IV. 9, 1. Cicero de Pompeio sic scribit: *Nos hic cum Pompeio fuimus. Multa mecum de re publica, sane sibi displicens, ut loquebatur; (sic est enim in hoc homine dicendum;) Syriam spernens, Hispaniam iactans, hic quoque, ut loquebatur,* (solebat scil. iudice etiam Caelio ad Fam. VIII. 1. Pompeius aliud sentire et loqui, neque tantum valere ingenio, ut non appareret quod cuperet) *et opinor usque quaque, de hoc cum dicemus, sit hoc quasi καὶ τόδε Φωκυλίδου.* Recte haec sic interpretatur Manutius: „Cum de Pompeii sententia dicemus, semper opinor addendum, *ut loquebatur*. Sit hoc simile illius dimidiati versiculi: *Καὶ τόδε Φωκυλίδου.* Eum enim Phocylides iis praeceptis, quae ipse versibus tradebat, praeponere solitus est. Ex eo factum, ut Graeci, cum Phocylidis sententiam aut versum recitare vellent, ipsi quoque dicerent, καὶ τόδε Φωκυλίδου. Fuisse autem Phocylidis consuetudinem, ut scribens hoc hemistichio saepius uteretur, declarant versus, qui apud Stobaeum leguntur c. 71.

Καὶ τόδε Φωκυλίδεω· τετόρων ἀπὸ τῶνδε γένοντο
Φῦλα γυναικείων.

Et apud eundem c. 85.

Καὶ τόδε Φωκυλίδου· τὸ πλέον γένος εὐγενὲς εἶναι,
Οἷς οὔτ' ἐν μύθοις ἕπεται Χάρις οὔτ' ἐνὶ βουλῇ.

Idem animadverti scriptum esse apud Dionem Chrysostomum in ea oratione, quae inscripta est Borysthenitica. Strabo autem libro de Geographia decimo satis ostendit haec ipsa verba usurpari, cum de Phocylidis sententia veteres loquerentur. *Ἔστι δέ,* inquit, *καὶ Ἀμοργὸς τῶν Σποράδων, ὅθεν ἦν Σιμωνίδης, ὁ τῶν ἰάμβων ποιητής, καὶ Λέβινθος καὶ Λερία.*

Καὶ τόδε Φωκυλίδου· Λέριοι κακοί, οὐχ ὁ μέν, ὃς δ' οὐ."

Hactenus Manutius. S.

Κακία, vitium, vitiositas. „Quas Graeci κακίας appellant, *vitia* malo quam *malitias* nominare." de Finn. III. 11, 39. — „Sin κακίαν *malitiam* dixisses, ad aliud nos unum certum vitium consuetudo Latina traduceret. Nunc omni virtuti *vitium* contrario nomine oppo-

fidem (Zeno), sed iis solum, quae propriam quandam haberent declarationem earum rerum, quae viderentur: id autem visum, cum ipsum per se cerneretur, *comprehensibile*, — Feretis haec? Nos vero. Quonam enim modo *κατάληπτον* diceres? — sed, cum acceptum iam et approbatum esset, *comprehensionem* appellabat, similem iis rebus, quae manu prenderentur: ex quo etiam nomen hoc duxerat, cum eo verbo antea nemo tali in re usus esset." Acad. I. 11, 41.

Κατάληψις, *comprehensio*, *cognitio*, *perceptio*. „Nec definiri aiebant necesse esse, quid esset cognitio aut perceptio aut, si verbum e verbo volumus, comprehensio, quam *κατάληψιν* illi vocant." Acad. II. 6, 17. — „Istam *κατάληψιν*, quam, ut dixi, verbum e verbo exprimentes comprehensionem dicemus, cum ipsam per se amat (mens), tum etiam propter usum." Acad. II. 10, 31. — „At scire negatis quemquam rem ullam nisi sapientem. Et hoc quidem Zeno gestu conficiebat. Nam cum extensis digitis adversam manum ostenderat, *visum*, inquiebat, huiusmodi est. Deinde cum paulum digitos constrinxerat, *assensus* huiusmodi. Tum cum plane compresserat pugnumque fecerat, *comprehensionem* illam esse dicebat: qua ex similitudine etiam nomen ei rei, quod ante non fuerat, *κατάληψιν* imposuit." Acad. II. 47, 145. Conf. s. v. *Κατάληπτον*. — „Rerum autem cognitiones, quas vel comprehensiones vel perceptiones, vel, si haec verba aut minus placent aut minus intelliguntur, *καταλήψεις* appellemus licet: has igitur ipsas propter se adsciscendas arbitramur, quod habeant quiddam in se quasi complexum et continens veritatem." de Finn. III. 5, 17.

Κατὰ μίτον, *singula quaeque tamquam telae licia percurrendo*, i. q. *κατὰ λεπτόν*. „Herodi autem mandaram, ut mihi *κατὰ μίτον* scriberet; a quo adhuc nulla littera est." ad Att. XIV. 16, 3.

Κατασκευαί. „Si unquam mihi *περίοδοι*, si *καμπαί*, si *ἐνθυμήματα*, si *κατασκευαί* suppeditaverunt, illo tempore. ad Att. I. 14, 4. Vid. s. v. *Περίοδος*.

Κατάτασις, *contentio*. „Sed me *κατάτασις* mea illa commovet, quae est in libro III." ad Att. II. 3, 3. Tunstallus epist. ad Middleton p. 103. cum Turnebo legendum censet *κατακλείς*, idque recipiendum putavi, ut vel conclusionem libri tertii Ciceroniani poëmatis de consulatu suo vel certe clausulam orationis Musae Calliopes notet, quam loquentem induxerat. Schuetz.

Κατὰ τὸ κηδεμονικόν, *cum accuratione et sedulitate*. „Quaeres scilicet, ut soles, *κατὰ τὸ κηδεμονικόν*." ad Att. II. 17, 3.

Κατὰ τὸ πρακτικόν, *rerum agendarum studio*. *Κατὰ τὸ πρακτικὸν* quaerere est, cum non quaerimus, ut sciamus, de quo quaerimus, sed ut ex re cognita comparare actiones nostras possimus. Itaque addit: „Atque haec, sic velim existimes, non me abs te *κατὰ τὸ πρακτικὸν* quaerere, quod gestiat animus aliquid agere in re publica." ad Att. II. 7, 4. Ern.

Κατάχρησις, *abusio*, figura rhetorum. „Aristoteles autem tralationi et haec ipsa subiungit et abusionem, quam *κατάχρησιν* vocant,

ut eum *minutum* dicimus animum pro *parvo*, et abutimur verbis propinquis, si opus est, vel quod delectat vel quod decet." Orator 27, 94.

Κατὰ Χρύσιππον, *secundum Chrysippum.* „Hoc etiam *κατὰ Χρύσιππον δυνατὸν* est." ad Fam. IX. 4.

Κατ' εἰδώλων ἐμπτώσεις, *per simulacrorum incidentias.* ad Att. II. 3, 2. Vid. s. v. *Εἴδωλον.*

Κατ' εἰδώλων φαντασίας, *secundum spectrorum visiones.* ad Fam. XV. 16, 1. Vid. s. v. *Εἴδωλον.*

Κατηγορήματα, *eae res, quae dicuntur de quodam aut quibusdam.* „Distinguunt illud etiam, ut libido sit earum rerum, quae dicuntur de quodam aut quibusdam: quae *κατηγορήματα* dialectici appellant, ut habere divitias, capere honores: indigentia rerum ipsarum est, ut honorum, ut pecuniae." Tusc. IV. 9, 21.

Κατήχησις, *institutio.* „Sed quid aetati credendum sit, quid nomini, quid hereditati, quid *κατηχήσει*, magni consilii est." ad Att. XV. 12, 2.

Κατ' ὀπώρην τρύξ, *per autumnum faex.* „Tota res etiam nunc fluctuat: *κατ' ὀπώρην τρύξ.* quae si desederit, magis erunt indicata, quae scribam." ad Att. II. 12, 3. Dicitur de re incerta et adhuc fluctuante, ducto proverbio a faece, quae autumnali tempore adhuc fluctuat et natat in vino, necdum desedit. Ern.

Κατόρθωμα, *rectum, recte factum.* „Quae autem nos aut recta aut recte facta dicamus, si placet, (illi autem appellant *κατορθώματα*) omnes numeros virtutis continent." de Finn. III. 7, 24. — Recta effectio (*κατόρθωσιν* enim ita appello, quoniam rectum factum *κατόρθωμα*) recta igitur effectio — — — crescendi accessionem nullam habet." de Finn. III. 14, 45. — „Illud rectum, quod *κατόρθωμα* dicebas, contingit sapienti soli." de Finn. IV. 6, 14. — „Et medium quoddam officium dicitur et perfectum. Perfectum officium rectum, opinor, vocemus, quod Graeci *κατόρθωμα*: hoc autem commune *καθῆκον* vocant." de Offic. I. 3, 8.

Κατόρθωσις, *recta effectio.* „Recta effectio (*κατόρθωσιν* enim ita appello, quoniam rectum factum *κατόρθωμα*) recta igitur effectio — — — crescendi accessionem nullam habet." de Finn. III. 14, 45.

Καχέκτης, *male affectus.* „Ille alter uno minus vitio vitiosus, quod iners, quod somni plenus, quod imperitus, quod *ἀπρακτότατος*, sed voluntate ita *καχέκτης*, ut Pompeium post illam contionem, in qua ab eo senatus laudatus est, odisse coeperit." ad Att. I. 14, 6. Medicis *καχέκτης* est, cuius corporis habitus vitiosus est, cuius corpus, etsi plenum, tamen iners, pallidum, lividum est: voluntate autem *καχέκτης*, qui prava amat, bona odit, qui pravo animo est. Ern.

Κεκέλαφωμαι, *animo suspenso huc illuc impellor, fluctuo, volaticus sum.* ad Att. XIII. 40, 2. Vid. Spanhem. ad Aristoph. Plut. 913. Ern.

Κέκρικα, *certum habeo et constitutum.* „De epistola ad Caesarem, *κέκρικα*." ad Att. XIII. 31, 3. Vid. sequens vocabulum.

Κεκύβικα, *in cubi et tesserae modum me conformavi, firmis-*

sime sto, certum habeo et constitutum, quid scribam. ad Att. XIII. 31, 3. Sed rectius, eodem sensu, Graeviana habet: κέκρικα, quod etiam probat Tunstallus l. c. p. 164. sed aliter, nec bene explicat. Ern.

Κέλευσις, iussum. „Quas Numestio litteras dedi, sic te iis evocabam, ut nihil acrius neque incitatius fieri posset. Ad illam κέλευσιν adde etiam, si quid potes." ad Att. II. 24, 1.

Κέλης ἄοκνος, veredus impiger. ad Att. X. 13, 3. *Κέλης* est equus, qui equite ab uno agitatur, ein Reitpferd, neque iungitur currui, cuius generis fuere equi veredi ad cursus publicos certis locis dispositi. „Habes κέλητα ἄοκνον" est: Quoniam diploma nactus es, tibi licet ex Italia exire cursu publico. Vid. Iunius ad h. l. Ern.

Κενός, vacuus, inanis. „In quo (triumpho) nec me κενὸν in expetendo cognosces nec ἄτυφον in abiiciendo." ad Att. VI. 9, 2.

Κενόσπουδα, inanis studii plena. „Sed haec fortasse κενόσπουδα sunt: quae tamen iam sciantur necesse est." ad Att. IX. 1, 1.

Κέντρον, punctum, centrum. „Num igitur dubitamus, sicut pleraque, terram in medio mundo sitam ad universi caeli complexum quasi puncti instar obtinere, quod κέντρον illi vocant." Tusc. I. 17, 40.

Κεπφοῦμαι. Vid. *Κεκέπφωμαι.*

Κέρας, cornu, instrumentum musicum, de quo agit Salmasius ad Solinum p. 87. Ern. „Phemio quaeritur κέρας." ad Att. V. 20, 9. — „Phemio dispiciam κέρας." ad Att. V. 21, 9. — „Κέρας Phemio mandatum est: reperietur: modo aliquid illo dignum canat." ad Att. VI. 1, 13.

Κεφάλαιον, caput. ad Att. V. 18, 1.

Κηδεμονικός. Vid. *Κατὰ τὸ κηδεμονικόν.*

Κικέρων ἀριστοκρατικώτατος παῖς, Cicero optimatium studiosissimus puer. ad Att. II. 15, 4.

Κικέρων ὁ μικρὸς ἀσπάζεται Τίτον Ἀθηναῖον, Cicero parvulus salutat Titum Atheniensem. ad Att. II. 9, 4.

Κινδυνώδη, periculosa. „Qui autem veniunt inde, κινδυνώδη nuntiant." ad Att. IX. 17, 2. Alii legunt κινδυνωδῶς, *periculose.*

Κλέος, gloria. „Quattuor tragoedias XVI. diebus absolvisse cum scribas, tu quidquam ab alio mutuaris? et κλέος (alii χρέος) quaeris, cum Electram et Troadem scripseris?" ad Q. fr. III. 6, 7.

Κνήμη. Vid. *Γόνυ.*

Κοινότερα, communiora. „Ad Dolabellam, ut scribis, ita puto faciendum, κοινότερα quaedam et πολιτικώτερα." ad Att. XIII. 10, 2.

Κολακία, adulatio, assentatio. „Quod aliud argumentum epistolae nostrae (ad Caesarem) nisi κολακίας fuit?" ad Att. XIII. 27, 1. — „Istae autem κολακίαι non longe absunt a scelere." ad Att. XIII. 30, 2.

Κόμματα, incisa orationis. „Nam cum sis iis locis usus, quibus ostendi licere, transferenda tota dictio est ad illa, quae nescio cur, cum Graeci κόμματα et κῶλα nominent, nos non recte *incisa* et membra dicamus." Orator 62, 211. — Ibid. 66, 223.

Κορινθίων, *Corinthiorum*, intell. *πολιτεία*, respublica, liber Dicaearchi. „*Κορινθίων* et *Ἀθηναίων* puto me Romae habere." ad Att. II. 2, 2.

Κόσμοι, *cosmoe*, magistratus Cretensium. „Etiam Spartae regnante Theopompo sunt item quinque, quos illi *ephoros* appellant, in Creta autem decem, qui *cosmoe* vocantur, ut contra consulare imperium tribuni plebis, sic illi contra vim regiam, constituti." de Rep. II. 33, 58. Conf. Aristot. Polit. II. 8. (p. 51. l. 14. ed. Bekk. min.): *Οἱ μὲν γὰρ ἔφοροι τὴν αὐτὴν ἔχουσι δύναμιν τοῖς ἐν τῇ Κρήτῃ καλουμένοις κόσμοις, πλὴν οἱ μὲν ἔφοροι πέντε τὸν ἀριθμόν, οἱ δὲ κόσμοι δέκα εἰσίν.*

Κόσμος, *mundus*. „Cumque similem universitatis naturae efficere vellet, ad volubilitatem rotundavit comitemque eum sapientiae quam optimae mentis effecit circumque omne caelum aequaliter distribuit, ut hunc hac varietate distinctum bene Graeci *κόσμον*, nos lucentem mundum nominaremus." Tim. c. 10.

[*Κρήνη*, *fons*. ad Att. XII. 5, 1.]

Κρινόμενον, *iudicatio* seu *iudicii quaestio; in quo quasi certamen est controversiae; qua de re agitur*. „Ex ratione defensionis et ex firmamento accusationis iudicii quaestio nascatur oportet: quam nos iudicationem, Graeci *κρινόμενον* appellant." ad Herenn. I. 16, 26. — „Quidquid est enim illud, in quo quasi certamen est controversiae, quod Graece *κρινόμενον* dicitur, id ita dici placet, ut traducatur ad perpetuam quaestionem atque ut de universo genere dicatur." Orator 36, 126. „Quae ex statu contentio efficitur, eam Graeci *κρινόμενον* vocant. Mihi placet id, quoniam quidem ad te scribo, QUA DE RE AGITUR vocari." Top. 25, 95.

Κρίσις Χρυσιππεία, *iudicium ex Chrysippi sententia*. „Nunc vide, utra te *κρίσις* magis delectet, *Χρυσιππεία*ne an haec, quam noster Diodatus non concoquebat." ad Fam. IX. 4.

Κρόνος, *Saturnus*. „Saturnum autem eum esse voluerunt, qui cursum et conversionem spatiorum ac temporum contineret, qui deus Graece id ipsum nomen habet; *Κρόνος* enim dicitur, qui est idem *χρόνος*, id est, spatium temporis." de Nat. Deor. II. 25, 64.

Κτύπος, *plausus*. „Ac vereor, ne iste iam auctionem nullam faciat, sed ludis factis *κτύπῳ* subsidio currat." ad Att. XII. 3, 2. Popma autem ibi legi volt *ἀτύπῳ*, et intelligi Balbum. Nam balbi sunt *ἄτυποι*. Probat Tunstallus p. 160. Ern.

Κύκλος, *circulus*, *orbis*. „Cum duae formae praestantes sint, ex solidis globus (sic enim *σφαῖραν* interpretari placet); ex planis autem circulus aut orbis, qui *κύκλος* Graece dicitur: his duabus formis contingit solis, ut omnes earum partes sint inter se simillimae a medioque tantum absit extremum, quantum idem a summo: quo nihil fieri potest aptius." de Nat. Deor. II. 18, 47.

Κυρία δόξα, *maxime rata sententia*. „Quis vestrum non edidicit Epicuri *κυρίας δόξας*, id est, quasi maxime ratas, quia gravissimae sint ad beate vivendum breviter enuntiatae sententiae?" de Finn.

II. 7, 20. — „Itaque in illis selectis eius brevibusque sententiis, quas appellatia κυρίας δόξας, haec, ut opinor, prima sententia est: *Quod beatum et immortale est, id nec habet nec exhibet cuiquam negotium.*" de Nat. Deor. I. 30, 85.

Κῦρος δ, ε, Cyrus ex quarto et quinto tomo Antisthenis. „Κῦρος δ, ε, mihi sic placuit, ut cetera Antisthenis, hominis acuti magis quam eruditi." ad Att. XII. 38, 4. Antisthenis libri, ut Diogenes Laërtius auctor est, redacti erant in decem tomos, quibus singulis qui libri continerentur commemorat: τόμος δ', ἐν ᾧ Κῦρος, Ἡρακλῆς ὁ μείζων, ἢ περὶ ἰσχύος. τόμος ε', ἐν ᾧ Κῦρος, ἢ περὶ βασιλείας. L. VI. §. 16. Ern.

Κύρου παιδεία, Cyri institutio. „Fenestrarum angustias quod reprehendis, scito te Κύρου παιδείαν reprehendere." ad Att. II. 3, 2. Κύρου παιδεία, quae proprie est Cyri Persarum regis vita et disciplina (vid. s. v. Παιδεία Κύρου) a Xenophonte descripta, h. l. iocose dicitur Cyri architecti doctrina de fenestris.

Κῶλα, membra orationis. „Quin etiam comprehensio et ambitus ille verborum (si sic περίοδον appellari placet) erat apud illum (L. Crassum) contractus et brevis, et in membra quaedam, quae κῶλα Graeci vocant, dispertiebat orationem lubentius." Brut. 44, 162. — „Nam cum sis iis locis usus, quibus ostendi licere, transferenda tota dictio est ad illa, quae nescio cur, cum Graeci κόμματα et κῶλα nominent, nos non recte incisa et membra dicamus." Orator 62, 211. — Ibid. 66, 223.

Κωμικὸς μάρτυς, comicus testis. ad Fam. II. 13, 2.

Κωρυκαῖοι, Corycaei. „Omnes enim Κωρυκαῖοι videntur subauscultare, quae loquor." ad Att. X. 18, 1. — Corycaei fuerunt populi Pamphyliae, dicti a promontorio Coryco. Ad id cum appulissent piratae, ne ab ipsis male tractarentur, in ceteras stationes navium portusque se mutatis vestibus contulerunt, et quae ibi audierant, ad piratas retulerunt, ut nomina navigantium, et quorsum navigare constituissent, scirent. Hinc proverbium in eos ductum, qui subauscultant, quae dicuntur, ut ea ad alios deferant. vid. Suidas in Κωρυκαῖος, et proverbiorum collectores. Ern.

Κωφὸν πρόσωπον, muta persona. „Si Cottam et Varronem fecissem inter se disputantes, ut a te proximis litteris admoneor, meum κωφὸν πρόσωπον esset." ad Att. XIII. 19, 3.

Λ.

Λακωνισμός, Laconismus, Laconica brevitas. Sed quid ago? non imitor λακωνισμὸν tuum: altera iam pagella procedit." ad Fam. XI. 25, 2.

Λαλαγεῦσα, scil. ὄρνις, *garriens avis*, i. e. hirundo, veris nuntia. „Inde exspecto equidem λαλαγεῦσαν illam tuam." ad Att. IX. 18, 3. — „Λαλαγεῦσα iam adest et animus ardet; neque est quidquam, quo et qua." ad Att. X. 2, 1.

Λαμπρά, *splendida.* ad Att. V. 20, 6.

Λαπίζειν, *falso ostentare*, *insolentius iactare.*

Λάπισμα, *falsa quaedam ostentatio.* „Nam ego hunc ita paratum video peditatu, equitatu, classibus, auxiliis Gallorum, quos Matius ἐλάπιζεν, ut puto: sed certe dicebat, peditum decem milia, equitum sex polliceri sumptu suo annos decem. Sed sit hoc λάπισμα." ad Att. IX. 13, 4. In aliis edd. est ἐσάλπιζεν, quod defendit Victor. V. L. 37, 3. male. Nam, ut vere Lambinus monet, σαλπίζειν est vera praedicare, λαπίζειν, falsa, quod huic loco convenit: non quo non et σαλπίζειν sit hominis arrogantis et iactatoris, sed quod σαλπίζοντες tantum ea, quae vera sunt, iactant, λαπίζοντες autem contra. Sic etiam Latini buccinatorem appellant, qui veras laudes immoderatius iactat. Cic. ad Tiron. „quod polliceris, te buccinatorem fore existimationis meae" cet. XVI. 21. Eodem modo nostri dicunt: Etwas ausposaunen. Ceterum subit hic memoria cogitationis eius, cum putarem illud Matth. VI. 4. ὅταν ποιῇς ἐλεημοσύνην, οὐ μὴ σαλπίσῃς ἔμπροσθέν σου, non esse, ut plerique faciunt, proprie accipiendum, cum nulla idonea auctoritate confirmari consuetudo tam absurda possit, sed de praedicatione liberalitatis immoderatiori. Videant Iudaici ritus peritiores. Ern.

[*Λαχεῖν*, *nancisci*, *sorte adipisci.* ad Att. XV. 9, 1.]

Λεληθότως, *sensim*, *latenter*, *clam.* „Consuetudo diuturna callum iam obduxit stomacho meo." ad Fam. IX. 2, 3. — „Mihi decessionis dies λεληθότως obrepebat." ad Att. VI. 5, 3.

Λέξεις, *verba.* „Quod apud Lucilium scite exagitat in Albucio Scaevola:

Quam lepide λέξεις compostae, ut tesserulae, omnes
Arte, pavimento atque emblemate vermiculato."

Orator 44, 149.

Λέσχη, *confabulatio.* „Est profecto quiddam λέσχη, quae habet, etiam si nihil subest, collocutione ipsa suavitatem." ad Att. XII. 1, 2. De λέσχαις vid. Graevii Lectt. Hesiod. c. 11. Ern.

Λευκοθέα, *Leucothea.* „Quid? Ino, Cadmi filia, nonne Λευκοθέα nominata a Graecis, Matuta habetur a nostris?" Tusc. I. 12, 28.

Λήκυθοι, *ampullae*, *pigmenta*, *quibus ornatior fit oratio.* „Totum hunc locum, quem ego varie meis orationibus, quarum tu Aristarchus es, soleo pingere, de flamma, de ferro, — nosti illas ληκύθους, — valde graviter pertexuit." ad Att. I. 14, 3. Λήκυθοι quid sint, non consentiunt docti homines. Interpretatio ea, quae *vas pictorium* facit (vid. v. c. Gesner. ad Plin. Ep. I. 2.), vera illa quidem est, neque tamen propterea illa altera falsa, quae vas unguentarium facit, μυροθήκιον, cum Pollux VI. 19. diserte λήκυθον inter τὰ τῶν μύρων ἀγγεῖα referat. Atque hoc sensu passim est apud Graecos auctores, ut ap. Aristophan. Plut. 811. vid. Corrad. ad h. l. et Eschenb. de Unct. c. 4. Ern.

Λήμματα, *sumptiones.* „Sed demus tibi istas duas sumptiones, ea, quae λήμματα appellant dialectici, sed nos Latine loqui malumus:

assumptio tamen, quam πρόσληψιν iidem vocant, non dabitur." de Divin. II. 53, 108.

Λῆρος πολύς. Nugae multae. ad Att. XIV. 21, 4. — „Λῆρος πολὺς in vino et in somno istorum." ad Att. XVI. 1, 5.

Λῆψις, correptio, impetus. Verbum medicum, ut ἐπίληψις, significatque *accessionem febris*, ut Cicero vocat, initiumque paroxysmi. Vid. Cuperi Observat. II. 15. Ern. — „Tua λῆψις quem in diem incurrat, nescio; sed prorsus te commoveri incommodo valetudinis tuae nolo." ad Att. VII. 7, 3.

Λιτότης, mediocritas tenuitasve, qua in cibo et potu utimur, cum pretiosos cibos — nimiamque copiam — a mensis amovemus: „Lex sumptuaria, quae videtur λιτότητα attulisse, ea mihi fraudi fuit." ad Fam. VII. 26, 2.

Λογική, logice, philosophiae pars, quae est quaerendi ac disserendi, quae etiam dialectice dicitur. „In altera philosophiae parte, quae est quaerendi ac disserendi, quae λογικὴ dicitur, iste vester (Epicurus) plane, ut mihi quidem videtur, inermis ac nudus est." de Finn. I. 7, 22. — „Totaque est λογική, quam rationem disserendi voco." de Fato 1, 1.

Λογικώτερα. „Erant enim (Academica) λογικώτερα, quam ut illi de iis somniasse unquam viderentur." ad Att. XIII. 19, 5. Sunt disputationes subtiliores, quales sunt eorum, qui cum philosophiae se paene totos tradiderint, de philosophia disputant. Subtilitas autem ista cernitur in definiendo et argumentando, quarum rerum artem tradit λογικὴ seu διαλεκτική. Sic Cicero Tusc. IV. 14. cum παθῶν definitiones et distributiones in formas attulisset: *Habes ea, quae de perturbationibus enucleate disputant Stoici, quae* logica *appellant, quia disseruntur subtilius.* Ern.

Λογοδαίδαλος, artificiosi sermonis fabricator. „Haec tractasse Thrasymachum Chalcedonium primum et Leontinum ferunt Gorgiam, Theodorum inde Byzantium multosque alios, quos λογοδαιδάλους appellat in Phaedro Socrates: quorum satis arguta multa, sed ut modo primumque nascentia minuta et versiculorum similia quaedam nimiumque depicta." Orator 12, 39.

Λόγοισιν Ἑρμόδωρος (ad supplendum integrum senarium adde) ἐμπορεύεται, *libris Hermodorus mercaturam facit.* ad Att. XIII. 21, 4. Vid. Onomast. s. v. *Hermodorus.*

Λύπη, aegritudo. „Ipsam aegritudinem λύπην Chrysippus quasi λύσιν, id est, solutionem totius hominis, appellatam putat." Tusc. III. 25, 61.

Λυρικοί, lyrici sc. poëtae, qui ad lyrae cantum carmina scripsere, quales inter Graecos Pindarus, Alcaeus, inter Latinos Horatius fuere. „Sed in versibus res est apertior, quamquam etiam a modis quibusdam cantu remoto soluta videatur esse oratio maximeque id in optimo quoque eorum poëtarum, qui λυρικοὶ a Graecis nominantur, quos cum cantu spoliaveris, nuda paene remanet oratio." Orator 55, 183.

Λύσις, solutio. „Ipsam aegritudinem λύπην Chrysippus, quasi

M.

fecit. Dicitur, quemadmodum *μεταῤῥυθμίζειν* de statuis, quae in aliam faciem mutantur, ut alium, quam antea, referant. de quo vid. Casaub. ad Sueton. Tiber. c. 78. Ern.

Μείλιγμα, *lenimentum*. „Atque etiam vereor, ne putet (Caesar) me hoc quasi Catonis *μείλιγμα* esse voluisse." ad Att. XIII. 27, 1. Catonis *μείλιγμα* est, quod facit, ut Caesaris indignatio ex Ciceronis Catone, h. e. libro de laudibus Catonis Uticensis, concepta mitigetur et leniatur. Sic Longinus eleganter *μειλίγματα* hyperbolarum et omnium audacium locutionum vocat particulas illas et formulas, *quasi*, *tamquam*, *ut ita dicam*, cet. *περὶ ὕψους*, Sect. XXXII. 3. Ern.

Μελαγχολία, *atra bilis*, *furor*. „Graeci autem *μανίαν* unde appellent, non facile dixerim: eam tamen ipsam distinguimus nos melius quam illi. Hanc enim insaniam, quae iuncta stultitiae patet latius, a furore disiungimus. Graeci volunt illi quidem, sed parum valent verbo. Quem nos *furorem*, *μελαγχολίαν* illi vocant: quasi vero atra bili solum mens ac non saepe vel iracundia graviore vel timore vel dolore moveatur." Tusc. III. 5, 11.

Μελέτη, *meditatio*, *cura*, *exercitatio*. „Itaque admirabere meam *βαθύτητα*, cum salvi redierimus: tanta mihi *μελέτη* huius virtutis datur." ad Att. V. 10, 3.

Μελήσει, *curae erit*. ad Att. XII. 3, 2. — ad Att. XV. 4, 2. — ad Att. XIV. 17, 3.

Μέμψιν ἀναφέρει, *accusationem intendit*. Tigellius „*μέμψιν ἀναφέρει* mihi quandam iniquissimam, me Phameae defuisse, cum eius causam recepissem." ad Att. XIII. 49, 1.

Μέμψις, *reprehensio*. „Neque potero *μέμψιν* effugere." ad Att. XIII. 13, 2.

Μέντορ, *πῶς τ' ἄρ' ἴω*, *πῶς τ' ἄρ προσπτύξομαι αὐτόν; Mentor*, *quonam modo adeam et quonam modo amplexabor ipsum?* ad Att. IX. 8, 2. ex Homeri Odyss. γ. 22.

Μεσοποταμίαν, *Mesopotamiam*. ad Att. IX. 11, 4.

Μεσότης, *medium*, *medietas*. „Deinde instituit dupla et tripla intervalla explere, partes rursus ex toto desecans: quas intervallis ita locabat, ut in singulis essent bina media: vix enim audeo dicere medietates, quas Graeci *μεσότητας* appellant." Tim. 7.

Μετ' ἀμύμονα, *post egregium*. „Et ais, *μετ' ἀμύμονα*. Tu vero *ἀμύμων*. Ille quidem *ἄμβροτος*." ad Att. XVI. 5, 5. Respicitur Iliad. β. 674. ubi Nireus formosissimus dicitur *μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα*, h. e. *post Achillem pulchrum*. Atticus enim scripserat Cornelium Nepotem esse optimum scriptorem *μετ' ἀμύμονα* sc. Ciceronem. Ern.

Μετέωρος, *incerti et dubii animi*, *ancipitis curae*. „Non ero tam *μετέωρος* quam in Appuleio fui." ad Att. V. 11, 6. — „His litteris scriptis me ad *συντάξεις* dedi: quae quidem vereor ne miniata cerula tua pluribus locis notandae sint: ita sum *μετέωρος* et magnis cogitationibus impeditus." ad Att. XV. 14, 4.

Μετεωρότερον, *suspensiore animo*. „Existimabam (Brutum) *με-*

τεωρότερον esse: et hercule erat, et maxime de ludis." ad Att. XVI. 5, 3.

Μετωνυμία, *translatio nominum*. „Hanc ὑπαλλαγὴν rhetores, quia quasi summutantur verba pro verbis: *μετωνυμίαν* grammatici vocant, quod nomina transferuntur." Orator 27, 93.

Μὴ γὰρ αὐτοῖς, *neque enim ipsis* scil. delector. ad Att. XIII. 20, 4.

Μηδὲ δίκην. Supplementum hoc integrum versum exhibebit: *δικάσῃς, πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς*, *neque causam iudicaris prius quam quid uterque dicat audieris*. Versus, qui falso Hesiodo adscribebatur Phocylidisque esse putabatur. Ern. „Ego autem, etsi illud *ψευδησιόδειον* — ita enim putatur — observo *μηδὲ δίκην*, praesertim in te, a quo nihil unquam vidi temere fieri." ad Att. VII. 18, 4.

Μηδὲν αὐτοῖς, *nihil ipsis*. „Sunt omnes ita mihi familiares, ut se quisque maxime putet. Sed tamen *μηδὲν αὐτοῖς* — scis reliqua." ad Att. VI. 1, 16. Supplent *μέλει*: *nihil ipsis curae est*: alii aliud. Ern. Supple: *concedendum contra ius*.

Μηδὲ σωθείην ὑπό γε τοιούτου! Ne salvus quidem fiam ab hoc! ad Att. XVI. 15, 3.

Μὴ μὰν ἀσπουδεί γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολοίμην,
Ἀλλὰ μέγα ῥέξας τι καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι.
Ne ignaviter et inglorie peream, sed magno aliquo facinore edito dignoque quod audiatur a posteris. ad Fam. XIII. 15, 2. ad Att. X. 1, 1. ex Homeri Il. χ. 304, 305.

Μή μοι Γοργείην κεφαλὴν δεινοῖο πελώρου, *ne mihi Gorgoneum caput horrendi et gravis monstri* intorqueat." ad Att. IX. 7, 3. ex Hom. Odyss. λ. v. 633.

Μὴ πολιτεύεσθαι, *abstinendum administratione rei publicae*. „Epicuri mentionem facis et audes dicere *μὴ πολιτεύεσθαι?*" ad Att. XIV. 20, 5.

Μήπω μέγ᾽ εἴπῃς, πρὶν τελευτήσαντ᾽ ἴδῃς. Ne quem praedices prius quam mortuum videris. ad Att. IV. 8a, 1. Senarius Sophoclis apud Stobaeum cap. 93. [CV, 21.] Ern. Scholiasta Homeri Iliad. ϑ, 5. Soph. Frgm. 520. Dind.

Μιᾶς κόρδου. ad Att. XIII. 42, 3. Vid. *Μίασμα δρυός*.

Μίασμα δρυός, *piaculum quercus*. „*Ecce tibi orat Lepidus ut veniam. Opinor augures nil habere* (f. leg. *nullum habere*) *ad templum effandum* (i. e. qui locum templo Martis, quod Caesar exstruere volebat [Suet. Iul. 44.], consecrare et dedicare possit). *Eatur! Μίασμα δρυός*." ad Att. XIII. 42, 3. Sic h. l. emendavit Gronovius. Olim e Mss. legebatur *μιᾶς κόρδου*. Alii *eatur μία σκόρδου*: alii *μικροῦ κόρδου*. Lambinus legendum censebat: *ad templum effandum Saturni ἀσπόνδου*. Ut aliorum coniecturas praeteream, proxime ad veritatem accessit Gronovius; qui ad h. l. „legendum opinor, inquit, *μίασμα δρυός*, quod proverbium est. Appendix Vaticana proverbiorum a Schotto editorum: *Μίασμα δρυός· Παρ᾽ Εὐριπίδῃ ἐν Ἐρεχθεῖ αἰνιττόμενον τὸ Θηβαίων παρανόμημα εἰς τὸ ἐν Δωδώνῃ μαν-*

τεῖον, ἀφ᾽ οὗ καὶ ἡ παροιμία Βοιωτοῖς μαντεύσαιο. Ἠσέβησαν γὰρ εἰς τὴν ἱέρειαν, ἐμβαλόντες αὐτὴν εἰς τὸν ἐν Δωδώνῃ λέβητα ἐρωτικῶς διατεθεῖσαν εἰς ἕνα τῶν θεωρῶν. Sensus igitur verborum Ciceronis est: *ut fiat piaculum specie religionis.* Nam a Caesare tyranno exstructa templa pro sacrilegiis et piaculis habet." Ceterum hoc proverbium occurrit etiam apud Suidam, ubi tamen volgo [etiam in Gaisfordii editione] legitur *μυίας δάκρυον* pro *μίασμα δρυός.* S.

Μικροψυχία, animus abiectus. Vid. s. v. *Μακροψυχία.*

Μισάνθρωπος, osor generis humani. „Quae autem sunt his contraria, ea nasci putantur a metu, ut odium mulierum, quale in *μισογύνῳ* Attilii est, ut in hominum universum genus, quod accepimus de Timone, qui *μισάνθρωπος* appellatur." Tusc. IV. 11, 25.

Μισογύνεια, odium mulierum. Vid. s. v. *Μισόγυνος.*

Μισόγυνος, osor mulierum. „Quae autem sunt his contraria, ea nasci putantur a metu, ut odium mulierum, quale in *μισογύνῳ* (al. *in μισογυνείᾳ*, al. *μισογύνεια*) Attilii est; ut in hominum universum genus, quod accepimus de Timone, qui *μισάνθρωπος* appellatur." Tusc. IV. 11, 25.

Μισῶ σοφιστὴν ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός. Vid. s. v. *Εὐριπίδου.*

Μνημονικά, ars memoriae. „Quemadmodum igitur qui litteras sciunt, possunt id, quod dictatum est, scribere, et recitare, quod scripserunt: ita qui *μνημονικὰ* didicerunt, possunt, quae audierunt, in locis collocare, et ex his memoriter pronuntiare." ad Herenn. III. 17, 30. — „Sed cum in omni disciplina infirma est artis praeceptio sine summa assiduitate exercitationis, tum vero in *μνημονικοῖς* minimum valet doctrina, nisi industria, studio, labore, diligentia comprobetur." ad Herenn. III. 24, 40. — Cf. *C. Morgenstern* de arte veterum mnemonica. Dorpati 1835.

Μνημονικὸν ἁμάρτημα, lapsus memoriae. „Brutus mihi T. Ligarii verbis nuntiavit, quod appelletur L. Corfidius in oratione Ligariana, erratum esse meum, sed, ut aiunt, *μνημονικὸν ἁμάρτημα.*" ad Att. XIII. 44, 3. — „Quid, quas (legiones) Asinius transportavit? Caninium volui, sed *μνημονικὸν ἁμάρτημα.*" ad Att. XIV. 5, 1.

Μουσοπάτακτος, a Musis percussus, Musarum amore captus, poëta. „Non mehercule quisquam *μουσοπάτακτος* libentius sua recentia poëmata legit, quam ego te audio quacunque de re, publica privata, rustica urbana." ad Q. fr. II. 10, 1.

Μυροθήκιον, unguenti et pigmentorum arcula. „Meus autem liber totum Isocrati *μυροθήκιον* atque omnes eius discipulorum arculas ac nonnihil etiam Aristotelia pigmenta consumpsit." ad Att. II. 1, 1.

Μυστικώτερα, secretiora. „Cetera, quae me sollicitant, *μυστικώτερα* sunt." ad Att. IV. 2, 7.

Μυστικώτερον, secretius. „Illud praeterea *μυστικώτερον* ad te scribam; tu sagacius odorabere." ad Att. VI. 4, 3.

Μῶμος, Momus. „Quod me maxime hortaris et quod pluris est quam omnia, in quo laboras, ut etiam Ligurino *μώμῳ* satisfaciam: moriar, si quidquam fieri potest elegantius." ad Att. V. 20, 6. *Μώμῳ*

satisfacere est talem se praestare, ut Momus, qui quod reprehendat, quamvis quaerat, tamen non habeat. Ern.

N.

Νᾶφε καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν. ἄρθρα ταῦτα τᾶν φρενῶν, ***Sobrius sis et memineris non facile credere: hi sunt nervi sapientiae.*** „Atque ita tamen his novis amicitiis implicati sumus, ut crebro mihi vafer ille Siculus (Epicharmus) insusurret cantilenam illam suam: *Νᾶφε κτλ.*" ad Att. I. 19, 8.

Νεκρομαντεῖα, s. *νεκυομαντεῖα*, ***vaticinia ex evocatis mortuis.*** " „Inde ea, quae meus amicus Appius *νεκρομαντεῖα* faciebat." Tusc. I. 16, 37.

Νεκυία. „Inde Homeri tota *νεκυία.*" Tusc. I. 16, 37. — „Quam ille haec non probare mihi quidem visus est! quam illam *νεκυίαν*, ut tu appellas, timere!" ad Att. IX. 10, 2. — „Manendum puto, ita ut, si salvus sit Pompeius et constiterit alicubi, hanc *νεκυίαν* relinquas." ad Att. IX. 10, 7. — „Reliqua, o dii! qui comitatus! quae, ut tu soles dicere, *νεκυία*!" ad Att. IX. 18, 2. — *Νεκυία* Homeri (Tusc. I. 16.) est Odyss. λ. qui liber sic etiam aliis vocatur, tamquam Longino *περὶ ὕψους* Sect. IX. Nomen ab argumento traxit, quod in eo Ulysses commemoratur, quemadmodum inferos adierit et cum umbris collocatus sit. De hac *νεκυίᾳ* quid acuti homines iudicarint, vid. ap. Victorium ad ep. 10. L. IX. ad Att. Ceterum ad hanc *νεκυίαν* respexit Atticus, cum Caesaris comitatum *νεκυίαν* vocaret. Nam quemadmodum umbrae ad Ulyssem in *νεκυίᾳ* Homeri confluunt frequentes, sic homines flagitiosi, facinorosi et aere alieno obruti ad Caesarem confluebant. Ern.

Νεμεσᾶν, ***indignari.*** „*Τὸ νεμεσᾶν* interest *τοῦ φθονεῖν*," ***indignatio differt ab invidia.*** ad Att. V. 19, 3.

Νεόκτιστος, ***nuper conditus.*** „Tenea et Aliphera et Tritia *νεόκτιστα* ei videbantur." ad Att. VI. 2, 3.

Νεωτερισμός, ***novae res.*** „Sed velim scire, quid adventus Octavii: num qui concursus ad eum, num quae *νεωτερισμοῦ* suspicio." ad Att. XIV. 5, 3.

Νίκωνος περὶ πολυφαγίας, ***Niconis de edacitate.*** „Ego a Sex. Fadio, Niconis discipulo, librum abstuli, *Νίκωνος περὶ πολυφαγίας.*" ad Fam. VII. 20, 3. Vid. Onomast. s. v. *Nicon.*

Νομανανδρίαν. „Nam illam *νομανανδρίαν* excusationem ne acceperis." ad Att. V. 11, 7. Alii habent *νομανδρία.* Adiiciemus utriusque verbi interpretationes, a doctis viris propositas. ***Νομανδρίαν excusationem*** dicunt esse legitimam ac viro honesto dignam, occupationem videlicet. Nam adversae valetudinis excusatio mollior est. Hanc igitur (*νομανδρίαν*) excusationem non volt accipi, quod nulla occupatio tanta sit, ut se possit a scribendis ad Atticum litteris avocare. Ita Manutius. Popma contra *νομανδρίαν* dicit esse constantiam Ciceronis in praefecturis conferendis; qua commotus non scripsisset

ad Atticum, ne suam constantiam deserendis praefectis tentaret. Sed quomodo haec excusatio dici possit, non video. Causa potuit esse omissarum litterarum, sed qua non facile ad excusandum uteretur. Idem dici potest de interpretatione νομανανδρίας. Νομανανδρίαν Bosius interpretatur, *detrectationem praefecturarum*, s. *vacationem*. Eas cum Atticus a Cicerone quibusdam petiisset, noluisse Ciceronem respondere. Quomodo tandem rogare potest, ne accipiat hanc excusationem? Rustica esset illa excusatio, quam etiam rogatus non acciperet Atticus. Noli suspicari, debuisset scribere, me propter νομανανδρίαν scripsisse. Fortasse non sanus locus est. Ern. Schützius scripsit νομαρχίας, *praefecturae*.

Νόμιος, *Nomius*, cognomen Apollinis, derivatum a voc. *νόμος*, *lex*. „Quartus (Apollo) in Arcadia, quem Arcades *Νόμιον* appellant, quod ab eo se leges ferunt accepisse." de Nat. Deor. III. 23, 57.

Νομοφύλακες, *legum custodes*. „Legum custodiam nullam habemus: itaque hae leges sunt, quas apparitores nostri volunt: a librariis petimus, publicis litteris consignatam memoriam publicam nullam habemus. Graeci hoc diligentius; apud quos νομοφύλακες creantur: nec hi solum litteras (nam id quidem etiam apud maiores nostros erat) sed etiam facta hominum observabant ad legesque revocabant." de Legg. III. 20, 46. *Νομοφύλακες* erant magistratus Athenienses, qui legum curam habebant, et facta hominum observabant, ad legesque revocabant, conf. Xenoph. Oeconom. 9. 14. ex quo repetiit Columell. R. R. XII. 3. ubi vide Interpp. cf. Potter. Archaeol. Gr. I. 13. Sed adiiciemus locum ex Oeconomico Xenophontis Latine: *Civitatibus primoribus atque optimis non satis est visum bonas leges habere, nisi custodes earum diligentissimos creassent, quos Graeci νομοφύλακας appellant. Horum erat officium, eos, qui legibus parerent, laudibus prosequi, nec minus honoribus; eos autem, qui legibus non parerent, poenis mulctare* cet. Ern. De nomophylacibus confer quos laudat *K. F. Hermann*, Lehrbuch der Griech. Staatsaltertbümer, §. 129. n. 15.

Νοσήματα, *morbi*. „Ex perturbationibus primum *morbi* conficiuntur, quae vocant illi *νοσήματα*, eaque quae sunt eis morbis contraria, quae habent ad res certas vitiosam offensionem atque fastidium: deinde *aegrotationes*, quae appellantur a Stoicis ἀῤῥωστήματα, hisque item oppositae contrariae offensiones." Tusc. IV. 10, 23.

Ξ.

Ξυνὸς Ἐνυάλιος, *communis Mars* i. e. anceps belli exitus. „Etsi mihi crebro ξυνὸς Ἐνυάλιος occurrebat, tamen levabar cura, virum fortem — audiens πολιτικῶς de pacis simulatae periculis disserentem." ad Att. VII. 8, 4. Ex Hom. Il. σ. v. 309. Cf. Onomast. s. v. *Mars*.

O.

Ὀβελίζειν, *veru notare* i. e. *tamquam spurium reiicere*. Obelus enim fuit signum Criticorum, quo spuria a genuinis discernerent. vid.

Menag. ad Laërt. III. 66. p. 162. Eschenbach. de Not. Crit. pag. 232. sqq. et alii. Ern. „Profert alter, opinor, duobus versiculis expensum Niciae: alter Aristarchus hos ὀβελίζει. Ego tamquam criticus antiquus iudicaturus sum, utrum sint τοῦ ποιητοῦ an παρεμβεβλημένοι." ad Fam. IX. 10, 1.

Ὁ γναφεὺς ἀνθρακεύς, *fullo carbonarius.* ad Att. XV. 5, 1. — Fullones e vestibus sordidis candidas faciunt: carbonarii autem nigri et sordidi sunt. Si igitur fullo idem sit carbonarius, frustra in vestibus purgandis laborabit. Hinc proverbium est γναφεὺς ἀνθρακεύς in eum, qui, quod melius reddere conatur, deterius facit. Ern.

Ὁ δὲ μαίνεται οὐκέτ' ἀνεκτῶς, *hic autem insanit sic, ut ferri amplius non possit.* ad Q. fr. III. 9, 2. versus Homeri de Cyclope Polyphemo Odyss. ι, 350: Σὺ δὲ μαίνεαι οὐκέτ' ἀνεκτῶς.

Ὁ δὲ οὐκ ἐμπάζετο μύθων, *hic vero non curabat, quae dicebantur.* ad Att. IV. 7, 3. ex Homeri Odyss. α, 271 et 305.

Ὁδοῦ πάρεργον, *praeter propositum, obiter dictum, digressio.* ad Att. V. 21, 13. — ad Att. VII. 1, 5.

Οἵα γ' ἡ δέσποινα. „Quod superest, si verum illud est, οἵα γ' ἡ δέσποινα, certe permanebunt." ad Att. V. 11, 5. Hoc proverbium apud Platonem Polit. VIII. p. 723. est integrum: οἵα γ' ἡ δέσποινα, τοία δὲ καὶ ἡ κύων: *qualis hera, talis et canis.* Ern. Platonis verba (Polit. VIII. p. 563. C. Steph.) haec sunt: ἀτεχνῶς γὰρ αἵ τε κύνες κατὰ τὴν παροιμίαν οἷαί περ αἱ δέσποιναι, γίγνονται τε δὴ καὶ ἵπποι καὶ ὄνοι, πάνυ ἐλευθέρως καὶ σεμνῶς εἰθισμένοι πορεύεσθαι. Integrum igitur proverbium nec Plato attulit, sed declaravit tantummodo, quid ad sensum sit supplendum.

Οἰκεῖον, *proprium, accommodatum ad naturam.* „Signa nostra et Hermeraelas, ut scribis, cum commodissime poteris, velim imponas, et si quod aliud οἰκεῖον eius loci, quem non ignoras, reperies, et maxime, quae tibi palaestrae gymnasiique videbuntur esse." ad Att. I. 10, 3. — „Non potest animal ullum non appetere id, quod accommodatum ad naturam appareat: Graeci id οἰκεῖον appellant." Acad. II. 12, 38.

Οἰκοδεσποτικά, *patri familias convenientia.* „Illa Silii et Drusi (loca) non satis οἰκοδεσποτικὰ mihi videntur." ad Att. XII. 44, 2.

Οἰκονομία, *dispositio, ordo.* „Iis (epistolis) igitur respondebo, οἰκονομίαν meam instituam, sed ordinem conservabo tuum." ad Att. VI. 1, 1. — „Sed enim οἰκονομία si perturbatior est, tibi assignato: te enim sequor σχεδιάζοντα." ad Att. VI. 1, 11.

Οἶκος φίλος, supple οἶκος ἄριστος: *domus cara, domus optima.* „Narro tibi: haec loca venusta sunt, abdita certe, et, si quid scribere velis, ab arbitris libera. Sed nescio quo modo οἶκος φίλος." ad Att. XV. 16 B. Vid. supra ad Εἴη μισητὸς φίλος οἶκος.

Οἱ μὲν παρ' οὐδὲν εἰσί, τοῖς δ' οὐδὲν μέλει, *alii quidem nihili sunt, aliis autem nihil curae est.* ad Att. I. 20, 3. Versus Rhintonis, de quo vid. Onomasticon.

Οἰμώζειν. Vid. Ἀλλ' οἰμωζέτω.

Οἱ περὶ αὐτόν, *qui circa ipsum erant, ipsius familiares.* „Praeterea tribus tricliniis accepti οἱ περὶ αὐτὸν valde copiose." ad Att. XIII. 52, 2.

Οἴχεται, *disparet, evanescit.* „Omnes fere, quas commemoras (epistolas accepi). Quare non οἴχεται tua industria, quod vereris, sed praeclare ponitur, si quidem id egisti, ut ego delectarer." ad Att. VI. 1, 1. — „*Ratio quidem hercle apparet, argentum οἴχεται.*" in Pison. 25, 61. Versus e Plauti Trinummo II. 6, 17.

Ὁμηρικῶς, *Homerice, more Homeri.* „Respondebo tibi ὕστερον πρότερον, Ὁμηρικῶς." ad Att. I. 16, 1.

Ὁμοειδής, *eiusdem generis et formae.* „Sunt res difficiles ad explicandum et ὁμοειδεῖς." ad Att. II. 6, 1.

Ὁμολογία, *convenientia.* „Quod (summum bonum) cum positum sit in eo, quod ὁμολογίαν Stoici, nos appellemus *convenientiam*, si placet," cet. de Finn. III. 6, 21.

Ὁμολογουμένως τυραννίδα σκευάζεται, *procul dubio, manifeste, tyrannidem affectat.* ad Att. II. 17, 1.

Ὁμοπλοΐα, *societas navigandi.* „Haec autem navigatio habet quasdam suspiciones periculi. Itaque constituebam uti ὁμοπλοΐᾳ. Paratiorem offendi Brutum, quam audiebam." ad Att. XVI. 4, 4. — „Ἐν ὁμοπλοΐᾳ Bruti videtur aliquid praesidii esse." ad Att. XVI. 1, 3. — „Bruto cum saepe iniecissem de ὁμοπλοΐᾳ, non perinde atque ego putaram arripere visus est." ad Att. XVI. 5, 3.

Ὀξύπεινος, *famelicus, cibi avidissimus.* „Sum in curiositate ὀξύπεινος." ad Att. II. 12, 2. — „Valde sum ὀξύπεινος, et, si quaeris, omnia mihi sunt suspecta." ad Att. IV. 13, 1.

Ὀπαδοί, *asseclae aliorum in militia.* „Ergo erimus ὀπαδοί, qui ταγοὶ esse noluimus?" ad Att. IV. 6, 2.

Ὁ πλοῦς ὡραῖος, *navigatio tempestiva.* „Egregie probo fore, ut, dum vagamur, ὁ πλοῦς ὡραῖος obrepat." ad Att. IX. 7, 5. Corradus laudat Pollucem I. 9. περὶ εὐπλοΐας. De voce ὡραῖος, *tempestivus*, vide Graevii Lectt. Hesiod. c. 2. Ern.

Ὀπούντιοι, *Σιπούντιοι*, *Opuntii, Sipuntii.* ad Att. VI. 2, 3. Vid. Onomasticon.

Ὄργανον, *instrumentum.* „Plane iam, Brute, frigeo. Ὄργανον erat meum senatus: id iam est dissolutum." ad Fam. XI. 14, 1. Capio autem de instrumento musico ob verbum *frigere*, quod dicitur de musicis, cum non audiuntur cum favore. Brut. 50, 187. Ern.

Ὀρθὰν τὰν ναῦν, *rectam navem.* ad Q. fr. I. ep. 2. c. 4, 13. Haec verba sunt e Graeca sententia: εὖ ἴσθι, Ποσειδᾶν, ὅτι ὀρθὰν τὰν ναῦν καταδώσω, quae Latine est etiam apud Senecam ep. 85. *Neptune, nunquam hanc navem nisi rectam.* Haec Victorius. Lipsius autem ad Senecae l. c. laudat etiam veterem scriptorem Teletem, ex quo est sententia eadem ap. Stobaeum c. 106. Ern.

Ὁρίζοντες, *finientes (Horizont).* „Cum illi orbes, qui a Graecis ὁρίζοντες nominantur, a nobis *finientes* rectissime nominari possunt, varietatem maximam habeant, aliique in aliis locis sint, necesse

firmum, sed consternato sum animo. ad Att. IX. 6, 4. Hom. Il. κ, 93 sq.

Οὐδὲν γλυκύτερον ἢ πάντ' εἰδέναι, nihil dulcius, quam omnia nosse. ad Att. IV. 11, 2. Est senarius uno pede truncatus nescio cuius poëtae. Ern.

Οὐδὲν ὑγιές, nihil sincerum. ad Att. XV. 1, 3.

Οὐδ' ὄναρ, ne in somnio quidem. „Sed interea *πολιτικὸς ἀνὴρ οὐδ' ὄναρ* quisquam inveniri potest." ad Att. I. 18, 6.

Οὐκ ἔλαθέ σε, non te latuit. „*Οὐκ ἔλαθέ σε* illud de gestu histrionis." ad Att. VI. 1, 8.

Οὐκ ἐπέστησεν, non animadvertit, non satis cogitanter scripsit. „Datur mihi epistola a sororis tuae filio, quam ipsam tibi misi: cuius est principium non sine maxima contumelia: sed fortasse *οὐκ ἐπέστησεν.*" ad Att. XIII. 38, 1. Alii intelligunt *non institit, non perseveravit.*

Οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος, non est verus sermo. Est formula, qua utebantur in palinodiis, cum aliquid retractare vellent. Sic orsus fuerat Stesichorus palinodiam auctore Platone in Phaedro p. 243. A. unde post solennis inter doctos homines retractandi formula fuit. Ern. „*Οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος*, ut opinor, ille de ratibus." ad Att. IX. 13, 1.

Οὐκ ἔστιν ἡδέως ἄνευ τοῦ καλῶς καὶ δικαίως ζῆν, non licet iucunde vivere, nisi honeste et iuste vivatur. „Ipse Epicurus, a quo omnes Catii et Amafinii, mali verborum interpretes, proficiscuntur, dicit: *οὐκ ἔστιν ἡδέως ἄνευ τοῦ καλῶς καὶ δικαίως ζῆν.*" ad Fam. XV. 19, 2.

Οὐ παρὰ τοῦτο, non propter hoc. ad Att. XV. 29, 2.

Οὔριος. „Ex aede Iovis religiosissimum simulacrum Iovis Imperatoris, quem Graeci *Οὔριον* nominant, pulcherrime factum, nonne abstulisti?" Verr. IV. 57, 128. *Urius* i. e. auctor bonorum ventorum. Eum Latini *Imperatorem* vocarunt, nulla Graeci verbi ratione habita. Vid. Graev. ad Verr. l. c. et loca veterum de templo Bosporano Iovis Urii ap. Taylorum praef. ad Diss. in Legem decemviralem. Ern. Confer omnino Zumptium de Iove *Οὐρίῳ* ad hunc locum Ciceronis egregie disputantem.

Οὔ σ' οἶδ' Ἄρης ἅμα Παφίῃ, nonne scio te, o Mars, consuesse cum Paphia sive Venere. ad Att. IV. 16, 12. Videntur haec verba esse e vetere poëta, sed ex quo aut quomodo explicanda sint, fateor me ignorare. Nam doctorum hominum coniecturae non satisfaciunt, nec melius aliquid ipse reperio. Ern. Me quidem nondum poenitet coniecturae, qua suspicatus sum h. l. ita legendum esse: *Absoluto Gabinio stomachantes alii iudices, hora post, Antiochum Gabinium — libertum et accensum Gabinii lege Papia condemnarunt. Itaque dixit statim reus patrono maiestatis absoluto οὔ σ' οἶδ' Ἄρης ἅμα Παφίῃ (nonne scio Mars te cum Paphia rem habuisse)*, i. e. te mecum in eodem luto haerere. Si verum esset, quod Manutius putabat, praeter legem Papiam, qua cautum erat ne quis peregri-

nus pro cive se gereret, fuisse etiam aliam *Papiam maiestatis*, in verbo *Παφίῃ* posset alludi ad illam legem Papiam. S.

Οὐ ταὐτὸ ἐκ τοῦ αὐτοῦ, non idem ex eodem. ad Att. XV. 1, 4.

Οὐ ταὐτὸν εἶδος. Supplendum ex Euripidis Ione [v. 585.] *φαίνεται τῶν πραγμάτων πρόσωθεν ὄντων ἐγγύθεν θ᾽ ὁρωμένων. Non eadem facies apparet, cum res procul sunt et cum prope cernuntur.* ad Att. XIII. 11, 1. Sensus est: Non possum eo, quo ante, voltu intueri, tibi gratificari, cum didicerim, qui sis. Ern.

Οὕτω που τῶν πρόσθεν ἐπευθόμεθα κλέα ἀνδρῶν, Sic fere eorum qui ante vixerunt virorum audiebamus laudes. ad Att. VII. 11, 3. Hom. Il. ι, v. 524.

Οὐχ ὁσίη φθιμένοισιν. ad Att. IV. 7, 2. Hexameter integer sic habet: *Οὐχ ὁσίη φθιμένοισιν ἐπ᾽ ἀνδράσιν εὐχετάασθαι, fas non est viris mortuis insultare.* Homericus versus est ex Odyss. χ, 412. Sed apud Homerum est *κταμένοισιν* eodem sensu. Cum verba memoriter laudantur, facile huiusmodi quid mutatur. Laudavit hunc versum etiam Plinius Epist. IX. 1. Ern.

Ὀφιοῦχος, Anguitenens, Sidus. „Propter caput autem Anguitenens:
Quem claro perhibent Ophiuchum nomine Graii,
Hic pressu duplici palmarum continet Anguem."
de Nat. Deor. II. 42, 109. Arati fragm. 12 et 14.

Ὀψιμαθεῖς, sero discentes, seri studiorum, ut Horatius appellat [Serm. I. 10, 21]. Ern. „*Ὀψιμαθεῖς* homines scis quam insolentes sint." ad Fam. IX. 20, 2.

Π.

Πάθος, affectus, perturbatio animi. „Quare obduretur hoc triduum, ut te quoque ponam in eudem *πάθει.*" ad Att. XI.. 3, 1. — „Itaque praeclare nostri, ut alia multa, molestiam, sollicitudinem, angorem, propter similitudinem corporum aegrorum, aegritudinem nominaverunt. Hoc propemodum verbo Graeci omnem animi perturbationem appellant: vocant enim *πάθος*, id est *morbum*, quicunque est motus in animo turbidus: nos melius." Tusc. III. 10, 23. — „Nec vero perturbationes animorum, quae vitam insipientium miseram acerbamque reddunt (quas Graeci *πάθη* appellant, poteram ego verbum ipsum interpretans *morbos* appellare: sed non conveniret ad omnia: quis enim misericordiam aut ipsam iracundiam morbum solet dicere? at illi dicunt *πάθος*: sit igitur *perturbatio*, quae nomine ipso vitiosa declarari videtur); nec hae perturbationes vi aliqua naturali moventur." de Finn. III. 10, 35. — „A. Videtur mihi cadere in sapientem aegritudo. M. Num reliquae quoque perturbationes animi, formidines, libidines, iracundiae? Haec enim fere sunt eiusmodi, quae Graeci *πάθη* appellant: ego poteram *morbos*; et id verbum esset e verbo; sed in consuetudinem nostram non caderet. Nam misereri, invidere, gestire, laetari, haec omnia morbos Graeci appellant, motus animi rationi non obtemperantes: nos autem hos eosdem motus con-

citati animi recte, ut opinor, *perturbationes* dixerimus; *morbos* autem non satis usitate." Tusc. III. 4, 7. — „Quae Graeci πάϑη vocant, nobis *perturbationes* appellari magis placet quam *morbos*." Tusc. IV. 5, 10. — „Est igitur Zenonis haec definitio, ut *perturbatio* sit, quod πάϑος ille dicit, aversa a recta ratione, contra naturam, animi commotio." Tusc. IV. 6, 11. — „Cohibere motus animi turbatos, quos Graeci πάϑη nominant, appetitionesque, quas illi ὁρμάς, obedientes efficere rationi." de Offic. II. 5, 18.

Παϑητικόν, *ad perturbandos animos et concitandos accommodatum*. „Duo sunt, quae bene tractata ab oratore admirabilem eloquentiam faciant: quorum alterum est, quod Graeci ἠϑικόν vocant, ad naturas et ad mores et ad omnem vitae consuetudinem accommodatum; alterum, quod iidem παϑητικόν nominant, quo perturbantur animi et concitantur, in quo uno regnat oratio." Orator 37, 128.

Παιδεία Κύρου, *institutio Cyri*. Opus notum Xenophontis. „*Παιδείαν Κύρου*, quam contriveram legendo, totam in hoc imperio explicavi." ad Fam. IX. 25, 1. Conf. s. v. *Κύρου παιδεία*.

Παῖδες παίδων, *nati natorum*, *posteri*. ad Att. XVI. 11, 1.

Παλιγγενεσία, *status nostri instauratio*. „Amicorum litterae me ad triumphum vocant, rem a nobis, ut ego arbitror, propter hanc παλιγγενεσίαν nostram non negligendam." ad Att. VI. 6, 4. Ita appellat statum dignitatemque, quam revocatus ab exilio recuperarat, proconsulari etiam imperio suscepto. Sic Iosepho XI. 3, 9. παλιγγενεσία τῆς πατρίδος dicta. Ern. Conf. Wolf ad Or. post red. §. 5. p. 92.

Παλινῳδία, *retractatio*. „Quarum (orationum) exspecta divinam παλινῳδίαν." ad Att. II. 9, 1. — „Subturpicula mihi videbatur esse παλινῳδία." ad Att. IV. 5, 1. — „Mihi autem nulla de eo (Dionysio) παλινῳδία datur propter superioris epistolae testimonium." ad Att. VII. 7, 1. — Cf. Οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος.

Παλλάς, *Pallas*, cognomen Minervae. „Idque me puto non invita Minerva esse facturum: quam quidem ego, si forte de tuis sumpsero, non solum *Παλλάδα*, sed etiam Ἀπτάδα nominabo." ad Fam. III. 1, 1.

Πάλτος, *Paltus*, Syriae oppidum. „Cassius noster cum decem legionibus et cohortibus viginti auxiliariis et quattuor milium equitatu a milibus passuum viginti castra habet posita *Πάλτῳ*." ad Fam. XII. 13, 4.

Παναιτίου περὶ προνοίας, *Panaetii de providentia* liber. ad Att. XIII. 8. De Panaetio vide Onomasticon.

Πανήγυρις, proprie *conventus universae gentis*, saltem *admodum frequens*, ut in spectaculis. „Res agebatur in circo Flaminio et erat in eo ipso loco illo die nundinarum πανήγυρις." ad Att. I. 14, 1.

Πανικόν, *panicus* sive *subitus inanisque terror*. „Atticus noster, quia quondam me commoveri πανικοῖς intellexit, idem semper putat nec videt, quibus praesidiis philosophiae saeptus sim: et hercle, quod timidus ipse est, ϑορυβοποιεῖ." ad Fam. XVI. 23, 2. — „Scis

kalendarium in pariete affixum et suspensum. „Ex ea die, si me amas, παράπηγμα ἐνιαύσιον commoveto." ad Att. V. 14, 1.

Παρὰ προσδοκίαν, *praeter exspectationem*. ad Fam. VII. 32. genus ridiculi, de quo L. II. Orator. c. 63.

Παρὰ τὴν ἱστορίαν, *praeter historiam*. ad Att. XII. 10, 1.

Παρὰ τὸ πρέπον, *praeter decorum*. ad Att. XIII. 16, 1.

Παραφύλαξον τὴν τοῦ φυρατοῦ Φιλοτιμίαν αὐτότατα, ***observa conturbatoris Philotimi rationem quam maxime."*** ad Att. VI. 9, 2. Conf. ad Att. VII. 1. et vid. in *Φυρατής*.

Παρεγχείρησις. „Egone ut eam causam, quam is scripsit? Ego scribam non rogatus ab eo? Nulla παρεγχείρησις fieri potest contumeliosior." ad Att. XV. 4, 3. *Molitio in alieno opere*, cum falcem in alienam, ut aiunt, messem immittimus, ut, de quo est hoc loco, cum scribimus, de quo alius scripsit, quae παρεγχείρησις recte contumeliosa dicitur, quod rem ab eo non accurate scriptam nobis videri significamus. Ern.

Παρ' ἐμοί γε καὶ ἄλλοι, οἵ κέ με τιμήσουσι, μάλιστα δὲ μητίετα Ζεύς. ***Apud me sane et alii sunt, qui me honorabunt, maxime autem consiliarius*** seu ***consilio valens Iupiter.*** ad Fam. III. 7, 6. ex Homeri Iliad. α. 174.

Παρεμβεβλημένοι, ***inserti fraude, subdititii, spurii.*** „Profert alter, opinor, duobus versiculis expensum Niciae: alter Aristarchus hos ὀβελίζει. Ego tamquam criticus antiquus iudicaturus sum, utrum sint τοῦ ποιητοῦ, an παρεμβεβλημένοι." ad Fam. IX. 10, 1.

Παρ' ἠνεμόεντα Μίμαντα, νήσου ἐπὶ Ψυρίης, Appiam ἐπ' ἀριστέρ' ἔχοντα, ***ad ventosum Mimantem in insula Psyria, Appiam sinistra habentem.*** ad Att. XVI. 13a, 2. Alluditur ad locum Homeri Odyss. Γ. v. 171, 172. Ulysses cum sociis deliberat de navigatione instituenda, utrum supra Chium dirigant cursum, ita ut parvam insulam Psyriam, quae est non procul ab Chio, a sinistris habeant, an vero infra Chium, ut ventosum Mimantem praetervehantur. Suadebat Ciceroni Atticus, ut inter Apenninum montem (Mimanta), qui e Campania Romam proficiscentibus a dextris est, et viam Appiam, quae a sinistris iacet per Arpinum (Psyriam) proficiscatur, ne in Antonii manus incidat; quae sit autem elegantia in eo, quod Arpinum cum insula Psyria comparetur, docet Bosius ad hunc locum. *Psyriae* nomen etiam Ciceroni ad Q. fr. II. 10. restituit Tunstallus ad Middlet. p. 110: *Philosophiam non ab Hymetto, sed ab arce Ψυρίᾳ*, i. e. Arpino. Ern.

Παριστορῆσαι, ***obiter discere.*** „Haec te volui παριστορῆσαι." ad Att. VI. 1, 25.

Παροινικῶς, ***insolenter, contumeliose.*** „Vide, quam ad haec παροινικῶς." ad Att. X. 10, 1. Victorius malebat τυραννικῶς. Sed illud eodem redit et bene convenit in Antonium, cui vinolentiam in Philippicis exprobrat. Ern.

Παρονομασία, ***paronomasia, agnominatio.*** „Alterum (ambigui) genus est, quod habet parvam verbi immutationem, quod in lit-

mos notus Atheniensium, peplum Minervae consecrandi, in quo, praeter ipsius res fortiter gestas, etiam virorum fortium acu pictae essent, auctoribus Aristophane, Suida et aliis. Praeter interpretes, vide inprimis Meursium in Panathenaicis c. 17. nam in his peplum illud deferebatur in Minervae aedem. Utrum vero liber Varronis hoc ipso titulo extiterit, adeoque diversus sit a libro *hebdomadum*, qui doctorum virorum imagines continebat (v. Voss. de Hist. Lat. I. 12.), nec ne, id quod Popmae placebat, haud improbabili coniectura, nunc non definire licet. Aristoteles etiam *Peplum* inscripsit libellum, qui epitaphia heroum continebat, cuius fragmentum a Cantero Basil. 1564. in 4. primum editum habemus. In hoc peplo etiam genealogias Homericorum principum fuisse docet Canterus in praefatione. conf. Fabricii Biblioth. Graec. L. III. c. 6. Vol. II. p. 160. seqq. Ern.

Πεπολιτεύμεθα, *rem publicam administravimus*, *in re publica versati sumus*. „Sic enim πεπολιτεύμεθα, ut victos metueremus." ad Att. XIV. 6, 2.

Περὶ δυνατῶν, *de iis*, *quae fieri possunt*, s. *de possibilibus*. „Quae (ἀξιώματα) de re futura cum aliquid dicunt deque eo, quod possit fieri aut non possit, quam vim habeant, obscura quaestio est: quam περὶ δυνατῶν philosophi appellant." de Fato 1, 1. — „Sed ad illam Diodori contentionem, quam περὶ δυνατῶν appellant, revertamur, in qua, quid valeat id, quod fieri possit, inquiritur." de Fato 9, 17. — „*Περὶ δυνατῶν* me scito κατὰ Διόδωρον κρίνειν." ad Fam. IX. 4.

Περὶ κοιλιολυσίαν γίνεσθαι, *in alvo solvenda occupatum esse*. ad Att. X. 13, 1.

Περὶ μικρὰ σπουδάζειν, *in parvis rebus multum laborare*. „Sed haec hactenus, ne videar περὶ μικρὰ σπουδάζειν." ad Att. XIII. 21, 4.

Περίοδοι, *ambitus verborum*. „Si unquam mihi περίοδοι, si καμπαί, si ἐνθυμήματα, si κατασκευαὶ suppeditaverunt, illo tempore." ad Att. I. 14, 4. *Περίοδοι* quae sint, dicere nihil attinet. *Καμπαὶ* sunt, recte explicante I. F. Gronovio, clausulae, flexus molles orationis ab una parte in aliam, quibus uti licet in genere ἐπιδεικτικῷ magis, in laudando, ubi ingenium et eloquentiam iactare licet, quam in forensibus orationibus aut in sententiis de re gravi dicendis, a quibus quippe ista flexuum mollities, quamvis modica, tamen abesse debet, adhibita potius illa *iudiciali asperitate*, quam Cicero vocat de Orat. II. 15. *Ἐνθυμήματα* non sunt, quae recentioribus dialecticis dicuntur, parte quadam sua truncati syllogismi, sed antiquis rhetoribus celebratae illae sententiae, e contrariis conclusae, quae propter brevitatem et contraria acumen aliquod habent, qualis est illa Horatii: *cur optas quod habes?* Serm. I. 3, 126. Alia exempla suppeditabit Cicero in Topicis c. 13. Vide de hoc genere sententiarum in primis Facciolatum in Acroasi I. de Enthymemate. *Κατασκευὴ* autem etsi non eandem semper apud rhetores vim habet, tamen non dubium mihi est, quin hoc loco dicatur *confirmatio alicuius rei* (Quinctilian. II. 4.), quae et amplificationem complectitur, cum alimus argumenta,

quod Longino τρέφειν dicitur, cum dilatamus rem et augemus omni ratione, ut auditor vim rei aut argumenti capiat, in quo vel maxime summa eloquentia cernitur. Haec κατασκευή, etsi communis est omni orationis generi, tamen in primis in eo genere regnat, quod ἐπιδεικτικὸν dicitur, cum ingenium eloquentiamque probare volumus. Ex ea ubertas ingenii, ex ea copia visque dicentis iudicatur. Itaque in hoc genere orationis etiam modum huius κατασκευῆς vix tenent summi oratores. Huc refer *illam redundantiam*, quam in Ciceronis oratione animadvertebat Apollonius Molo, et quae in Rosciana adhibita seniori Ciceroni displicebat, ut est in Bruto. Vides igitur omnia ista ornandi genera, quibus in laudando Pompeio usum se dicit Cicero, esse ἐπιδεικτικῷ generi propria. Nam τὸ περιοδικὸν etiam nuspiam copiosius adhiberi solet et potest quam in hac dicendi ratione. Ern. Cf. Io. Chr. Theoph. Ernesti lexic. technologiae Graecorum rhetoricae, v. *Καμπή*, *Ἐνθύμημα* et *Κατασκευή*. Schuetz.

Περίοδος, *comprehensio et ambitus verborum*, *circuitus*, *continuatio*, *circumscriptio orationis*. „Quaesitum est, in totone circuitu illo orationis, quem Graeci περίοδον, nos tum ambitum, tum circuitum, tum comprehensionem aut continuationem aut circumscriptionem dicimus: an in principiis solum, an in extremis, an in utraque parte numerus tenendus sit." Orator 61, 204. — „Quin etiam comprehensio et ambitus ille verborum (si sic periodum appellari placet) erat apud illum (L. Crassum) contractus et brevis." Brut. 44, 162.

Περὶ ὁμονοίας, *de concordia*. „Memini librum tibi afferri a Demetrio Magnete ad te missum περὶ ὁμονοίας." ad Att. VIII. 11, 7.

Περιοχαί, *verborum complexiones*, *periodi*. „At ego ne Tironi quidem dictavi, qui totas περιοχὰς persequi solet, sed Spintharo syllabatim." ad Att. XIII. 25, 3.

Περιπατητικά, *Peripatetica*, *partes Peripateticorum*. „Ita confeci quinque libros περὶ τελῶν, ut Epicurea L. Torquato, Stoica M. Catoni, περιπατητικὰ M. Pisoni darem." ad Att. XIII. 19, 4.

Περίπατος σύμμετρος, *ambulatio moderata*. „Indulge valetudini tuae, cui quidem tu adhuc, dum mihi deservis, servisti non satis: ea quid postulet, non ignoras: πέψιν, ἀκοπίαν, περίπατον σύμμετρον, τέρψιν, εὐλυσίαν κοιλίας" ad Fam. XVI. 18, 1.

Περίστασις, *status et condicio*. „*De Domitio*, σύκῳ μὰ τὴν Δήμητρα, σῦκον οὐδὲ ἓν οὕτως ὅμοιον γέγονεν, *quam est ista* περίστασις *nostrae*." ad Att. IV. 8b, 2.

Περὶ τελῶν, *de finibus*. „Ita confeci quinque libros περὶ τελῶν." ad Att. XIII. 19, 4.

Περὶ τελῶν σύνταξις, *de finibus opus*. „Illam περὶ τελῶν σύνταξιν sane mihi probatam Bruto, ut tibi placuit, despondimus." ad Att. XIII. 12, 3.

Περὶ τοῦ κατὰ περίστασιν καθήκοντος, *de officio ad temporis rationem accommodato*, s. quod temporis alicuius ratio postulat. ad Att. XVI. 11, 4.

Περὶ τῶν ὅλων, de summa rerum. „Aliquid ex eius sermone poterimus περὶ τῶν ὅλων suspicari." ad Att. II. 17, 3.

Περὶ ψυχῆς, de anima. „Dicaearchi περὶ ψυχῆς utrosque velim mittas et καταβάσεως." ad Att. XIII. 32, 2.

Περσεφόνη, Proserpina. „Is (Pluto) rapuit Proserpinam, quod Graecorum nomen est; ea enim est, quae Περσεφόνη Graece nominatur; quam frugum semen esse volunt absconditamque quaeri a matre fingunt." de Nat. Deor. II. 26, 66.

Πεφυσίωμαι, intumesco, superbia efferor. ad Att. V. 20, 6.

Πέψις, concoctio. „Indulge valetudini tuae, cui quidem tu adhuc, dum mihi deservis, servisti non satis: ea quid postulet, non ignoras: πέψιν, ἀκοπίαν, περίπατον σύμμετρον, τρῖψιν, εὐλυσίαν κοιλίας." ad Fam. XVI. 18, 1.

Πιθανός, aptus ad persuadendum, probabilis. „Sunt enim vehementer πιθανὰ 'Αντιόχεια." ad Att. XIII. 19, 5.

Πίνος, nitor, venustas, sermonis, orationis. „A Cicerone mihi litterae sane πεπινωμέναι et bene longae. Cetera autem vel fingi possunt: πίνος litterarum significat doctiorem." ad Att. XIV. 7, 2.

Πλουδοκῶν, navigationem commodam exspectans. „Sedeo enim πλουδοκῶν." ad Att. X. 8, 9.

Πλοῦς, navigatio. „Hic autem quantus πλοῦς!" ad Att. XV. 21, 3.

Πλούτων, Pluto, Dis. „Terrena autem vis omnis atque natura Diti patri dedicata est, qui Dives, ut apud Graecos Πλούτων, quia et recidant omnia in terras et oriantur e terris." de Nat. Deor. II. 26, 66.

Ποιητικά, efficientia. „Sequitur illa divisio, ut bonorum alia sint ad illud ultimum pertinentia (sic enim appello, quae τελικά dicuntur), alia autem efficientia, quae Graeci ποιητικά, alia utrumque." de Finn. III. 16, 55.

Ποιότης, qualitas. „*Qualitates* igitur appellavi, quas ποιότητας Graeci vocant: quod ipsum apud Graecos non est volgi verbum, sed philosophorum." Acad. I. 7, 25. Conf. I. 6, 24. — „Isti autem quemadmodum asseverant, ex corpusculis non colore, non qualitate aliqua, quam ποιότητα Graeci vocant, non sensu praeditis, sed concurrentibus temere atque casu, mundum esse perfectum?" de Nat. Deor. II. 37, 94.

Ποῖ ταῦτ' ἄρ' ἀποσκήψει; quorsum haec tandem erumpent? ad Att. XII. 5, 1.

Πολίπορθος. Vid. s. v. *Πτολίπορθος.*

Πολιτεία, res publica. „Venio nunc ad mensem Ianuarium et ad ὑπόστασιν nostram ac πολιτείαν." ad Att. II. 3, 3.

Πολιτεία, libri de re publica. „Dicit enim (Cato) tamquam in Platonis πολιτείᾳ, non tamquam in Romuli facce sententiam." ad Att. II. 1, 8. — „Feci idem, quod in πολιτείᾳ deus ille noster Plato." ad Att. IV. 16, 3.

Πολιτεῖαι, Civitatum gubernandarum rationes. „Scribere et legere πολιτείας," ad Fam. IX. 2, 5., i. e., ut ipse Cicero interpre-

tatur, „si minus in curia atque in foro, at in litteris et libris navare rem publicam et de moribus ac legibus quaerere."

Πολιτεύεσθαι, *administrare rem publicam*, *versari in re publica*. ad Fam. VII. 12, 2. — „Nullo modo reperio, quemadmodum possim πολιτεύεσθαι." ad Att. XIV. 6, 2.

Πολίτευμα, *ratio administrandae rei publicae*. „Ceteri infirmant πολίτευμα Catonis." ad Att. VI. 1, 13. — „Video tibi placere illud, me πολίτευμα de pace suscipere." ad Att. IX. 7, 3.

Πολιτεύομαι, *rei publicae operam navo*. „Neque aliud iam quidquam πολιτεύομαι nisi odisse improbos." ad Att. II. 6, 2.

Πολιτευτέον, *rei publicae danda opera*, *versandum in re publica*. „Hic, hic nimirum πολιτευτέον." ad Att. II. 6, 2. — „Aut enim mihi libere inter malos πολιτευτέον fuit aut vel periculose cum bonis." ad Att. X. 1, 4.

Πολιτικά, *res civiles* vel *quae spectant ad rem publicam*. „Nihil come, nihil simplex, nihil ἐν τοῖς πολιτικοῖς honestum, nihil illustre, nihil forte, nihil liberum." ad Att. I. 13, 4.

Πολιτικά, (libri) *de republica*. „Scribebam illa, quae dixeram πολιτικά: spissum sane opus et operosum." ad Q. fr. II. 14, 1.

Πολιτικὸν σκέμμα, *consideratio ad statum rei publicae pertinens*. „Est πολιτικὸν σκέμμα, rectumne sit nobili adolescenti mutare nomen mulieris testamento." ad Att. VII. 8, 3.

Πολιτικός, *ad rem publicam spectans*, *civilis*. „Amabo te, epistolam, et πολιτικήν." ad Att. IX. 18, 4. — „Utinam aliquod in hac miseria rei publicae πολιτικὸν opus efficere et navare mihi liceat!" ad Att. IX. 10, 2. — „Hoc loco tantum dico, a veteribus Peripateticis Academicisque eum locum, quem *civilem* recte appellaturi videmur (Graeci πολιτικόν), graviter et copiose esse tractatum." de Finn. IV. 2, 5. — „Cum sic hominis natura generata sit, ut habeat quiddam innatum quasi civile atque populare, quod Graeci πολιτικόν vocant: quidquid aget quaeque virtus, id a communitate et ea, quam exposui, caritate atque societate humana non abhorrebit." de Finn. V. 23, 66.

Πολιτικός, *rei publicae deditus*, *rei publicae peritus*. „Reliqui sunt, qui mortui sint, L. Torquatus, quem tu non tam cito rhetorem dixisses, quam, ut Graeci dicunt, πολιτικόν." Brut. 76, 265. — „Nam tu quidem, etsi es natura πολιτικός, tamen nullam habes propriam servitutem: communi frueris nomine." ad Att. IV. 6, 1. — „Quem φιλόπατριν ac πολιτικὸν hominis prudentis et amici tali admonitu non moveret auctoritas?" ad Att. IX. 10, 5. — *Πολιτικοί*. Nunc quaero, „qui etiam Athenis πολιτικοί fuerint illustres." ad Att. XII. 23, 2. — Temporibus „parere omnes πολιτικοί praecipiunt." ad Att. XII. 51, 2. — „Illi, nunc quidem qui ex particula parva urbis ac loci nomen habent, et Peripatetici philosophi aut Academici nominantur, olim autem propter eximiam rerum maximarum scientiam a Graecis πολιτικοί philosophi appellati, universarum rerum publicarum nomine vocabantur." de Orat. III. 28, 109.

Πολιτικὸς ἀνήρ, rei publicae deditus vir. „Sed interea πολιτικὸς ἀνὴρ οὐδ' ὄναρ quisquam inveniri potest." ad Att. I. 18, 6. Vid. s. v. Οὐδ' ὄναρ.

Πολιτικὸς σύλλογος, conventus et sermo de ratione rei publicae gerendae. „Volo aliquem Olympiae, aut ubi visum, πολιτικὸν σύλλογον, more Dicaearchi, familiaris tui." ad Att. XIII. 30, 3.

Πολιτικῶς, ut virum rei publicae peritum decet, convenienter rei publicae, prudenter. „virum fortem et peritum et plurimum auctoritate valentem audiens πολιτικῶς de pacis simulatae periculis disserentem." ad Att. VII. 8, 4. — „Ne simulare quidem poterit quidquam πολιτικῶς." ad Att. VII. 13a, 1. — „De eo, quod me mones, ut et πολιτικῶς me geram et τὴν ἔσω γραμμὴν teneam, ita faciam." ad Att. IV. 8b, 4.

Πολιτικώτερα, accuratius disputata de re publica. „Ad Dolabellam, ut scribis, ita puto faciendum, κοινότερα quaedam et πολιτικώτερα." ad Att. XIII. 10, 2. — „Haec ad te scripsi apposita secunda mensa: plura et πολιτικώτερα postea." ad Att. XIV. 6, 2. — „Πολιτικώτερα illa videamus." ad Att. XIV. 14, 1.

Πολιτικώτερον, accommodatius ad rationem rei publicae administrandae. „Tuas omni de rei publicae statu litteras exspecto, πολιτικώτερον quidem scriptas" cet. ad Att. V. 12, 2.

Πολιτικώτερος, rei publicae peritior. „Πολιτικώτερον te (Caelio) adhuc neminem cognovi." ad Fam. II. 8, 1.

Πολλὰ δ' ἐν μεταιχμίῳ Νότος κυλίνδει κύματ' εὐρείης ἁλός, multos autem in medio Auster volvit fluctus lati maris; hemistichium cum senario integro veteris tragici. ad Att. VI. 3, 1.

Πολλὰ χαίρειν τῷ καλῷ, dicens multam salutem honesto, vale dicens honesto. ad Att. VIII. 8, 2.

Πολλοὶ μαθηταὶ κρείττονες διδασκάλων, multi discipuli praestantiores magistris. ad Fam. IX. 7, 2. Senarius notus.

Πολλοῦ γε καὶ δεῖ, multum quidem abest. ad Att. VI. 1, 20. Verba, quibus crebro Demosthenes utitur.

Πολυγραφώτατος, qui plurima scripsit. „Primum (exspecto), qui intellexeris eum desiderare a me, cum ipse homo πολυγραφώτατος nunquam me lacessisset." ad Att. XIII. 18.

Πολυδεύκους, Pollucis aedes. „In illa item (statua), quae est ad Πολυδεύκους, hercule inscriptum est COS." ad Att. VI. 1, 17.

Πομπεῦσαι καὶ τοῖς προσώποις, libro ornatum quaerere etiam magnis personis inducendis. „Is autem est (Postumius), qui cum Lucullo fuit; quem tu mihi addidisti sane ad illum σύλλογον personam idoneam. Videbis igitur, si poteris, ceteros: ut possimus πομπεῦσαι καὶ τοῖς προσώποις." ad Att. XIII. 32, 3. Cicero non solum magnis rebus refertum cupiebat eum σύλλογον, quem habebat in manibus, sed etiam magnis hominibus uti, ut eo maior libri dignitas et ornatus esset. Itaque Atticum rogat, ut, cum iam unum suppeditasset huiusmodi, plures suggereret. Ern.

[*Πονοῦμαι*, labore et molestia conficior. ad Att. XVI. 12.]

Πότερον δίκας τεῖχος ὕψιον. **Supplendum ex Platone, qui haec itidem refert, ἀναβάς, *utrum exscenso alto muro iustitiae*. „Nunc me iuva consilio, πότερον δίκας τεῖχος ὕψιον, id est, utrum aperte** hominem asperner et respuam, ἢ σκολιᾶς ἀπάτας." ad Att. XIII. 38, 2. Alludit Cicero ad locum Pindari ex libro deperdito, quo iam usus erat, sed alio, quam Cicero, sensu Plato L. II. de republ. p. 596. ed. Francof. Verba Pindari apud Platonem integra haec sunt: *Πότερον δίκας τεῖχος ὕψιον, ἢ σκολιᾶς ἀπάτας ἀναβάς: utrum rectis et iustis artibus, an dolis fraudibusque utens* cet. Cicero ad aliam rem transtulit. Scire cupit ex Attico, quid sibi suadeat, utrum putet prae se ferendam esse iustam iram in Quintum filium, quam obiurgando apud Caesarem meruerat, an dissimulandam. Hinc ipse sic interpretatur prima verba: *utrum aperte hominem adsperner et respuam*. Ern. Conf. s. v. *Ἡ σκολιᾶς ἀπάτας*.

Πουλυδάμας μοι πρῶτος ἐλεγχείην ἀναθήσει, *Polydamas mihi primus probrum obiiciet*. ad Att. II. 5, 1. et VII. 1, 4. ex Homeri Il. χ, 100. — Polydamanta dicit Catonem.

Ποῦ σκάφος τὸ τῶν Ἀτρειδῶν; *ubi navigium Atridarum?* „Sed quoniam res eo deducta est, non quaeram, ut tu scribis, ποῦ σκάφος τὸ τῶν Ἀτρειδῶν; mihi σκάφος unum erit, quod a Pompeio gubernabitur." ad Att. VII. 3, 5. E Tragico vetere videntur haec esse. Ern.

Πραγματικοί, *pragmatici*. „Iam vero ipsa (iuris civilis cognitio) per sese quantum afferat iis, qui ei praesunt, honoris, gratiae, dignitatis, quis ignorat? Itaque, ut apud Graecos infimi homines, mercedula adducti, ministros se praebent in iudiciis oratoribus, ii, qui apud illos πραγματικοί vocantur: sic in nostra civitate contra amplissimus quisque et clarissimus vir." de Orat. I. 45, 198. — „Itaque illi disertissimi homines ministros habent in causis iuris peritos, cum ipsi sint imperitissimi, qui, ut abs te paullo ante dictum est, *pragmatici* vocantur." de Orat. I. 59, 253.— „*Πραγματικοί* homines omnibus historiis, praeceptis, versibus denique cavere iubent et vetant credere." ad Att. II. 20, 1.

Πραγματικόν, *negotiale*. „Tu, si quid πραγματικὸν habes, scribes: sin minus, populi ἐπισημασίαν et mimorum dicta perscribito." ad Att. XIV. 3, 2.

Πραγματικῶς, *apte ad res gerendas, ut virum rerum agendarum peritum decet*. „Verum attende nunc, ad ea dum rescribo, quae tu in hac eadem brevi epistola πραγματικῶς valde scripsisti." ad Q. fr. II. 15b, 2.

Πρακτικός. Vid. *Τὸν πρακτικὸν βίον*.

Πρᾶξις, *factum*. „Me facere magnam πρᾶξιν Dolabellae. Mihi mehercule ita videtur: non potuisset maior tali re talique tempore. — Tibi vero assentior maiorem πρᾶξιν eius fore, si mihi, quod debuit, dissolverit." ad Att. XIV. 19, 5.

Πρᾶξις πολιτικοῦ, *factum cive dignum rei publicae dedito*. „Attende πρᾶξιν πολιτικοῦ." ad Att. X. 13, 1.

[*Πρᾳότατα*, **lenissime. ad Att. XI. 17, 1.**]

Πρέπον, *decorum*. „Ut enim in vita, sic in oratione nihil est difficilius quam quid deceat videre. *Πρέπον* appellant hoc Graeci: nos dicamus sane *decorum*." Orator 21, 70. — „Hoc loco continetur id, quod dici Latine *decorum* potest: Graece enim *πρέπον* dicitur." de Offic. I. 27, 93.

Πρόβλημα, *quaestio*. „Illud meum proprium *πρόβλημα*, quaeso, suscipe." ad Att. VII. 1, 2. — „Iam explicandum est *πρόβλημα*, si quid acturus es." ad Att. XII. 2, 2. Confer *Ἄλλο πρόβλημα*.

Πρόβλημα Ἀρχιμήδειον, *quaestio Archimedea*, i. e. valde difficilis et obscura. „Sed de Catone *πρόβλημα Ἀρχιμήδειον* est." ad Att. XII. 4, 2. Atticus volebat Ciceronem de Catone scribere. — „Abiit illud, quod tum me stimulabat, quod tibi dabam *πρόβλημα Ἀρχιμήδειον*." ad Att. XIII. 28, 3.

Προβολή. „Semper Carneadea *προβολὴν* pugilis et retentionem aurigae similem facit *ἐποχῇ*." ad Att. XIII. 21, 3. *Προβολὴ* est, interprete Budaeo in Comm. Gr. L. p. 390. ***status pugilis in procinctu stantis occasionique inferendae plagae imminentis, et agitatoris in carceribus equos currumque sustinentis.*** Inde etiam ad milites transfertur, qui in acie stant proiectis scutis impetum hostium exspectantes et excipientes, et tempus impetus faciendi idoneum speculantes, apud Plutarchum in Caesare, quem locum idem ille attulit Budaeus l. c. De militibus Latini dicunt: *proiicere scutum*. Quadrigarius apud Gellium IX. 13. Graeci *προβάλλεσθαι ἀσπίδα* ap. Aelianum V. H. II. cap. ult. et ab hac proiectione scuti status ille gladiatorius et militaris appellatur. Adiicere placet locum e Gellio de hac re insignem: ***Sicuti*** (athletae) ***ad certandum vocati proiectis alte brachiis consistunt, caputque et os suum manibus oppositis quasi vallo praemuniunt*** cet. unde de ea re *χεῖρας ἀεῖραι*, *χειρῶν ἀνάτασις*, dicitur. v. Cuper. Obs. I. 12. p. 88. qui etiam docet, hoc ipsum *ἀνέχειν* dici ap. Apollon. Rhod. L. II. v. 67. Ex his intelligi facile poterat, quomodo Carneadi in mentem venerit, ut huic *προβολῇ* compararet *ἐποχὴν* suam, *retentionem assensus*. Ern.

Πρόδρομος, *prodromus*, *praecursor*. „Mihi Pompeiani *πρόδρομοι* nuntiant aperte Pompeium acturum Antonio succedi oportere." ad Att. I. 12, 1.

Προηγμένον, ***productum, promotum, praepositum, praecipuum.*** „Itemque hinc esse illud exortum, quod Zeno *προηγμένον*, contraque quod *ἀποπροηγμένον* nominavit, cum uteretur in lingua copiosa factis tamen nominibus ac novis. — — — Ut enim, inquit, nemo dicit in regia regem ipsum quasi *productum* esse ad dignitatem (id enim est *προηγμένον*), sed eos, qui in aliquo honore sint, quorum ordo proxime accedit, ut secundus sit ad regium principatum: sic in vita non ea, quae primario loco sunt, sed ea, quae secundum locum obtinent, *προηγμένα*, id est, *producta* nominentur. Quae vel ita appellemus (id erit verbum e verbo) vel *promota* vel, ut dudum diximus, *praeposita* vel *praecipua*, et illa *reiecta*. Re enim intellecta in verborum usu faciles esse debemus." de Finn. III. 15, 51. 16, 52. — „Ista,

quae dixisti, valere, locupletem esse, non dolere, bona non dico, sed dicam Graece προηγμένα (Latine autem *producta*: sed *praeposita* aut *praecipua* malo; sic tolerabilius et mollius): illa autem, morbum, egestatem, dolorem, non appello mala, sed, si libet, *reiectanea* (ἀποπροηγμένα)." de Finn. IV. 26, 72.

Προθεσπίζω, *praesagio*. „Προθεσπίζω igitur non ariolans sed coniectura prospiciens: *Iamque mari magno* . . . . . non multo, inquam, secus possum vaticinari." ad Att. VIII. 11, 3.

Προκοπή, *progressus in litteris*. „Tandem a Cicerone tabellarius, et mehercule litterae πεπινωμένως scriptae: quod ipsum προκοπὴν aliquam significat." ad Att. XV. 16 A. De verbo προκόπτειν vid. Cellar. Diss. de Vigiliis et Lucubratt. Vett. §. 19. Ern.

Προλεγόμενα, *prolegomena, quae praefari solemus ante quam disputationem aliquam explicandam suscipimus*. „Veni igitur, si vir es, et disce a me προλεγομένας, quas quaeris: etsi sus Minervam." ad Fam. IX. 18, 3.

Πρόληψις, *notio*, *anticipatio*, *praenotio*. „Notionem appello, quam Graeci tum ἔννοιαν, tum πρόληψιν. Ea est insita et praecepta cuiusque cognitio enodationis indigens." Top. 7, 31. (ubi est rei intelligibilis notio, Platonico more, quod Plato rerum invisibilium notiones a natura impressas animo dicebat, quae evolvantur, s. ut Cicero dicit, enodentur per definitiones. Item de notione volgari, adumbrata sensu et usu, non explicata accurate scholae modo. Ern.) — „Cetera autem (mens) similitudinibus constituit, ex quibus efficiuntur notitiae rerum, quas Graeci cum ἐννοίας, tum προλήψεις vocant." Acad. II. 10, 30. — „Quae est enim gens aut quod genus hominum, quod non habeat sine doctrina anticipationem quandam deorum? quam appellat πρόληψιν Epicurus, id est, anteceptam animo rei quandam informationem, sine qua nec intelligi quidquam nec quaeri nec disputari potest." de Nat. Deor. I. 16, 43. — „Fateamur constare illud etiam, hanc nos habere sive anticipationem, ut ante dixi, sive praenotionem deorum (sunt enim rebus novis nova ponenda nomina, ut Epicurus ipse πρόληψιν appellavit, quam antea nemo eo verbo nominarat): hanc igitur habemus, ut deos beatos et immortales putemus." de Nat. Deor. I. 17, 44 sq.

Πρόνοια, *providentia*. „Audite, inquit (Velleius), non futiles commenticiasque sententias, non opificem aedificatoremque mundi Platonis de Timaeo deum, nec anum fatidicam Stoicorum πρόνοιαν, quam Latine licet *providentiam* dicere" cet. de Nat. Deor. I. 8, 18. cf. I. 8, 20. I. 9, 22. — „Talis igitur mens mundi cum sit ob eamque causam vel prudentia vel providentia appellari recte possit (Graece enim πρόνοια dicitur), haec potissimum providet et in his maxime est occupata, primum ut mundus quam aptissimus sit ad permanendum, deinde ut nulla re egeat, maxime autem ut in eo eximia pulchritudo sit atque omnis ornatus." de Nat. Deor. II. 22, 58. — „A te ipso hesterno die dictum est, anum fatidicam πρόνοιαν a Stoicis induci,

id est, providentiam." de Nat. Deor. II. 29, 73. Conf. de Nat. Deor. II. 64, 160.

Προοικονομεῖν, *praestruere*, *praemoliri*. „Hic προῳκονομησάμην quiddam εὐκαίρως de iis, quae in Sestium apparabantur crimina et eum ornavi veris laudibus, magno assensu omnium." ad Q. fr. II. 3, 6. Conf. Victor. Varr. Lectt. 35, 4.

Προοίμιον, *principium*. „Exordiorum duo sunt genera, principium, quod Graece προοίμιον appellatur, et insinuatio, quae ἔφοδος nominatur. Principium est, cum statim auditoris animum nobis idoneum reddimus ad audiendum." ad Herenn. I. 4, 6.

Πρόπλασμα, *periculum elaborandi operis*, *rudis informatio operis; specimen*, *ex quo de toto opere*, *quale futurum sit*, *iudicari potest*. Hirtii epistola „mihi quasi πρόπλασμα videtur eius vituperationis, quam Caesar scripsit de Catone." ad Att. XII. 41, 4. Nos dicimus *ein Modell*. *Formam* operis dicit Cicero in epp. ad Fam. [II. 8.] Inprimis statuariorum proprium est. Ern.

Προπύλαιον, *vestibulum*. „Audio Appium προπύλαιον Eleusine facere." ad Att. VI. 1, 26.

Πρόπυλον, *vestibulum*. „Me tamen de Academiae προπύλῳ iubes cogitare, cum iam Appius de Eleusine non cogitet." ad Att. VI. 6, 2.

Προσανατρεφόμενος, *recreatus*, proprie de eo, qui post morbum corpus recipit. „Appius cum ἐξ ἀφαιρέσεως provinciam curarit, sanguinem miserit, quidquid potuit detraxerit, mihi tradiderit enectam, προσανατρεφομένην eam a me non libenter videt." ad Att. VI. 1, 2. Vid. Ἐξ ἀφαιρέσεως.

Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δέ — *ab anteriore parte leo*, *a tergo vero* — „Quod de Quinti fratris epistola scribis, ad me quoque fuit Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δέ — quid dicam nescio." ad Att. II. 16, 4. Homericus versus integer sic habet: πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα, *ante leo*, *a tergoque draco*, *medio ipsa capella*. Chimaerae descriptio ex Iliad. ζ, 181.

*Πρὸς ἴσον ὅμοιον*que, *ad aequalem similemque*. „Nec mehercule scripsi aliter ac si πρὸς ἴσον ὅμοιονque scriberem." ad Att. XIII. 51, 1.

Πρόσληψις, *assumptio*. „Sed demus tibi istas duas sumptiones, ea, quae λήμματα appellant dialectici; sed nos Latine loqui malumus: assumptio tamen, quam πρόσληψιν iidem vocant, non dabitur." de Divin. II. 53, 108.

Πρόσνευσις, *assensus*. „Hic quoque πρόσνευσιν sustulisti." ad Att. V. 4, 2.

Προσπάσχω. Vid. Τῷ καλῷ.

Πρὸς ταῦθ' ὅ τι χρὴ καὶ παλαμάσθων, Καὶ πᾶν ἐπ' ἐμοὶ τεκταινέσθων· Τὸ γὰρ εὖ μετ' ἐμοῦ. Adversus hoc, *quod oportet et decet facere*, *et machinentur et struant quidvis in me: iustitia enim a me stat.* ad Att. VIII. 8, 2. Verba sunt Aristophanis Acharnensibus v. 659. sed paullum mutata, quod tamen negat Victorius, qui

P.

psit ad me ante: et prima sic, ut neget se ne Graeca quidem meliora legisse. Reliqua ad quendam locum ῥαθυμότερα. Hoc enim utitur verbo." ad Q. fr. II. 16, 5.

Ῥητορεύουσιν, *declamitant quasi rhetorum more.* „Equidem etiam pluvias metuo, si prognostica nostra vera sunt. Ranae enim ῥητορεύουσιν." ad Att. XV. 16 B.

Ῥήτωρ, *orator, eloquens.* „Graece ab eloquendo ῥήτωρ et Latine *eloquens* dictus est." Orator 19, 61.

Ῥίψαι Πολλὰ μάτην κεράεσσιν ἐς ἠέρα θυμήναντα, *cum fureret, multa frustra cornibus in aërem proruens s. frustra cornua iactantem, aëra cornibus verberantem.* ad Att. VIII. 5, 1. Versus poëtae non constat cuius. Viri docti ad h. l. laudarunt Virgilianum illud ex Georg. III. v. 233. 234. Ern. Conf. Eurip. Bacch. 743: ταῦροι δ' ὑβρισταὶ κεἰς κέρας θυμούμενοι.

Ῥοιζόθεμις, *lis et tumultuosa controversia.* „Sed, ut scribis, ῥοιζόθεμιν magnam cum Antonio." ad Att. XIV. 10, 3.

Ῥοπή, *momentum, inclinatio.* „Magna ῥοπὴ ad proficiscendum in tuis litteris." ad Att. XVI. 5, 4.

Ῥυθμός, *numerus oratorius.* „Quidquid est enim, quod sub aurium mensuram aliquam cadit, etiam si abest a versu (nam id quidem orationis est vitium), numerus vocatur, qui Graece ῥυθμὸς dicitur." Orator 20, 67. — „Habet nomen invidiam, cum in oratione iudiciali et forensi numerus (Graece ῥυθμός) inesse dicitur." Orator 51, 170.

Ῥωπογραφία, *descriptio, pictura cum virgultorum et plantarum virentium repraesentatione.* „Et tamen haec ῥωπογραφία ripulae videtur habitura celerem satietatem." ad Att. XV, 16 B. Salmasius ad Solin. p. 739: *Ῥωποπώλην Graeci vocarunt, qui omnia id genus promercalia haberet, quae medicis, tinctoribus, pictoribus et myrepsis conducerent. Nam ῥωπὸν eiusmodi merces omnes mixtas ac minutas appellabant.* Hesychius: ῥωπός, ὁ λεπτὸς φόρτος, ὅσα ζωγράφοις, βαφεῦσι, μυρεψοῖς χρησιμεύει. Idem ad Spartiani Hadrianum p. 88 b: *Qui belluas, arbores, homines, antra, portus et alia id genus variaque et minuta opere topiario exprimebant,* ῥωπογράφοι *volgo dicebantur. Nam* ῥωπὸς *est varia et minuta merces. Hinc* ῥωπογραφία *ripulae apud Ciceronem in epistola ad Atticum L. XV. ep. 16. Quam vocem volgo deducunt* ἀπὸ τῶν ῥωπῶν, *i. e. a virgultis, omnino male, cum* ἀπὸ ῥωποῦ *facta sit. Hinc* ῥωπικὸν *etiam* ἀντὶ τοῦ ὡραίου *Graeci ponunt, quod varietate ipsa pulchrum est. Hinc* ῥωπογράφος *pictor ille dictus apud Plinium, quod humilia tantum pingeret, ut asellos, obsonia et similia,* ῥωπικά. — — ῥωπογραφία *opponitur* μεγαλογραφία, *quae in rebus magnis et nobilibus exprimendis versatur, ut sunt deorum simulacra, aedes, heroes, bellorum historiae cet.* cf. I. Gronov. ad Cic. l. c. Hinc intelligitur, quid sit ῥωπογραφία ripulae, scilicet descriptio ripae, virgultorum, graminis, florum in ripa. Virgilius de poëta Ecl. IX. 19:

Quis humum florentibus herbis
Spargeret aut viridi fontes induceret umbra?

Idem Ecl. VI. 62:

Dum Phaëtontiades musco circumdat amarae
Corticis, atque solo proceras erigit alnos.

Hae sunt ῥωπογραφίαι, et ripulae adeo: *viridi fontes induceret umbra*: cuiusmodi descriptionibus pleni sunt poëtae. Ern.

Σ.

Σαλακώνισμα. „Altera epistola de Madaro scripta, apud quem nullum *σαλακώνισμα* (volgo *φαλάκρωμα*), ut putas." ad Att. XIV. 2, 2. *Σαλακώνισμα* debetur I. F. Gronovio, cuius adnotatio ad h. l. haec est: Editio P. Victorii quoque prae se fert *φαλάκρωμα*. *Σαλάκωμα*, quod est in Mss., ferri non potest. *Σαλάκων* quidem Hesychio est *πτωχὸς ἀλαζών*, qui *ostentator pecuniosus* auctori ad Herenn. IV. 50, 63. dicitur. Sed hinc non potest derivari *σαλάκωμα*. Verum a *σαλάκων* descendit *σαλακωνία* et *σαλακωνίζειν* et *σαλακωνεία*. Ergo *σαλακωνία* vel *σαλακώνισμα* legendum. Hesychius: *Σαλακωνία ἡ ἐν πενίᾳ ἀλαζονεία.* Menander ad Glyceram (p. 343. ed. Meinek.): *Οἶσθα γάρ μου τὰς συνήθεις ἀσθενείας, ἅς οἱ μὴ φιλοῦντές με τρυφὰς καὶ σαλακωνίας καλεῖν εἰώθασι. Nosti meas consuetas infirmitates, quas qui non amant me delicias et ostentationes vocare consueverunt.* Est autem *apud quem nulla σαλακωνία*, apud quem non exceptus sum molliter et luxuriose, ut ab ostentatore pecuniae et lautitiarum, quemadmodum tu existimas. — Conf. s. v. *Φαλάκρωμα.*

Σεμνότερός τις καὶ πολιτικώτερος, gravior auctoritateque pollentior et rebus civilibus tractandis accommodatior. „Fuit enim mihi commodum, quod in eis orationibus, quae Philippicae nominantur, enituerat civis ille tuus Demosthenes, et quod se ab hoc refractariolo iudiciali dicendi genere abiunxerat, ut *σεμνότερός τις καὶ πολιτικώτερος* videretur, curare, ut meae quoque essent orationes, quae consulares nominarentur." ad Att. II. 1, 3.

Σῆμα δέ τοι ἐρέω, Signum autem tibi dicam. ad Att. IV. 15, 7.

Σηστιωδέστερον, magis Sestii more. „Itaque nihil unquam legi scriptum *σηστιωδέστερον.*" ad Att. VII. 17, 2. h. e. magis insulsum et frigidum, ut facile ex ipso loco intelligi potest. Conf. ad Fam. VII. 32, 1: „Ais enim, ut ego discesserim, omnia omnium dicta, in his etiam *Sestiana*, in me conferri."

Σίλλυβοι, indices. „Iis imperes, ut sumant membranulam, ex qua indices fiant, quos vos Graeci, ut opinor, *σιλλύβους* appellatis." ad Att. IV. 4 b, 1. ubi falso legebatur *σύλλαβοι*, nisi quod ep. 5. et 8. legitur *sittybae*, *σιττύβαι*. [His quoque locis nunc recte scribitur, scilicet: „Bibliothecam mihi tui pinxerunt constructione et *sillybis.*" ad Att. IV. 5, 3. — „Nihil venustius quam illa tua pegmata, postquam mi *sillybis* libros illustrarunt." ad Att. IV. 8a, 2.] Qui sint *σίλλυβοι*, ipse docet Cicero, nempe *membranulae, ex quibus*

indices fiant. Ioa. Scaliger et Vossius ad Catull. p. 22. legi volebant *σιττύβους*. nam hoc esse ep. 5. et octava putabant. Sed Graevius recte vidit, *σιττύβους* esse ab his locis alienos non minus quam *σιττύβας*. *σιττύβους* esse *ollas* auctore Polluce, *σιττύβας* autem *vestes pelliceas* auctore Hesychio. Pelliceas enim vestes involvendis libris accommodatas esse, non titulis librorum. Itaque pro *συλλάβους* legit *σιλλύβους*, et *sillybis* pro *sittybis*. Hesychius *σίλλυβον* interpretatur *τὸ τῶν βιβλίων δέρμα*. Huiusmodi tituli, quibus auctorum nomina inscribebantur, et qui libris agglutinabantur, quemadmodum etiam hodie elegantiores libris suis huiusmodi membranulas agglutinandas a bibliopegis curant, quibus libri auctor et titulus aureis litteris inuritur: cuiusmodi tituli etiam *πιττάκια* dicuntur. de *σιλλύβοις* v. Salmas. ad Capitolini Pertin. pag. 549 b. Haec Graevius. Ceterum facile intelligi potest, unde haec mutatio orta sit. Ex *sillybis* facilis mutatio in *sittybis*. Ex *σιλλύβους* autem manifestum est librarios fecisse *συλλάβους*, deceptos voce *indices*. Nam *indices* eos, quos volgo vocamus, h. e. *Catalogus*, *Register*, *συλλάβους* dici posse, notissimum est. De his dici putabant, neque intelligebant, de longe aliis indicibus, h. e. de iis, qui indicarent libri auctorem atque adeo inscriptionem et argumentum, sermonem esse. Erat praeterea ignota iis vox *σίλλυβος*, ut corruptam lectionem et in *συλλάβους* mutandam censerent. Ern.

Σκάφος, *navigium*. ad Att. VII. 3, 5.

Σκέμμα magnum, ***res magna consideratione digna***, ***etiam atque etiam consideranda***. „Ego quid agam, *σκέμμα* magnum." ad Att. VII. 21, 3.

Σκέψαι, ***considera***. ad Att. XII. 3, 2.

Σκήπτομαι, ***tergiversor***, ***moras necto excusando***, ***dubitando***. „Ille urget: ego autem *σκήπτομαι*." ad Att. XVI. 9.

Σκήψεις, ***excusationes***. „Sed ut ad prima illa redeam, nihil ego illa impudentius, astutius, lentius vidi: libertum mitto: Tito mandavi: *σκήψεις* atque *ἀναβολαί*." ad Att. I. 12, 1.

Σκιαμαχίαι, ***umbratiles pugnae***, ***simulacra pugnarum***. „Tantam spem attulerat exploratae victoriae tua praeclara Mutinâ eruptio, fuga Antonii conciso exercitu, ut omnium animi relaxati sint meaeque illae vehementes contentiones tamquam *σκιαμαχίαι* esse videantur." ad Fam. XI. 14, 1.

Σκολιά, ***obliqua***, ***tortuosa***, h. e. fraudes, doli, simulationes. „*Σκολιὰ* tibi video placere." ad Att. XIII. 39, 1.

Σκολιᾶς ἀπάτας. ad Att. XIII. 41, 1. Vid. *Πότερον δίκας κτλ.*

Σκοπός, ***scopus***, ***ultimum***, ***finis***. „*Σκοπὸς* est, ut suspicor, illis qui tenent, nullam cuiquam largitionem relinquere." ad Att. II. 18, 1. — „Neutri *σκοπὸς* est ille, ut nos beati simus; uterque regnare volt." ad Att. VIII. 11, 2. — ad Att. XV. 29, 2.

Σκοτεινός, ***tenebrosus***. Cognomen Heracliti, „qui *σκοτεινὸς* perhibetur, quia de natura nimis obscure memoravit." de Finn. II. 5, 15.

Augustus Matthiae Telephi Euripideae fragmentum vicesimum tertium esse voluit hos versus a Stobaeo XXXVII. p. 226. servatos:

Σπάρτην ἔλαχες· κείνην κόσμει.
Τὰς δὲ Μυκήνας ἡμεῖς ἰδίᾳ.

quos quidem versus Agamemnonem Mycenarum *κοσμήτορα*, cum Menelao fratre qui Spartam a socero traditam acceperat rixantem, dixisse coniicio, cum Graeci Troiam petituri proelio in Mysia facto in Graeciam rediissent atque Telephus, qui in illo proelio ab Achille volneratus erat, ut sanaretur Mycenas venisset. — Euripidis nomine non addito verba *Σπάρταν ἔλαχες, κείνην κόσμει* a multis scriptoribus repetita sunt, ita ut fere proverbii instar essent. Plutarchus *π. εὐθυμίας* p. 472. D: *οὐδὲ γὰρ οἱ δρομεῖς ὅτι μὴ τοὺς τῶν παλαιστῶν φέρονται στεφάνους ἀθυμοῦσιν, ἀλλὰ τοῖς αὐτῶν ἀγάλλονται καὶ χαίρουσι· Σπάρταν ἔλαχες, ταύταν κόσμει.* idem *π. φυγῆς* p. 602. B: *ἂν γὰρ σκοπῇς ἄνευ κενῆς δόξης τὴν ἀλήθειαν, ὁμοίαν* (l. *ὁ μέν τινα*) *πόλιν ἔχων ξένος ἐστὶ τῶν ἄλλων ἁπασῶν καὶ ἀλλότριος· οὐ γὰρ δοκεῖ καλὸν οὐδὲ δίκαιον εἶναι καταλιπόντα τὴν ἑαυτοῦ ἑτέραν* (add. s. *ἔχειν* s. *οἰκεῖν*). *Σπάρταν ἔλαχες, ταύτην κόσμει.* — Cic. ad Att. IV. 6. et I. ult. — Suidas s. v. *κόσμει· ἐπιμελοῦ. κόσμει ἂν ἔλαχες Σπάρταν.* addit locum quem esse Synesii epist. C. p. 239. Kusterus indicavit. Diogenianus proverb. VIII. 16: *Σπάρταν ἔλαχες, κείναν κόσμει· δῆλον.* VIII. 46.: *τίς πατέρ' αἰνήσει, εἰ μὴ κακοδαίμονα τέκνα; ἐπὶ τῶν προγονικὰ ἀνδραγαθήματα ἀπορίᾳ ἰδίᾳ προσφερόντων* (l. *προφ.*)*· ὁμοία τῇ κατὰ σαυτὸν ἔλαυνε καὶ ἣν ἔλαχες Σπάρταν κόσμει. παραινεῖ γὰρ μὴ τοῖς ὑπὲρ ἀξίαν ἐπιπηδᾷν.* Theodorus Metochita p. 17. ed. Kiessl.: *ἀνάγκην ταύτην ἔχομεν, οὐ Σπάρταν κοσμεῖν κατὰ τὴν παροιμίαν ἂν ἐλάχομεν, ἀλλὰ τύχην μάλιστα φέρειν.* His testimoniis collatis vix puto dubitari posse, quin Euripides scripserit:

Σπάρταν ἔλαχες, ταύταν κόσμει.

Postea elegantiarum venatores male seduli vocabulo quod est *Sparta* fere pro eo quod est *partes* utuntur, ita ut dicant: *Spartam suam tueri, hanc alii Spartam relinquere, Spartas distribuere.* — Licebit hic addere fragmentum Telephi ab Augusto Matthiae omissum, a Guilielmo Dindorfio non additum: Olympiodorus MS bibliothecae Cizensis ad Plat. Gorg. p. 521. B: *εἴ σοι Μυσόν γε ἥδιον καλεῖν* — haec adnotavit (v. Stallbaum. in ed. Goth. p. 248.): *ἡ παροιμία αὕτη ἐκ τοῦ Τηλέφου ἐστὶν Εὐριπίδου. ἐκεῖ γὰρ ἐρωτᾷ τις περὶ Τηλέφου καὶ φησι τὸ Μυσὸν Τήλεφον.* Sauppius.

Σπείσασθαι, inducias facere, pacisci. „*Σπείσασθαι* volt cum Bruto et Cassio." ad Att. XV. 29, 2. Proprie est *libare;* sed quia in foederibus *σπονδαί, libationes*, adhibebantur, propterea ipsum *foedus* et *foedus facere σπονδὴ* et *σπείσασθαι* dicitur. Ern.

Σπονδειάζων, versus spondaicus, h. e. quinta sede spondeum habens pro dactylo. „Hunc *σπονδειάζοντα* (*flavit ab Epiro lenissimus Onchesmites*) si cui voles *τῶν νεωτέρων* pro tuo vendita." ad Att. VII. 2, 1.

Σπουδάζειν, ***serio, de rebus seriis, agere.*** „Longior autem (epistola fuisset), si *φλύαρον* aliquem habuisset: nam *σπουδάζειν* sine periculo vix possumus." ad Fam. XV. 18.

Σπουδαῖον οὐδέν, ***serium nihil***, aut quod alicuius pretii sit, ut de re publica. „*Σπουδαῖον οὐδὲν* in sermone, *φιλόλογα* multa." ad Att. XIII. 52, 2.

Σπουδαιότερον, ***gravius et magis serium.*** „Quam vereor, ne quid fuerit *σπουδαιότερον* in iis (litteris), quas non accepi, quibus rescribi vis!" ad Att. V. 3, 2.

Σπουδή, ***studium, propensa voluntas.*** „Tergiversari nolui, ne mea nimia *σπουδὴ* auspicionem ei aliquam importaret." ad Fam. XVI. 21, 6. — „Nec mihi in hac quidem re quidquam magis ut vellem accidere potuit, quam quod *σπουδὴ* nostra non est probata." ad Att. XIII. 27, 1.

Στάσις, ***status.*** „Refutatio autem accusationis, in qua depulsio criminis, quae Graece *στάσις* dicitur, Latine appelletur *status*: in quo primum insistit quasi ad repugnandum congressa defensio." Top. 25, 93. Proprie est gladiatoris ad pugnandum vel repugnandum se praeparantis et consistentis apte ad pugnandum. Dicitur etiam gradus, unde de statu et de gradu deiicere dicitur. Ern.

Στερέμνια, ***solida, firma.*** „Docet (Epicurus) eam esse vim et naturam — deorum, ut primum non sensu, sed mente cernatur, nec soliditate quadam, nec ad numerum, ut ea, quae ille propter firmitatem *στερέμνια* appellat, sed imaginibus, similitudine et transitione perceptia." de Nat. Deor. I. 19, 49.

Στερητικά, ***privantia.*** „Sunt enim alia contraria, quae privantia licet appellemus Latine, Graeci appellant *στερητικά*." Top. 11, 48.

Στερκτέον, ***probandum, aequi bonique consulendum.*** „Quod evenerit igitur et quod egeris, id *στερκτέον* putabo." ad Att. IX. 10, 7.

Στεφάνη, ***corona.*** „Parmenides quidem commenticium quiddam *coronae* similitudine efficit: *Stephanen* appellat, continente ardore lucis orbem, qui cingat caelum, quem appellat deum." de Nat. Deor. I. 11, 28.

Στίλβων (***fulgens***), ***stella Mercurii.*** „Infra autem hanc stella Mercurii est: ea *στίλβων* appellatur a Graecis." de Nat. Deor. II. 20, 53.

Στοργή, ***amor, pietas.*** „Sit *στοργῆς* licet summa *σύντηξις*, tamen nos recte facere et bene audire volt." ad Att. X. 8, 9.

Στρατήγημα, ***consilium imperatorium, strategema.*** „Consilium illud imperatorium fuit, quod Graeci *στρατήγημα* appellant." de Nat. Deor. II. 6, 15.

Στρατύλλαξ, ***imperatorculus***, per contemptum de Antonio. „Leptae litterarum exemplum tibi misi; ex quo mihi videtur *στρατύλλαξ* ille deiectus de gradu." ad Att. XVI. 15, 3.

Σύγγραμμα, ***liber.*** „Habeo volumen prooemiorum. Ex eo eligere soleo, cum aliquod *σύγγραμμα* institui." ad Att. XVI. 6, 4. *Σύγγραμμα* est scriptum quodcunque et ex quoque genere. Nam

etsi, ut *συγγραφεύς*, saepius de historicis quam aliis scriptoribus, sic *σύγγραμμα* de historicis libris dicitur, tamen utrumque de omni genere reperitur. Ern.

Συγκατάθεσις, *assensio*, *approbatio*. „Nunc de assensione atque approbatione, quam Graeci *συγκατάθεσιν* vocant, pauca dicemus." Acad. II. 12, 37.

Συγκύρημα, *casus*. ad Att. II. 12, 2.

Σύγχυσις, *confusio*. „Admiratus sum — *σύγχυσιν* litterularum, quae solent tuae compositissimae et clarissimae esse." ad Att. VI. 9, 1.

Σύγχυσις τῆς πολιτείας, *confusio rei publicae*. „Sic enim existimat, si ille vel dimisso exercitu consul factus sit, *σύγχυσιν τῆς πολιτείας* fore." ad Att. VII. 8, 4.

Σὺ δὲ δή τι σύννους; *Tu vero quid es cogitabundus?* „Venit ille ad me, *καὶ μάλα κατηφής*· et ego, *σὺ δὲ δή τι σύννους*;" ad Att. XIII. 42, 1. Videtur esse initium senarii. Ern.

Συζήτησις, *mutua quaestio*, *disputatio*. „Non est enim seiunctus iocus a *φιλολογίᾳ* et quotidiana *συζητήσει*." ad Fam. XVI. 21, 4.

Συζυγία, *coniugatio*. „Coniugata dicuntur, quae sunt ex verbis generis eiusdem. — — Haec verborum coniugatio *συζυγία* dicitur, ex qua huiusmodi est argumentum: Si compascuus ager est, ius est compascere." Top. 3, 12. — „Primus est locus ex coniugatione, quam Graeci *συζυγίαν* vocant, — — ut, si aquam pluviam eam modo intelligeremus, quam imbri collectam videremus, veniret Mucius, qui, quia coniugata verba essent pluvia et pluendo, diceret, omnem aquam oportere arceri, quae pluendo crevisset." Top. 9, 38.

Σύκῳ, μὰ τὴν Δήμητρα, σῦκον οὐδὲ ἓν
Οὕτως ὅμοιον γέγονεν.
Ficui, *per Cererem*, *ficus nulla umquam tam similis fuit*. ad Att. IV. 8b, 2. Senarius cum dimidio Comici nescio cuius. Ern.

Σύλλαβοι. Vid. *Σίλλυβοι*.

Σύλλογος, *conventus*. „Is (Postumius) autem est, qui cum Lucullo fuit; quem tu mihi addidisti sane ad illum *σύλλογον* personam idoneam." ad Att. XIII. 32, 3. Conf. s. v. *Πολιτικὸς σύλλογος*.

Συμβίωσις, *convictus*. „Intelligis profecto, in quo maxime posita sit *συμβίωσις*." ad Att. XIII. 23, 1.

Συμβιωτής, *convictor*, *conviva*. „Suavissimum *συμβιωτὴν* nostrum praestabo integellum." ad Fam. IX. 10, 2.

Σύμβολον, *nota*. „Hoc idem Aristoteles *σύμβολον* appellat, quod Latine est nota." Top. 8, 35.

Συμβουλευτικός scil. *λόγος*, *suasio*. „*Συμβουλευτικὸν* saepe conor: nihil reperio: et quidem mecum habeo et *Ἀριστοτέλους* et *Θεοπόμπου πρὸς Ἀλέξανδρον*: sed quid simile?" ad Att. XII. 40, 2.

Σύμμετρος. Vid. *Περίπατος*.

Συμπάθεια, *animi commotio ex commiseratione*, *doloris consensus*. „Valde mehercule mihi gratum, si Eutychides tuam erga me benevolentiam cognoscet et suam illam in meo dolore *συμπάθειαν* neque tum mihi obscuram neque post ingratam fuisse." ad Att. IV.

qui negat eam Ciceronem tam rustice improbaturum fuisse. Sed in primis repugnat verbum *actam:* quod indicat, huic fabulae, de qua dicitur, Quintum interfuisse. Itaque Manutius putat, capienda verba esse de convivio, perquam simili convivio in fabula aliqua Sophoclis, cui interfuerit Quintus, et in quo quid sibi acciderit, commemorarit fratri. Sed huiusmodi convivium non aptum videtur Sophocleae tragoediae. Mihi in mentem venerunt σοφοκλεῖς Pliniani Ep. II. 16. *laudicoeni*, parasiti, qui coenulae causa quamvis indignos laudant, et ab iis acta et dicta omnia σοφῶς dicta et acta clamant. v. auctores laudatos Intt. ad Plinium. Fuisse ergo videtur in convivio, in eoque habuisse συνδείπνους parasitos, aut parasiticis certe moribus. Hos quemadmodum, quam lepide et festive vexarit, commemoraverat fratri. Itaque fatendum esse respondet, lepide ab eo actam illam fabulam (frequentes enim occurrunt in Comicorum fabulis parasiti), sed rem sibi nihilo minus non probari, velle se, factum non esse aut dictum, quod factum dictumque acripaisset. Ern. Vera lectio est Σύνδειπνοι Σοφοκλέους; et hoc drama non fuit Tragoedia sed fabula Satyrica. Res ipsa manet obscura, quia quid inter Quintum et convivas eius actum fuerit prorsus ignoramus. S. Conf. G. Dindorf ad Fragm. Sophoclis p. 35.

Συνδιημερεύομεν, *simul diem conterimus*. ad Att. VIII. 9, 3.

Συνηγωνίων. Vid. Συναγωνιᾶν.

Σὺν θεῷ τοι λέγω, *diis iuvantibus dico*. ad Att. X. 10, 3. Manutius haec distinguit sic: σὺν θεῷ. Τοὶ λέγω, ut illa cum superioribus coniungantur, hoc sit: *tibi dico*. Doricum illud τοι arguit esse particulam noti tum versiculi. Ern.

Σύνναος, contubernalis. „Eum (Caesarem) σύνναον Quirino malo quam Saluti." ad Att. XII. 45, 3. Conf. ad Att. XIII. 28, 3: „Quid? tu hunc de pompa, Quirini *contubernalem*, his nostris moderatis epistolis laetaturum putas?" — Dii σύνναοι aunt, qui templo communi coluntur, similes diis παρέδροις, de quibus diis παρέδροις, assessoribus s. contubernalibus, est doctus libellus Cl. Arnaldi. Sunt etiam σύμβωμοι. v. Spanhem. de usu et praest. Num. Diss. X. p. 130. Dicti Ciceroniani, quo Caesarem mavolt Quirini — quam Salutis — σύνναον, haec vis est: malle se Caesarem propter tyrannidem, ut Romulum propter severiora imperia, interfici, quam salvum diu esse. Ern.

Συννοσεῖν, *una aegrotare*. „Cura, amabo te, Ciceronem nostrum: ei nos συννοσεῖν videmur." ad Att. II. 2, 1. Ante Schützium legebatur θεῖοι: quod vide.

Συνοδία, *coniunctio in via*, *societas itineris*. „Si vir esse volet, praeclara συνοδία: sin autem — erimus nos qui solemus." ad Att. X. 7, 2.

Σύνταγμα, *opus*, *compositio*. „Illud nunc a te peto, si eris, ut spero, otiosus, aliquod ad nos, ut intelligamus nos tibi curae esse, σύνταγμα conscribas." ad Fam. VIII. 3, 3. — „Ego hic duo magna συντάγματα absolvi." ad Att. XII. 45, 1. — „Idem σύνταγμα misi

ad te retractatius, et quidem ἀρχέτυπον ipsum crebris locis inculcatum et refectum." ad Att. XVI. 3, 1.

Σύνταξις i. q. *σύνταγμα*. „Illam *Ἀκαδημαϊκὴν σύνταξιν* totam ad Varronem traduximus." ad Att. XIII. 16, 1. — „His litteris scriptis me ad *συντάξεις* dedi." ad Att. XV. 14, 4.

Σύν τε δύ' ἐρχομένω. Supplendum ex Homeri Iliad. κ, 224. *καί τε πρὸ ὃ τοῦ ἐνόησεν Ὅππως κέρδος ἔῃ*. *Duobus simul euntibus alter alterum praevertit cogitando quod e re sit*. ad Att. IX. 6, 6. — „Volebam prope alicubi esse te, si quid bonae salutis, *σύν τε δύ' ἐρχομένω*." ad Fam. IX. 7, 1.

Σύντηξις, *arcta animorum coniunctio et quasi conglutinatio*. „Sit *στοργῆς* licet summa *σύντηξις*, tamen nos recte facere et bene audire volt." ad Att. X. 8, 9.

Σύντομα, *compendiose*, *paucis*. ad Att. VII. 3, 5.

Σφαῖρα, *globus*. „Cum duae formae praestantes sint, ex solidis globus (sic enim *σφαῖραν* interpretari placet), ex planis autem circulus aut orbis, qui *κύκλος* Graece dicitur: his duabus formis contingit solis, ut omnes earum partes sint inter se simillimae a medioque tantum absit extremum, quantum idem a summo: quo nihil fieri potest aptius." de Nat. Deor. II. 18, 47.

Σφαιροειδές, *globosum*. „A quo animante omnes reliquos contineri vellet animantes, hunc ea forma figuravit, qua una omnes reliquae formae concluduntur: et globosum est fabricatus, quod *σφαιροειδὲς* Graeci vocant: cuius omnis extremitas paribus a medio radiis attingitur." Tim. c. 6.

Σφάλμα, *erratum*, *lapsus*. „In quo si quod *σφάλμα*, vides, quam turpe sit." ad Att. X. 12, 5.

Σχεδιάζειν, *scribere*, *quod subito in mentem venit*. „*Οἰκονομία* si perturbatior est, tibi assignato: te enim sequor *σχεδιάζοντα*." ad Att. VI. 1, 11.

Σχεδίασμα, *subitum consilium*, *res non satis cogitate suscepta*. „Potest totum esse *σχεδίασμα*: et nimirum ita est." ad Att. XV. 19, 2.

Σχήματα, *gestus quasi orationis*, *sententiarum orationisque formae*, *sive verborum et sententiarum lumina*, *ornamenta*. „Illam autem concinnitatem, quae verborum collocationem illuminat iis luminibus, quae Graeci quasi aliquos gestus orationis *σχήματα* appellant (quod idem verbum ab iis etiam in sententiarum ornamenta transfertur), adhibet quidem hic subtilis, sed paulo parcius." Orator 25, 83. — Orationis quasi formae et lumina, quae (ut dixi) Graeci vocant *σχήματα*." Orator 54, 181. — Ornari orationem Graeci putant, si verborum immutationibus utantur, quos appellant *τρόπους*, et sententiarum orationisque formis, quae vocant *σχήματα*." Brut. 17, 69. — „*Σχήματα* enim quae vocant Graeci, ea maxime ornant orationem, eaque non tam in verbis pingendis habent pondus quam in illuminandis sententiis." Brut. 37, 141. — „Erant autem et verborum et sententiarum illa lumina, quae vocant Graeci *σχήματα*, qui-

bus tamquam insignibus in ornatu distinguebatur omnis oratio." Brut. 79, 275. — „At cum de ornamentis verborum sententiarumve praecipitur, quae vocant σχήματα, non fit idem." Top. 8, 34.

Σχόλιον, *scholion*, *brevis explicatio*. „Velim σχόλιον aliquod elimes ad me, oportuisse te istuc facere." ad Att. XVI. 7, 3. — „Etsi quid iam opus est σχολίῳ? Si perseverassem, opus fuisset." Ibid.

Σωκρατικῶς εἰς ἑκάτερον, *Socraticorum more in utramque partem* scil. disputare. „Venio nunc ad mensem Ianuarium et ad ὑπόστασιν nostram ac πολιτείαν: in qua Σωκρατικῶς εἰς ἑκάτερον, sed tamen ad extremum, ut illi solebant, τὴν ἀρέσκουσαν." ad Att. II. 3, 3.

Σῶμα, *Corpus*, i. e. collectio s. volumen orationum. „Hoc totum σῶμα (orationum) curabo ut habeas." ad Att. II. 1, 3.

Σωρείτης, *Sorites*, genus sophismatis vel captiosae interrogationis, cum quaeritur v. c. an duo tritici grana acervus sint, cumque id negatur, sensim pergitur numerando, donec aliquis qui negasset quindecim esse acervum tandem cogitur addito uno dicere, iam esse acervum. „Quemadmodum *soriti* resistas? quem si necesse sit Latino verbo liceat *acervalem* appellare, sed nihil opus est; ut enim ipsa *philosophia* et multa verba Graecorum, sic *sorites* satis Latino sermone tritus est." de Divin. II. 4, 11. — „Captiosissimo genere interrogationis utuntur, quod genus minime in philosophia probari solet, cum aliquid minutatim et gradatim additur aut demitur. *Soritas* hos vocant, quia acervum efficiunt uno addito grano." Acad. II. 16, 49. — „Venit ad *soritas*, lubricum sane et periculosum locum, quod tu modo dicebas esse vitiosum interrogandi genus. Quid ergo? istius vitii num nostra culpa est? Rerum natura nullam nobis dedit cognitionem finium, ut ulla in re statuere possimus, quatenus. Nec hoc in acervo tritici solum, unde nomen est, sed nulla omnino in re minutatim interrogati: dives pauper, clarus obscurus sit; multa pauca; magna parva; longa brevia; lata angusta: quanto aut addito aut dempto certum quod respondeamus non habemus." Acad. II. 29, 92. De Sorite exstat erudita tractatio inter Facciolati Acroases. Ern.

Σωτήρ, *Soter*. „Itaque eum (Verrem) non solum *patronum* illius insulae, sed etiam Σωτῆρα inscriptum vidi Syracusis. Hoc quantum est? Ita magnum, ut Latine uno verbo exprimi non possit. Is est nimirum *Soter* (σωτήρ), qui salutem dedit." Verr. II. 63, 154. De hoc cognomine, quod crebro in nummis Iovi, Neptuno, Aesculapio, Dioscuris, Herculi, medicis, regibus et Caesaribus tribuitur et saepe Euergetae iungitur, vid. Spanhem. de usu et praest. numism. Diss. VII. p. 416. et Diss. XII. p. 500. Verbum *Salvator*, quo Graecum commode interpretantur, Ciceronis aetate nondum usitatum fuit. De eo vid., praeter Cellar. in Lex. Fabri, Cel. Heumannum ad Sammarthani Elogia p. 239. Verum quaeri potest, cur Cicero neget, Latino uno verbo reddi posse, cum *Servator* Latine dicatur idque verbum sine dubio respondeat Graeco? Nam in numis et lapidibus, qui Graecis *Soteres* dicuntur, Latinis sunt *Servatores*. *Iupiter* quidem *Servator*

ap. Plin. XXXIV. 8. est *Iupiter* σωτήρ. Scilicet, *Servator* est σωτήρ, quatenus a malis et periculis liberat: ut Plinius loc. cit. Peucesten vocat Alexandri *Servatorem*, quia morti eripuit; non autem, quatenus σωτὴρ idem est εὐεργέτης, qui nos commodis auget et ornat. Nam *Soter* est idem, qui *Euergeta*, aut paulo plus, et interdum alterum pro altero ponitur. Sic v. c. Polyb. L. V. p. 500. commemorat, Antigonum Tutorem non solum vivum esse *Euergetam* appellatum, sed etiam *Sotera* post mortem. Adde Dion. Cass. L. LII. pag. 493., ubi Maecenas ait Patris et Soteris nomen acceptnrum Augustum ex imperio iusto, aequo, leni. Ern. Cf. etiam inscriptionem bilinguem apud Sponium Itin. Tom. III. p. 145. laudatam a Garatonio curis secund. in Plancianam p. 36 (repet. Orell. c. 19.). Zumpt.

Σώφρων, *temperans*, *moderatus*, *modestus*, *constans*, *continens*, *homo frugi*. *Σωφροσύνη*, *temperantia*, *moderatio*, *modestia*, *frugalitas*. „Veri etiam simile illud est, qui sit temperans — quem Graeci σώφρονα appellant eamque virtutem σωφροσύνην vocant, quam soleo equidem tum *temperantiam* tum *moderationem* appellare, nonnunquam etiam *modestiam*; sed haud scio an recte ea virtus *frugalitas* appellari possit, quod angustius apud Graecos valet, qui frugi homines χρησίμους appellant, id est, tantummodo utiles; at illud est latius: omnis enim abstinentia, omnis innocentia — — reliquas etiam virtutes frugalitas continet." Tusc. III. 8, 16. Conf. Tusc. IV. 16, 36.

T.

Ταγοί, *duces*. „Ergo erimus ὀπαδοί, qui ταγοὶ esse noluimus?" ad Att. IV. 6, 2.

Τὰ κατὰ μέρος, *singula quaeque*. „De Marcello scripserat ad me Cassius antea; τὰ κατὰ μέρος Servius." ad Att. XIII. 22, 2.

Τὰ κενὰ τοῦ πολέμου, *inanes terrores belli*. „Scis enim dici quaedam Πανικά, dici item τὰ κενὰ τοῦ πολέμου." ad Att. V. 20, 3.

Τὰ κεφάλαια, *capita*. „Ego autem et eius (Posidonii) librum arcessivi et ad Athenodorum Calvum scripsi, ut ad me τὰ κεφάλαια mitteret." ad Att. XVI. 11, 4.

Τὰ μὲν διδόμενα. „Me obiurgavit vetere proverbio, τὰ μὲν διδόμενα." ad Att. VI. 5, 2. ad Att. XV. 17, 1. Proverbium hoc ita expleri e Platonis Gorgia [p. 499., C. ubi vid. Heindf.] potest: τὰ μὲν διδόμενα ἀνάγκη δέχεσθαι, *quae dantur necesse est accipere*. Sic obiurgabat Philotimus Ciceronem de rationibus turbatis querentem, volebatque Ciceronem ex eo proverbio rationibus editis contentum esse. Ern.

Τὰ μὲν οὖν καθ' ἡμᾶς τάδε, *quae igitur ad nos pertinent*, *haec sunt*. ad Fam. XVI. 21, 5.

Ταξιάρχης, *ordinis dux*, *centurio*. „Anagnini sunt, Mustela ταξιάρχης et Laco, qui plurimum bibit." ad Att. XVI. 11, 3. Vid. Perizonius ad Aelian. V. H. II. 44. Spanhem. ad Iulian. Or. I. p. 256. Cave autem putes proprie Mustelam sive centurionem, sive tri-

bunum mil. dici. *Ταξιάρχης* dicitur, quia erat princeps gladiatorum Antonii, quod clarissime patet ex loco huic parallelo, Philipp. II. 41, 106. „praesertim cum duos secum Anagninos haberet, Mustelam et Laconem, quorum alter gladiatorum est princeps, alter poculorum." Ern.

Τὰ ὅλα, *tota*, *universa*. „Tu tamen vide, quid de adventu meo censeas; et *τὰ ὅλα*, cras si perspici potuerint, mane statim ut sciam." ad Att. XIII. 40, 2.

Τὰ περὶ τοῦ καθήκοντος, *quae sunt de officiis*, *libri de officiis*. „Nos hic *φιλοσοφοῦμεν* — quid enim aliud? — et *τὰ περὶ τοῦ καθήκοντος* magnifice explicamus *προσφωνοῦμεν*que Ciceroni." ad Att. XV. 13, 6. — „*Τὰ περὶ τοῦ καθήκοντος*, quatenus Panaetius, absolvi duobus: illius tres sunt." ad Att. XVI. 11, 4.

Τὰς τῶν κρατούντων. Euripidis versus (Phoeniss. 396.) integer sic habet: *τὰς τῶν κρατούντων ἀμαθίας φέρειν χρεών*, *dominantium stultitias ferre oportet*. „Sed nos tenemus praeceptum illud, *τὰς τῶν κρατούντων*." ad Att. II. 25, 1.

[*Τὰ τῶν φίλων κοινά*, *καὶ φιλίαν ἰσότητα*, *amicorum communia omnia*, *et amicitiam esse aequalitatem*. Vox Pythagorea de Legg. I. 12, 34.]

Ταυτόματον ἡμῶν. „Sed nescio an *ταυτόματον ἡμῶν*." ad Att. I. 12, 1. Versus integer sic habet: *Ταυτόματον ἡμῶν καλλίω βουλεύεται*, *casus melius quam nos consulit*. Versus Menandri, ut placet Lambino. Et sunt persimiles Menandri de casu versus et sententiae in fragmm. p. 100. 106. ed. Cler. Ern. Est versus 89. in supplemento sententiarum Menandri singularium, p. 339. ed. Meinecke.

Τέθριππα, *quadrigae*. „Nullos honores mihi nisi verborum decerni sino: statuas, fana, *τέθριππα* prohibeo." ad Att. V. 21, 7. Inter divinos honores esse quadrigas satis constat. Itaque in nummis consecratorum reperiuntur, et in aliorum quoque, interdum fornicibus impositae. v. Menkenii Diss. de Consecratione Augustorum et Augustarum e nummis. Cum ergo invaluisset, ut provinciales magistratibus divinos honores tribuerent, templaque aedificarent, etiam quadrigas aeneas marmoreasve posuerunt, vel in fastigiis templorum, ut ap. Liv. XXXV. 41., vel in fornicibus. Ern.

Τεκμηριῶδες, *signum*, *argumentum*. Hoc illi *τεκμηριῶδες* videbatur esse alienationis." ad Att. VII. 4, 2.

Τέκνον ἐμόν, οὔ τοι δέδοται πολεμήϊα ἔργα,
Ἀλλὰ σύγ' ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα λόγοιο.

Nata mea, *non tibi data sunt bellica opera*, *verum tu placida persequere munera eloquentiae*. ad Att. XIV. 13, 3. ex Homeri Il. ε, 428 sq. Pro *γάμοιο* Cicero scripsit *λόγοιο*, ut ad se accommodaret *ῥῆσιν*.

Τελικά, *ad ultimum pertinentia*. „Sequitur illa divisio, ut bonorum alia sint ad illud ultimum pertinentia (sic enim appello, quae *τελικὰ* dicuntur); alia autem efficientia, quae Graeci *ποιητικά*, alia utrumque." de Finn. III. 16, 55.

Τέλος, *summa rerum*, *finis*: quod ad nullam aliam rem, ad ipsum

autem omnia referuntur. „Sed, quaeso, quid ex ista acuta et gravi refertur ad τέλος?" ad Att. XII. 6, 1. — „Quoniam autem id est vel summum bonorum vel ultimum vel extremum (quod Graeci τέλος nominant), quod ipsum nullam ad aliam rem, ad id autem res referuntur omnes: fatendum est, summum esse bonum iucunde vivere." de Finn. I. 12, 42. — „Sentis enim, credo, me iam diu, quod τέλος Graeci dicunt, id dicere tum extremum, tum ultimum, tum summum; licebit etiam finem pro extremo aut ultimo dicere." de Finn. III. 7, 26.

Τέμπη, loca amoenissima. „Reatini me ad sua Τέμπη duxerunt." ad Att. IV. 15, 5. Vid. quae ad h. l. e Luca Holstenio affert Graevius. Ern.

Τέρας, monstrum, prodigium. „Sed hoc τέρας horribili vigilantia, celeritate, diligentia est." ad Att. VIII. 9, 4.

Τέρψις, delectatio. „Indulge valetudini tuae, cui quidem tu adhuc, dum mihi deservis, servisti non satis : ea quid postulet, non ignoras: πέψιν, ἀκοπίαν, περίπατον σύμμετρον, τέρψιν, εὐλυσίαν κοιλίας." ad Fam. XVI. 18, 1.

Τέτλαθι· κύντερον. Supple ex Homero ἔτλης. *Perfer: gravius tulisti.* ad Att. IX. 15, 3. Odyss. υ, 18:

Τέτλαθι δή, κραδίη· καὶ κύντερον ἄλλο ποτ' ἔτλης.

Τετυφῶσθαι, inani gloriolae studio duci. „Mihi crede, una me causa movet, in qua scio me τετυφῶσθαι." ad Att. XII. 25, 2. Scilicet cupit filiae monumentum in horto celebri ponere. Itaque addit : „Sed, ut facis, obsequere huic errori meo." Conf. s. v. Τὸν τῦφον κτλ. Ern.

Τεῦκρις. „Τεῦκρις illa lentum sane negotium." ad Att. I. 12, 1. — „Τεῦκρις illa lentum negotium est, sed tamen est in spe." ad Att. I. 13, 6. — „Nunc ut ad privata redeam, Τεῦκρις promissa patravit." ad Att. I. 14, 7. Ficto hoc nomine volgo C. Antonium, Ciceronis in consulatu collegam, designari putant. Sed potius videtur mulier designari, Antonii fortasse necessaria, quae pecuniam Ciceroni se soluturam promiserat ac deinde promissa patravit. S.

Τεχνολογία, tractatio artis, disputatio de praeceptis artis. ad Att. IV. 16, 3.

Τηλέπυλος Λαιστρυγονίη, Telepylus, urbs Laestrygonia. „Si vero in hanc Τηλέπυλον veneris Λαιστρυγονίην — Formias dico." ad Att. II. 13, 2. Formias intelligit, antiquissimam Laestrygonum sedem. Plin. H. N. III. 5. Graevius laudavit Cluver. Ital. Antiq. III. 10. Ern.

Τὴν ἀρέσκουσαν, eam, quae (nobis) *placet,* scil. *exponemus.* „Venio nunc ad mensem Ianuarium et ad ὑπόστασιν nostram ac πολιτείαν: in qua Σωκρατικῶς εἰς ἑκάτερον, sed tamen ad extremum, ut illi solebant, τὴν ἀρέσκουσαν." ad Att. II. 3, 3.

Τὴν ἔσω γραμμήν, interiorem lineam. „De eo, quod me mones, ut et πολιτικῶς me geram et τὴν ἔσω γραμμὴν teneam, ita faciam." ad Att. IV. 8b, 4. A stadio ducta dicendi ratio, in quo duae lineae, altera, a qua incipit cursus, altera, in qua desinit; v.

Salmas. ad Solin. p. 647b. et alii, quos laudat Graevius. *Interiorem lineam* ergo *tenere*, idem est ac *medium tenere*. Ern.

Τὴν θεῶν μεγίστην ὥστ᾽ ἔχειν τυραννίδα, **ut tyrannide potiatur**, *quae inter deos maxima*; *ut regno potiatur, quo nil maius inter deos ipsos*. ad Att. VII. 11, 1. Est senarius in Eurip. Phoeniss. 509. Lambinus delebat *τήν*, scil. metri causa. Sed *θεῶν* contraete pronuntiandum. Ern.

Τὴν παροῦσαν κατάστασιν τυπωδῶς, **praesentem rei publicae statum summatim** scil. *mihi describas*. ad Att. IV. 13, 2.

Τῆς δάμαρτός μου ὁ ἀπελεύθερος (οἶσθα ὃν λέγω) ἔδοξέ μοι πρώην ἐξ ὧν ἀλογευόμενος παρεφθέγγετο, πεφυρακέναι τὰς ψήφους ἐκ τῆς ὠνῆς τῶν ὑπαρχόντων τοῦ Κροτωνιάτου τυραννοκτόνου. δέδοικα δὴ μή τι νοήσῃς. εἰς δή που τοῦτο δὴ περισκεψάμενος τὰ λοιπὰ ἐξασφάλισαι. **Uxoris meae libertus** (*nosti quem dico*) **visus est mihi dudum e verbis**, *quae inconsiderate effutiebat*, **turbasse calculos ex coëmptione** *bonorum Crotoniatae tyrannicidae* (i. e. Milonis, qui Clodium interfecit): *timeo ne quid senseris*. **Unus nimirum hoc ubi consideraveris**, *reliqua in tuto pone*. ad Att. IV. 4, 3. Vid. s. v. *Φυράτης*. In ultimis *δέδοικα δὴ* Sophoclis aliquid reperisse se putat et corrigit Valckenarius V. C. in Diatr. de fragmentis Eurip. p. 193. Ern.

Τῆς δ᾽ ἀρετῆς ἱδρῶτα, suppl. *θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν Ἀθάνατοι*, *ante virtutem sudorem dii posuerunt* **immortales**. ad Fam. VI. 18, 5. Versus Hesiodi Opp. et Dier. 289.

Τῆς ξυνωρὸρου τῆς ἐμῆς οὐξελεύθερος ἔδοξέ μοι, θαμὰ βατταρίζων καὶ ἀλύων τοῖς ξυλλόγοις καὶ ταῖς λέσχαις, ὑπό τι πεφυρακέναι τὰς ψήφους ἐν τοῖς ὑπάρχουσι τοῖς τοῦ Κροτωνιάτου. **Uxoris meae libertus visus est mihi**, *saepe garriens et errans* **in conciliabulis et circulis**, *quodammodo conturbasse rationes in* **bonis Crotoniatae**. ad Att. VI. 5, 1. Crotoniatam appellat Milonem interfectorem Clodii a celebri illo propter vires corporis Milone Crotoniata. Ern.

Τί γὰρ αὐτῷ μέλει; **Quid enim illi curae est?** ad Att. XII. 2, 2.

Τί λοιπόν; *quid reliquum?* ad Att. VI. 1, 20.

Τιμή, *honor*. „Vereor ne minorem *τιμὴν* habere videatur ἔκτροπος." ad Att. XII. 12, 1.

Τίς δ᾽ ἐστι δοῦλος τοῦ θανεῖν ἄφροντις ὤν; **Quisnam est servus**, *qui mortem non curet, non timeat?* ad Att. IX. 2 A, 2. Euripidis senarius etiam Plutarcho memoratus de audiendis poëtis. Ern. Vid. Eurip. frgm. inc. LXXVI. Dind.

Τίς πατέρ᾽ αἰνήσει; Integer versus sie se habet: *τίς πατέρ᾽ αἰνήσει, εἰ μὴ κακοδαίμονες υἱοί*; **quis patrem laudabit nisi infelices filii?** ad Att. I. 19, 10. Maiorum et parentum laudes solent in primis commemorare, qui ipsi, quod laudem mereatur, non fecerunt. Itaque Cicero veretur, ne Atticus sibi laudanti superiorum temporum res gestas, in libro de consulatu et aliis, occinat illud: *Τίς πατέρ᾽ αἰνήσει* cet. Adeone ab ingenio et superiorum temporum consuetudine descivisti, ut sola illa, quae olim gesseris, laudes, quasi nunc nihil laudabile facias? Ern. Diogenianus proverb. VIII. 46: *Τίς πατέρ᾽*

αἰνήσει, εἰ μὴ κακοδαίμονα τέκνα; ἐπὶ τῶν προγονικῶν (fort. *προγονικὰ*) *ἀνδραγαθήματα ἀπορίᾳ ἰδίᾳ* (fort. *ἰδίων*) *προφερόντων*.

Τὸ ἄμεινον καὶ τὸ χεῖρον ἐν τῷ ἀφανεῖ ἔτι προεώρα μάλιστα, *quid melius et deterius sit*, *in obscuro adhuc providebat maxime*. ad Att. X. 8, 7. Sunt verba Thucydidis de Themistocle I. 138.

Τὸ γὰρ εὖ μετ' ἐμοῦ, *iustitia et veritas a me* stat; ex Aristoph. Acharn. v. 660. „Itaque irascatur qui volet: patiar: *τὸ γὰρ εὖ μετ' ἐμοῦ.*" ad Att. VI. 1, 8. Vid. *Πρὸς ταῦθ' ὅ, τι χρὴ κτλ.*

Τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον, *in lente unguentum:* proverbium de rebus bonis in re vili consumptis. „Legati sunt Q. Metellus Creticus et L. Flaccus et, *τὸ ἐπὶ φακῇ μύρον*, Lentulus Clodiani filius." ad Att. I. 19, 2. In *μύρον* intelligitur legatio, *φακῇ*, lens, est Lentulus Clodianus. In eo ergo legationem male collocatam dicit. Ern. Qui accurate et copiose de lenticula egit, Athenaeus, meminit etiam proverbi *τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον*. (IV. p. 160. B. sqq.) Scribit ergo Iocastam Strattidis in Phoenissis haec dixisse:

παραινέσαι δὲ σφῷν τι βούλομαι σοφόν·
ὅταν φακῆν ἕψητε, μὴ 'πιχεῖν μύρον.

quibus Strattis Euripidem cavillatur, teste Aristotele *περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητῶν* c. V. (p. 83, 7. ed. Bk. min.): *ἀληθὲς γὰρ ὅπερ Εὐριπίδην σκώπτων εἶπε Στράττις· „ὅταν φακῆν* cet.": apud Euripidem enim in Phoenissis v. 463. haec leguntur:

παραινέσαι δὲ σφῷν τι βούλομαι σοφόν·
ὅταν φίλος τις cet.

cavillatio ergo ista non ut Valckenario visum est ad consuetudinem Euripidis, voce *σοφός* de rebus vilissimis utendi, pertinuerit: nam Iocasta Euripidis optimo iure illo loco *σοφόν* dicere potuit; sed verbis de re gravi et seria dictis Strattis in re ludicra usus est, quae est natura generis poesis parodici, ut res comicas tragice tractet. Aristoteles qui verbis Strattidis volt confirmari, quod dixit, rebus beneolentibus admixtis saporem non emendari, sensum proprium verborum secutus est, sed comicus ipse sine dubio hoc subesse voluit, ne quis in re nihili multum operae consumat, neu res pretiosas vilibus admiscendo perdat. Idem videtur sensus inesse in verbis Sopatri Paphii, parodi clarissimi, quem Athenaeus loco indicato in *Νεκυίᾳ* haec posuisse refert:

Ἴθακος Ὀδυσσεύς, τοὐπὶ τῇ φακῇ μύρον,
πάρεστι. θάρσει, θυμέ.

ipsum enim Ulixem ita nominatum esse crediderim, cum post multas alias larvas leviculas ipse quoque comparuisset. Denique Varronem, quem hoc proverbio usum esse refert Athenaeus, non aliter intellexisse docet A. Gellius N. A. 13, 27: *Ne plane fiat graecum illud de Varronis satira proverbium τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον.* explicaverat enim M. Fronto, cur Claudius Quadrigarius dicere potuisset *cum multis mortalibus* pro hominibus multis, *ἐμφατικώτερον* enim dictum esse, ibi igitur ita dici non posse, ubi *ἔμφασις* nulla esset. Sauppius.

Τοιαῦθ' ὁ τλήμων πόλεμος ἐξεργάζεται, *talia aerumnosum bel-*

lum efficit. ad Q. fr. II. 15, 4. Est versus ex Euripidis Supplicibus 119.

Τοῖς ἀπαντῶσιν, obviam prodeuntibus. „Ego in Tusculanum nihil sane hoc tempore. Devium est *τοῖς ἀπαντῶσιν* et habet alia *δύσχρηστα.*" ad Att. VII. 5, 3.

Τὸ καλόν, honestum. ad Fam. XV. 17, 3. XV. 19, 2. — „Fulsisse mihi videbatur *τὸ καλὸν* ad oculos eius." ad Att. VIII. 8, 2.

Τὸ καλὸν δι᾽ αὑτὸ αἱρετόν, honestum propter se ipsum expetendum. „Pansa noster paludatus a. d. III. Kalend. Ian. profectus est, ut quivis intelligere posset id, quod tu nuper dubitare coepisti, *τὸ καλὸν δι᾽ αὑτὸ αἱρετὸν* esse." ad Fam. XV. 17, 3. — „Difficile est persuadere hominibus, *τὸ καλὸν δι᾽ αὑτὸ αἱρετὸν* esse." ad Fam. XV. 19, 2.

Τὸ μέλλον καραδοκήσεις, quod futurum est, exspectabis. „Interea non dubito, quin in Formiano mansurus sis. Commodissime enim *τὸ μέλλον* ibi *καραδοκήσεις.*" ad Att. IX. 10, 8.

Τὸν πρακτικὸν βίον, vitam, quae in rebus agendis versatur. Τὸν θεωρητικὸν scil. *βίον* (*vitam*), *quae in rerum contemplatione versatur.* „Nunc prorsus hoc statui, ut, quoniam tanta controversia est Dicaearcho, familiari tuo, cum Theophrasto, amico meo, ut ille tuus *τὸν πρακτικὸν βίον* longe omnibus anteponat, hic autem *τὸν θεωρητικόν*, utrique a me mos gestus esse videatur." ad Att. II. 16, 3.

Τὸν τῦφον μου πρὸς θεῶν τροποφόρησον, insolenti et vanae ambitioni meae, per deos, indulge. ad Att. XIII. 29, 2. Conf. s. v. *Τετυφῶσθαι.*

Τὸ παραδοξότατον, quod inopinatissimum est. ad Att. VI. 1, 16.

Τοπική, topice, inveniendi ars. „Stoici inveniendi artem, quae *τοπικὴ* dicitur, quae et ad usum potior erat et ordine naturae certe prior (quam dialectice) totam reliquerunt." Top. 2, 6.

Τοποθεσία, loci descriptio, situs. „*Τοποθεσίαν*, quam postulas, Miseni et Puteolorum, includam orationi meae." ad Att. I. 13, 5. — „Velim ad me scribas, cuiusmodi sit *Ἀμαλθεῖον* tuum, quo ornatu, qua *τοποθεσίᾳ.*" ad Att. I. 16, 18.

Τὸ συνέχον, quod coniunctum est, proximum. „Recreatum me non queo dicere. Sed plane *τὸ συνέχον* effecisti." ad Att. IX. 7, 1.

Τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθών, tunc tellus mihi lata dehiscat. ad Q. fr. III. 9, 1. — ad Att. IX. 9, 3. — Ex Homeri Il. δ, 182.

Τοῦ καλοῦ, honestatis. „O hominem amentem et miserum, qui ne umbram quidem umquam *τοῦ καλοῦ* viderit! ad Att. VII. 11, 1.

Τοὐμὸν ὄνειρον ἐμοί. Supple *λέγεις.* ad Att. VI. 9, 3. Est proverbium: *meum somnium mihi narras*, h. e. rem narras, quam te melius novi. Locos veterum, qui hoc proverbio usi sunt, vide apud Erasmum in Adagiis. Ern.

Τοῦ ποιητοῦ, poëtae. „Ego tamquam criticus antiquus iudicaturus sum, utrum sint *τοῦ ποιητοῦ* (versiculi) an *παρεμβεβλημένοι.*" ad Fam. IX. 10, 1.

Τοῦτο δὲ μηλώσῃ, sed hoc tu videris. ad Att. XII. 51, 2. Alia lectio est

Τοῦτο δὲ μυῖα ὅση, hoc vero quantula musca? Quae si vera esset, contemptum rei significarent ista verba, ut vidit Bosius. Sed fateor, mihi magis placere alteram lectionem, quam Victorius, Iunius aliique probant, et servat Graeviana: *Τοῦτο δὲ μηλώσῃ, sed hoc tu videris;* quod proverbialiter dici videtur, cum ostendere quis volt, alium se melius rem explorare et diiudicare posse. *μηλοῦν* est a *μήλη*, quod est instrumentum chirurgicum, quo solent vulnera, quam profunda sint, et quid in iis lateat, quod extrahendum sit, perscrutari. Etym. M. *μήλη ἰατρική· δι' ἧς ψηλαφᾶται τὰ πονούμενα· μηλοῦν γὰρ τὸ ψηλαφᾷν λέγεται.* conf. Suidas in *μηλη*, *μηλοῦν*, *μηλῶσαι* et ibi Kusterus. Ern.

Τραπεζοφόρον, trapezophoron, fulcrum mensam sustinens, sive illud sit columella, sive signum aliquod ita conformatum, ut capiti eius et manibus elatis imponi mensa et consistere possit. „Quod tibi destinaras *τραπεζοφόρον*, si te delectat, habebis." ad Fam. VII. 23, 3. Perperam Ernestius et Schützius in Indice Latin. exhibent vocem masculini vel feminini generis *Trapezophoros*. Erroris eos arguit pronomen *quod* et, qui alibi legitur, pluralis *trapezophora*.

Τρεῖς διοικήσεις, tres dioeceses. „Ex provincia mea Ciliciensi, cui scis *τρεῖς διοικησεις* Asiaticas attributas fuisse." ad Fam. XIII. 67, 1.

Τρηχεῖ', ἀλλ' ἀγαθὴ κουροτρόφος· οὔ τι ἔγωγε
Ἧς γαίης δυναμαι γλυκερωτερον ἄλλο ἰδέσθαι.

Aspera sed bona puerorum nutrix: nequaquam ego hac terra possum dulcius quidquam aspicere. ad Att. II. 11, 2. Versus Homeri Odyss. *ι*, 27.

Τριπολιτικός, Tripolitirus, liber sic inscriptus, nempe Dicaearchi, cuius etiam ap. Athenaeum IV. p. 141. A. mentio. Ern. „*Τριπολιτικὸν* non invenio et epistolam eius, quam ad Aristoxenum misit." ad Att. XIII. 32, 2.

Τρισαρειοπαγίτης, eximius Areopagita, severissimus index. „Ex quo intellectum est *τρισαρειοπαγίτας* ambitum, comitia, interregnum, maiestatem, totam denique rem publicam flocci non facere." ad Att. IV. 15, 4.

Τρόποι, tropi, verborum immutationes, cum ad aliam rem significandam transferuntur quam proprie significant. „Ornari orationem Graeci putant, si verborum immutationibus utantur, quos appellant *τρόπους*, et sententiarum orationisque formis, quae vocant *σχήματα*." Brut. 17, 69.

Τύμβος, bustum. „Poena est, si quis bustum (nam id puto appellari *τύμβον*) aut monumentum aut columnam violarit, deiecerit, fregerit." de Legg. II. 26, 64.

Τυραννοκτόνοι, tyrannicidae. „Nostri *τυραννοκτόνοι* longe gentium absunt." ad Fam. XII. 22, 2. — „Nihil enim tam *σόλοικον*, quam *τυραννοκτόνους* in caelo esse, tyranni facta defendi." ad Att. XIV. 6, 2.

Τυφλώττω, caecutio. ad Att. II. 19, 1.

Τῶν δ' αἰτίαν τῶν Βρούτων τις εἶχε! Istamne culpam esse alicuius Brutorum! vel, si cum interrogatione scribatur *τίς*: *Horum culpam quis Brutorum sustinet? quis Brutorum harum rerum auctor fuit?* ad Att. XV. 12, 2.

Τῷ καλῷ, honesto, honestate. „Ἡδονὴν et ἀταραξίαν virtute, iustitia, τῷ καλῷ parari, et verum et probabile est." ad Fam. XV. 19, 2.

Τῷ καλῷ προσπέπονθα, honesto addictus sum. „Ego fortasse τυφλώττω et nimium τῷ καλῷ προσπέπονθα." ad Att. II. 19, 1.

Τῶν μὲν παρόντων δι' ἐλαχίστης βουλῆς κράτιστος γνώμων, τῶν δὲ μελλόντων ἐπὶ πλεῖστον τοῦ γενησομένου ἄριστος εἰκαστής, rerum quidem praesentium inito brevi et extemporali consilio optimus index: futurarum autem magna ex parte eius, quod eventurum erat, certissimus coniector. ad Att. X. 8, 7. Sunt verba Thucydidis de Themistocle I. 138.

Τῶν νεωτέρων, ex iunioribus. „Hunc σπουδειάζοντα si cui voles τῶν νεωτέρων pro tuo vendita." ad Att. VII. 2, 1.

Τῶν πολιτικωτάτων σκεμμάτων, considerationum s. quaestionum maxime ad rem publicam pertinentium. ad Att. X. 1, 3.

Τῶν προὔργου τι, eorum, quae sunt ex re, aliquid. „Abduco paruumper animum a molestiis et τῶν προὔργου τι delibero." ad Att. IX. 4, 3.

Τῷ τῶν νεῶν καταλόγῳ, navium enumeratione, scil. quae est apud Homerum libro secundo Iliados. „Tenea et Aliphera et Tritia νεόκτιστα ei videbantur, idque τῷ τῶν νεῶν καταλόγῳ confirmabat, ubi mentio non fit istorum." ad Att. VI. 2, 3.

Y.

Ὑάδες, Hyades, sidus. „Eius (Tauri) caput stellis conspersum est frequentibus. Has Graeci stellas Hyadas vocitare suërunt: a pluendo; ὕειν enim est pluere; nostri imperite suculas, quasi a subus essent, non ab imbribus nominatae." de Nat. Deor. II. 43, 111. Arati fragm. 26.

Ὑγιές, sanum, sincerum. „Servium exspecto, nec ab eo quidquam ὑγιές." ad Att. X. 12, 4. Conf. *Οὐδὲν ὑγιές.*

Ὕειν, pluere. de Nat. Deor. II. 43, 111.

[*Ὑλλῶ, celebro, pervolgo.* ad Att. XIII. 30, 3. Sed Graeviana habet *volo.* Ita etiam Manutius et alii et nos. Ern.]

Ὑπαλλαγή, hypallage, verborum pro verbis summutatio. „Hanc ὑπαλλαγὴν rhetores, quia quasi summutantur verba pro verbis: μετωνυμίαν grammatici vocant, quod nomina transferuntur." Orator 27, 93.

Ὑπεκθέμενος, cum clam subduxero et transportaro aliquo, scil. securitatis causa. „Sin bellum geretur, non deero officio nec dignitati meae, pueros ὑπεκθέμενος in Graeciam." ad Att. VII. 17, 4.

Ὑπεραττικός, nimis Atticus. „Quamquam vereor, ne cognomine tuo lapsus ὑπεραττικὸς sis in iudicando." ad Att. XV. 1 B, 2.

Ὑπερβολή, hyperbole, sermonis exsuperantia, superlatio. „In

consequor, tu, qui omnes isto eloquendi et exprimendi genere superasti, a me petis? Facerem tamen, ut possem: sed, quod te minime fugit, opus est ad poëma quadam animi alacritate, quam plane mihi tempora eripiunt." ad Q. fr. III. 6, 4. — „Etenim haec erat ὑπόθεσις, de gravitate ordinis, de equestri concordia, de consensione Italiae, de intermortuis reliquiis coniurationis, de vilitate, de otio. Nosti iam in hac materia sonitus nostros." ad Att. I. 14, 4. — „Sed tamen modici fuimus ὑποθέσει, ut scripsi." ad Att. IV. 5, 2. — „Id enim ipsum putaram, quod scribis, ut, cum ingenium amici nostri probaretur, ὑπόθεσις vituperandi Catonis irrideretur." ad Att. XII. 45, 3. — ad Att. XIV. 22, 1. — ad Att. XV. 1B, 2.

Ὑπόθεσις, *quaestio definita, causa.* „Quaestionum duo sunt genera; alterum infinitum, definitum alterum. Definitum est, quod ὑπόθεσιν Graeci, nos *causam*: infinitum, quod θέσιν illi appellant, nos *propositum* possumus nominare. Causa certis personis, locis, temporibus, actionibus, negotiis cernitur, aut in omnibus aut in plerisque eorum." Top. 21, 79.

Ὑποθῆκαι, *praecepta, monita.* „Ad me ab eo quasi ὑποθήκας afferes, quemadmodum me geram." ad Att. II. 17, 3.

Ὑποθῆκαι, *pignora, hypothecae.* „Philocles Alabandensis ὑποθήκας Cluvio dedit. Eae commissae sunt. Velim cures, ut aut de hypothecis decedat easque procuratoribus Cluvii tradat aut pecuniam solvat." ad Fam. XIII. 56, 2. Vid. Graevius ad h. l. qui docet e Salmasio, *hypothecas* et *pignora*, quae hodie ICti distinguunt, apud veteres eandem vim habuisse. Ern.

Ὑποκορίζεσθαι, *minuendo seu extenuando verum nomen speciosius et honestius praetexere.* „Nunc ita video, infinitum bellum iunctum miserrima fuga: quam tu peregrinationem ὑποκορίζῃ." ad Att. IX. 10, 4.

Ὑπομεμψίμοιρος, *subquerulus.* „Appius ad me ex itinere bis terve ὑπομεμψιμοίρους litteras miserat, quod quaedam a se constituta rescinderem." ad Att. VI. 1, 2.

Ὑπόμνημα, *commentarius.* „Ad me rescripsit iam Rhodo Posidonius, se, nostrum illud ὑπόμνημα cum legeret, quod ego ad eum, ut ornatius de iisdem rebus scriberet, miseram, non modo non excitatum esse ad scribendum, sed etiam plane deterritum." ad Att. II. 1, 2. — „Silium exspectabam; cui ὑπόμνημα compositum." ad Att. XV. 23. — „Athenodorum nihil est quod hortere. Misit enim satis bellum ὑπόμνημα." ad Att. XVI. 14, 4.

Ὑπομνηματισμός. Ita vocabant Areopagitae decreta sua. Nomen inde ductum, quod in tabulas memoriae causa referebantur. Ern. „Cum Patron mecum egisset, ut peterem a vestro Areopago, ὑπομνηματισμὸν tollerent, quem Polycharmo praetore fecerant," cet. ad Att. V. 11, 6. — „Quamobrem peto a te, ut scribas ad tuos posse tua voluntate decretum illud Areopagitarum, quem ὑπομνηματισμὸν illi vocant, tolli." ad Fam. XIII. 1, 5.

Ὑποσόλοικος, *subabsurdus.* „Est enim ὑποσόλοικον, cum velim

Φ.

nullum φαλάκρωμα, ut putas." ad Att. XIV. 2, 2. „Habes igitur φαλάκρωμα, inimicissimum otii, id est, Bruti." ad Att. XIV. 2, 3. In posteriore loco φαλάκρωμα esse ipsum Matium, quem propter calvitiem ita appellat, facile intelligitur. In priore autem non ita facile patere vel doctorum de ea re disputationes demonstrant. Alludi ad Matii calvitiem, si vera est lectio, de quo non dubito, manifestum est. Atticus scripserat, apud eum φαλάκρωμα fore; id negat se Cicero repperisse. Ex quo intelligitur non esse *calvitiem* h. l. φαλάκρωμα, et ludi ambiguitate verbi. Porro paullo post dicit φαλάκρωμα, h. e. Matium, esse *inimicum otii*. Ex quo colligo Atticum scripsisse, Matium pacis otiique amicum et studiosum fore. Recte igitur *nullum φαλάκρωμα* interpretantur *pacis otiique studium*. Calvorum capita similia coelo sereno et tranquillo. Unde apud Suidam est φαλακρωτερος εὐδίας, quod iam e Pseudo-Demetrii Phalerei libello de elocutione attulit Bosius. Hine φαλάκρωμα pro tranquillitate, otio dici potuit. I. Fr. Gronovii σαλακωνισμα non placet. Manifestum enim est, Ciceronem et Atticum pro more suo in Matii calvitie ludere voluisse. Enx.

Φαλαρισμός, *Phalaridis imitatio, saevitia.* „Nam istum quidem, cuius φαλαρισμὸν times, omnia teterrime facturum puto." ad Att. VII. 12, 2.

Φαντασία, *visum, visio;* est species rei quaecumque in animo informata. „Fit enim nescio qui, ut quasi coram adesse videare, cum scribo aliquid ad te: neque id κατ' εἰδώλων φαντασίας, ut dicunt tui amici novi, qui putant etiam διανοητικὰς φαντασίας spectris Catianis excitari." ad Fam. XV. 16, 1. Conf. *Εἴδωλα* et *Διανοητικαὶ φαντασίαι.* — „De sensibus ipsis quaedam dixit nova (Zeno): quos punctos esse censuit quadam quasi impulsione oblata extrinsecus: quam ille φαντασίαν, nos *visum* appellemus licet." Acad. I. 11, 40. — „Si illud esset, sicut Zeno definiret, tale visum (iam enim hoc pro φαντασίᾳ verbum satis hesterno sermone trivimus), visum igitur impressum effictumque ex eo unde esset, quale esse non posset ex eo unde non esset." Acad. II. 6, 18.

Φθονεῖν, invidere. „Τὸ νεμεσᾷν interest τοῦ φθονεῖν," *indignatio differt ab invidia.* ad Att. V. 19, 3.

Φιλαίτιον συμφορά, querula res calamitas. „Scis quam sit φιλαίτιον συμφορά." ad Att. XII. 41, 2.

Φιλαίτιος, accusandi et querendi cupidus. „Si autem natura es φιλαίτιος" cet. ad Fam. III. 7, 6. — „Neque Tuberonem volo offendere. Mirifice est enim φιλαίτιος." ad Att. XIII. 20, 2.

Φιλαλήθως, ingenue, libere. „Hae de re φιλαλήθως et, ut soles, scribe fraterne." ad Q. fr. II. 16, 5.

Φιλαυτία, amor sui ipsius. „Libri quidem ita exierunt, — nisi forte me communis φιλαυτία decipit — ut in tali genere ne apud Graecos quidem simile quidquam." ad Att. XIII. 13, 1.

Φιλέλληνες, Graecorum amantes. „Praeter ceteros φιλέλληνες et sumus et habemur." ad Att. I. 15, 1.

Φιλένδοξος, ambitiosus, amator illustrium virorum. „In Var-

rone ista causa me non moveret, ne viderer *φιλένδοξος.*" ad Att. XIII. 19, 3.

Φιλήδονος, *amator voluptatis.* „Ii, qui a vobis *φιλήδονοι* vocantur, sunt *φιλόκαλοι* et *φιλοδίκαιοι*, omnesque virtutes et colunt et retinent." ad Fam. XV. 19, 3.

Φιλιππίζειν, *cum Philippo facere.* „Demosthenes quidem, qui abhinc annos prope CCC fuit, iam tum *φιλιππίζειν* Pythiam dicebat, id est, quasi cum Philippo facere." de Divin. II. 57, 118.

Φιλογύνεια, *mulierositas.* „Similiter ceteri morbi, ut gloriae cupiditas, ut *mulierositas*, ut ita appellem eam, quae Graece *φιλογύνεια* dicitur; ceterique similiter morbi aegrotationesque nascuntur." Tusc. IV. 11, 25.

Φιλόδημος. Vid. *Πάντα.*

Φιλοδίκαιος, *studiosus iusti.* „Ii, qui a vobis *φιλήδονοι* vocantur, sunt *φιλοκαλοι* et *φιλοδίκαιοι*, omnesque virtutes et colunt et retinent." ad Fam. XV. 19, 3.

Φιλοθέωρος, *spectandi cupidus.* „Quod in Britannia non nimis *φιλοθέωρον* te praebuisti, plane non reprehendo." ad Fam. VII. 16, 1.

Φιλόκαλος, *amator honesti.* „Ii, qui a vobis *φιληδονοι* vocantur, sunt *φιλόκαλοι* et *φιλοδίκαιοι*, omnesque virtutes et colunt et retinent." ad Fam. XV. 19, 3.

Φιλόλογα, *erudita*, *quae litteras spectant.* „*Σπουδαῖον οὐδὲν* in sermone, *φιλολογα* multa." ad Att. XIII. 52, 2. — „Quae quidem erant *φιλολογα* et dignitatis meae, ut vel in contione dicere auderem." ad Att. XV. 15, 2.

Φιλολογία, *amor disputandi* (et ipsa disputatio) *de studiis doctrinae*, *de rebus subtilibus.* „Non est enim seiunctus iocus a *φιλολογίᾳ* et quotidiana *συζητήσει.*" ad Fam. XVI. 21, 4.

Φιλολογώτερα, *eruditiora*, *subtiliora.* „Postea quam haec coepi *φιλολογώτερα*, iam Varro mihi denuntiaverat magnam sane et gravem *προσφώνησιν.*" ad Att. XIII. 12, 3. *Φιλόλογος* est proprie studiosus disputationum eruditarum de studiis doctrinae, unde *φιλόλογα* sunt res, de quibus disputatur, *φιλολογία* disputatio ipsa, quae et *συζήτησις* dicitur. Vid. ad Fam. XVI. 21, 4. et *συμφιλολογεῖν* ibidem, una disputare, disputationi interesse. Item sic *philologus* ad Att. XIII. 12, 3 et 29, 1. Sed inscitia nostrorum hominum, ita ut humanitatis, humaniorum litterarum, litterarumque nomina, restrinxit ad certa quaedam artium genera (vid. Prolusionem nostram de finibus humaniorum litterarum regundis) et a philologia seiunxit philosophiam, in quam vel maxime convenit, ut ex Ciceronis locis, in primis XIII. 12., intelligi potest, item e Tusc. Sed haec sunt *φιλολογώτερα*, *subtiliora.* Sed XV. 15. *philologa* non sunt *erudita*, verum *probabilia*, quae disputari probabiliter possint. Ern. Conf. Lobeck ad Phrynich. p. 393.

Φιλόπατρις, *patriae amans.* „Est consul *φιλόπατρις*, et, ut semper indicavi, natura bonus." ad Att. II. 1, 4. — „Quem *φιλόπατριν* ac *πολιτικὸν* hominis prudentis et amici tali admonitu non moveret auctoritas?" ad Att. IX. 10, 5.

Φιλοπροσηνέστατα, *benignissime et suavissime.* „Muneribus tuis, quae et Areus et meus amicus Eutychides opipare et φιλοπροσηνέστατα nobis congesserant." ad Att. V. 9, 1.

Φιλορήτωρ, *studiosus artis dicendi.* „In illam orationem Metellinam addidi quaedam. Liber tibi mittetur, quoniam te amor nostri φιλορήτορα reddidit." ad Att. I. 13, 5.

Φιλοσοφεῖν, *philosophari.* „Sed quid ego haec, quae cupio deponere et toto animo atque omni cura φιλοσοφεῖν?" ad Att. II. 5, 2.

Φιλοσοφητέον, *philosophandum.* „Quare, ut opinor, φιλοσοφητέον, id quod tu facis, et istos consulatus non flacci facteon." ad Att. I. 16, 13.

Φιλοσοφία, *philosophia.* „Neque enim te fugit, omnium laudatarum artium procreatricem quandam et quasi parentem eam, quam φιλοσοφίαν Graeci vocant, ab hominibus doctissimis indicari." de Orat. I. 3, 9.

Φιλοσοφοῦμεν, *philosophamur.* „Nos hic φιλοσοφοῦμεν — quid enim aliud?" ad Att. XV. 13, 6.

Φιλοσοφούμενα, *quae a philosophis tractantur, libri philosophici.* „Ut haec φιλοσοφούμενα scriberem, tu me impulisti." ad Fam. XI. 27, 5.

Φιλοσοφῶμεν, *philosophemur.* ad Att. II. 13, 2.

Φιλοσόφως, *philosophice.* ad Att. XIII. 20, 4.

Φιλοσοφώτερον διευκρινήσομεν, *magis philosophice et subtiliter, i. e. accuratius, examinabimus et discutiemus.* ad Att. VII. 8, 3.

Φιλοστοργότερον, *amantius.* „Nihil possum dicere ἐκτενέστερον, nihil φιλοστοργότερον." ad Att. XIII. 9, 1.

Φιλοστόργως, *peramanter.* „Sicca enim φιλοστόργως ille quidem, sed tumultuosius ad me etiam illam suspicionem pertulit." ad Att. XV. 17, 1. — „Ipsius litterae sic et φιλοστόργως et εὐπινῶς scriptae, ut eas vel in acroasi audeam legere." ad Att. XV. 17, 2.

Φιλοτέχνημα, *opus studiose elaboratum.* „Ubi igitur φιλοτέχνημα illud tuum, quod vidi in Parthenone, Ahalam et Brutum?" ad Att. XIII. 40, 1.

Φιλοτιμία, *actio Philotimi.* „Scis me egisse tecum, ut videres, ne quid Φιλοτιμία eius, quem nosti, nobis noceret." ad Att. VII. 1, 1. Conf. VI. 9, 2.

Φιλοφρόνως, *benevole, humaniter.* „Cum φιλοφρόνως ex eo quaererem, quid opus esset, Atticum se dixit quaerere." ad Att. XV. 15, 2.

Φλιοῦς, *Ὀπoῦς*, *Σιποῦς*, *Phlius*, *Opus*, *Sipus*, nomina oppidorum. ad Att. VI. 2, 3.

Φλύαρος, *nugae.* „Longior autem (epistola fuisset), si φλύαρον aliquem habuisset: nam σπουδάζειν sine periculo vix possumus." ad Fam. XV. 18.

Φοβερὸν ἦν, *formidabile erat.* „Φοβερὸν ἦν, nisi viderem scire regem me animi nihil habere." ad Att. XIII. 37, 2.

Φορβεμά. Vid. *Φυσᾷ γὰρ κτλ.*

Φρόνησις, prudentia. „Princeps omnium virtutum illa *sapientia*, quam *σοφίαν* Graeci vocant: *prudentiam* enim, quam Graeci *φρόνησιν*, aliam quandam intelligimus, quae est rerum expetendarum fugiendarumque scientia." de Offic. I. 43, 153.

Φροντίδες. Vid. *Δεύτεραι φροντίδες.*

Φυράτης, conturbator. „Diiungere me ab illo volo. Mirus est *φυράτης*, germanus Lartidius." ad Att. VII. 1, 8. Ita dicitur Philotimus libertus, qui *ἐπεφυράκει* in rationibus bonorum T. Milonis, h. e. qui rationes ita conturbaverat, ut facile intelligeretur, nequam esse hominem et fraudibus uti. Ern.

Φυρμὸς πολύς, conturbatio multa. „Ab aleatore *φυρμὸς πολύς.*" ad Att. XIV. 5, 1.

Φυσᾷ γὰρ οὐ σμικροῖσιν αὐλίσκοις ἔτι,
'Αλλ' αγρίαις φύσαισι φορβειᾶς ἄτερ.
Non iam ille modicas ore inspirat tibias,
Sed sine capistro enormibus flat follibus.

ad Att. II. 16, 2. Horum Sophocleorum [Soph. frgm. 753. Dind.] versuum, quos et Dionysius *περὶ ὕψους* commemoravit c. III. 2. *Γελᾶται ἔτι μᾶλλον τὰ Κλειτάρχου. φλοιώδης γὰρ ὁ ἀνὴρ καὶ φυσῶν, κατὰ τὸν Σοφοκλέα, οὐ σμικροῖς μὲν αὐλίσκοις, φορβειᾶς δ' ἄτερ,* interpretatio non eadem est, neque omnes verum sensum adsecuti sunt. *Φορβειά* quid sit, docuere Salmasius ad Solin. p. m. 585. 586. [Plin. Exerc. p. 833.] ubi etiam de hoc loco disputavit, et Interpretea ad Longinum l. c. nempe *capistrum*, quo tibicines spiritum coërcent, ne nimius et immoderatus in tibiam irrumpat. [Secundum Schol. Aristoph. Vesp. 580. *φορβειαὶ* sunt *δέρματα, τὰ περὶ τὸ στόμα τῶν αὐλητῶν προσδεσμευόμενα, ὅπως ἂν σύμμετρον τὸ πνεῦμα πεμπόμενον ἡδεῖαν τὴν φωνὴν τοῦ αὐλοῦ ποιήσει.*] Hinc *ἄτερ φορβειᾶς* metaphorice est *sine modo.* Clitarchum dicit Longinus esse egregio spiritu, sed, cum temperare eum non possit, nimium evehi et inde tumorem, *μετέωρα*, existere. Sic cum Pompeius dicitur magnis tibiis uti et vehementer eas inflare, sed sine capistro, hoc dicitur: Pompeium viribus suis, quae magnae sint, abuti et, cum cupiditatibus suis modum imponere non possit, nimis alte evolare velle eaque cupere, quae aut ferri non possint, aut ipse non possit consequi. Ern. Conf. Suetonius in vita Oth. c. 7. *Τί γάρ μοι καὶ μακροῖς αὐλοῖς;*

Φυσικὴν τὴν πρὸς τὰ τέκνα scil. *στοργήν, naturalem amorem in liberos.* „Filiola tua te delectari laetor et probari tibi *φυσικὴν* esse *τὴν πρὸς τὰ τέκνα.*" ad Att. VII. 1, 4.

Φυσικοί, physici. „Eadem ratione dicuntur, quos *φυσικοὺς* Graeci nominant, iidem poëtae, quoniam Empedocles physicus egregium poëma fecerit." de Orat. I. 50, 217.

Φυσιολογία, naturae ratio. „In Gallia Druidae sunt, e quibus ipse Divitiacum Aeduum hospitem tuum laudatoremque cognovi: qui

et oaturae ratiooem, quam *φυσιολογίαν* Graeci appellaot, notam esse sibi profitebatur, et partim auguriis partim cooiectura, quae essent futura, dicebat." de Divio. I. 41, 90.

Φωςφόρος, Lucifer, stella Veneris. „Infima est quinque errantium terraeque proxima stella Veneris, quae *φωςφόρος* Graece, Latine dicitur Locifer, cum antegreditur solem, cum subsequitur autem, Hesperos." de Nat. Deor. II. 20, 53.

X.

Χαῖρε, salve.

„*Χαῖρε, inquam, Tite: lictores, turma omni', cohorsque,*
Χαῖρε, Tite! Hinc hostis mi Albucius, hinc inimicus."

de Finn. I. 3, 9. Sunt versus Lucilii.

Χαρακτήρ, forma rei, qua maxime agnoscitur res et iudicatur; descriptio. „In omni re difficillimum est formam (qui *χαρακτὴρ* Graece dicitur) exponere optimi: quod aliud aliis videtur optimum." Orator 11, 36. — „Iam forma ipsa restat et *χαρακτὴρ* ille, qui dicitur; qui qualis debeat esse, ex iis ipsis, quae supra dicta sunt, intelligi potest." Orator 39, 134. — „Additur etiam *descriptio*, quam *χαρακτῆρα* Graeci vocant." Top. 22, 83.

Χαρακτήρ, stilus s. forma orationis, genus dicendi. „Dic mihi verum, oum aut res eum (Caesarem) aut *χαρακτὴρ* (versuum nostrorum) ooo delectat?" ad Q. fr. II. 16, 5.

Χολὴ ἄκρατος, bilis mera. „*Χολὴν ἄκρατον* noctu eieci: statim ita sum levatus, ut mihi deus aliquis medicinam fecisse videatur." ad Fam. XIV. 7, 1.

Χρέος, pecunia mutuo sumpta. „Quattuor tragoedias XVI. diebus absolvisse eum scribas, tu quidquam ab alio mutuaris, et *χρέος* (alii *κλέος*) quaeris, cuo Electram et Troadem scripseris?" ad Q. fr. III. 6, 7.

Χρεῶν ἀποκοπαί, φυγάδων κάθοδοι, tabulae novae, exulum reditus. „*Χρεῶν ἀποκοπάς, φυγάδων καθόδους*, sexceota alia scelera moliri." ad Att. VII. 11, 1. Vid. Corte ad Salust. Catil. 21, 2.

Χρήσει μὲν, κτήσει δέ, usu quidem, possessione autem. „Sum *χρήσει μὲν* tuus, *κτήσει δὲ* Attici nostri: ergo fructus est tuus, maocipium illius: quod quidem si inter seoes coëmptionales venale proscripserit, egerit non multum." ad Fam. VII. 29, 1.

Χρήσιμοι, utiles, frugi homines. „Haud scio ao recte ea virtus (*σωφροσύνη*) frugalitas appellari possit, quod angustius apud Graecos valet, qui frugi homines *χρησίμους* appellant, id est tantummodo utiles; at illud est latius." Tusc. III. 8, 16.

Χρησμός, oraculum, vaticinatio. ad Att. IX. 10, 5.

Χρηστομαθής, qui multa utilia didicit. „Q. frater secum habebat hominem *χρηστομαθῆ*, D. Turannium." ad Att. I. 6, 2. Cf. Mureti Varr. Lectt. 19, 3. p. 230.

Χρονιώτερα, diuturniora. „Qui veoiuot, *ἀκίνδυνα μέν, χρονιώ-*

Ὦ πολλῆς ἀγεννείας, o multam animi ignaviam! ad Att. X. 15, 2.

Ὦ πραγμάτων ἀσυγκλώστων, o res, quae contexi non possunt, o perturbatum rerum ordinem! ad Att. VI. 1, 17.

Ὦ πράξεως καλῆς μέν, ἀτελοῦς δέ, o factum pulchrum quidem, sed imperfectum! ad Att. XIV. 12, 1.

Ὣς νεφέλη ἐκάλυψε μέλαινα, nubes enim tegebat atra. ad Fam. XIII. 15, 1. Ex Homeri Odyss. ω, 315.

Ὠφέλημα, quod prodest, emolumentum. „Ego assentior Diogeni, qui bonum definierit id quod esset natura absolutum. Id autem sequens, illud etiam quod prodesset (*ὠφέλημα* enim sic appellamus), motum aut statum esse dixit e natura absoluto." de Finn. III. 10, 33. — „Ut conservetur omnis homini erga hominem societas, coniunctio, caritas; et emolumenta et detrimenta (quae *ὠφελήματα* et *βλάμματα* appellant) communia esse voluerunt: quorum altera prosunt, nocent altera." de Finn. III. 21, 69.

* . *

Vacuam hanc paginam cum negasset se aequo animo laturum typotheta, ea usus sum, ut declararem meam de loco Ciceronis conclamato sententiam. Eum locum dico, qui in Oratore ad M. Brutum cap. 9. volgo sic scribitur:

Quis porro unquam Graecorum rhetorum a Thucydide quidquam duxit? „At laudatus est ab omnibus." Fateor: sed ita ut rerum explicator prudens, severus, gravis: non ut in iudiciis versaret causas, sed ut in historiis bella narraret. Itaque nunquam est numeratus orator. Nec vero, si historiam non scripsisset, nomen eius exstaret, cum praesertim fuisset honoratus et nobilis.

Postremam enuntiationem (*Nec vero, si historiam non scripsisset, nomen eius exstaret, cum praesertim fuisset honoratus et nobilis*) ineptam esse, multi viderunt, sed nemo adhuc neque explicandis neque emendandis verbis luco huic medelam attulit. Nam quam Bakius statuit in his verbis breviloquentiam, ut sententia sit: *nec vero si historiam non scripsisset, nomen eius exstaret, ut nunc videmus exstare propterea etiam quod honoratus* cet.; ei praeter Orellium meum vix quisquam assentietur, et inserta sive ante v. *nomen* sive post v. *eius* negatione, quod fecerunt Lambinus et Schützius, rectum cum praecedentibus desiderari nexum iam Brewerus notavit. Attamen medela in promptu est: tu modo mecum iungas, quae iungenda, disiungas, quae disiungenda sunt, hoc modo:

Quis porro unquam Graecorum rhetorum a Thucydide quidquam duxit? „At laudatus est ab omnibus." Fateor: sed ita ut rerum explicator prudens, severus, gravis; non ut in iudiciis versaret causas, sed ut in historiis bella narraret: — itaque nunquam est numeratus orator, nec vero, si historiam non scripsisset, nomen eius exstaret: — cum praesertim fuisset honoratus et nobilis.

INDEX

LEGUM ROMANARUM

QUARUM

APUD CICERONEM EIUSQUE SCHOLIASTAS

ITEM APUD

LIVIUM, VELLEIUM PATERCULUM, A. GELLIUM

NOMINATIM MENTIO FIT.

Lex proprie nihil aliud est nisi *formula quaedam verborum*, a Graeco λέγειν. Nam quis credat esse a *ligando*, aut, ut Cicero existimat de Legg. I. 6. a *legendo*? Eaque significatio in multis loquendi formis permansit. *Lex carminis* est formula, modus edicti, Liv. I. 26. Nam *carminis* verbum, quod ipsum pro formula verborum dicitur, v. c. pro Muren. c. 12., h. l. est ipsum regis edictum, *legis* adiectum verbum significat formulam modumque verborum; ut in musicis *lex carminis* est modus. Si *lex* esset h. l. edictum, *legis carmen* dicendum erat, non *lex carminis*. *Leges Manilianae venalium vendendorum* de Orat. I. 58. quid sunt nisi formulae a ICto conceptae, quibus uti in emendis vendendisque rebus liceret? *Lex pactionis* vel *foederis* vel *iurisiurandi* porro, quae dicitur, est formula verborum, quibus concepta pactio est aut foedus aut iusiurandum. *Lex censoria* in Verrinis L. I. c. 51. 55. nihil aliud est, nisi *formula locationis*, ex qua manceps s. redemptor aedis exstruere et tradere aedem debebat. Vid. *Leges censoriae:* unde et *leges antiquarum aedium* apud Plinium H. N. XXXVI. 23. antiquae locandarum aedium formulae. Ipsa deinde *Lex Verris* l. c. cap. 55. init. erat formula, quae continebat modum condicionesque, quibus locari columnas volebat, unde *lex* pro *condicione* dicitur. Hoc cum non satis intelligeret Hotomanus, perperam scripsit ad Orat. de Prov. Cons. c. 51: *Lex apud ICtos saepe pro pactione usurpatur*. *Lex mancipii* de Or. I. 39. est formula venditionis. Cum ergo *lex fertur* a magistratu ad populum, quae et *rogatio* dicitur, non fit, quod putant, qui interpretantur, *es wird ein Gesetz gegeben:* sed formula proponitur populo, qua res aliqua iuberi possit: quam cum approbat populus, *lex iubetur*, cum reiicitur, *antiquatur lex*. Huiusmodi formulam nostri vocare possunt *einen Vorschlag zu einem Gesetz oder einer Verordnung*. Nam populus rogatur, *velitne iubeatne* cet. aut, *ut velit iubeat*. Leges omnes, quae ad ius civile aut publicum pertinent, dici possunt *Vorschläge zu Gesetzen:* in quibus autem de singulis rebus aut hominibus constituitur, tamquam *lex de Cicerone revocando* ad Att. IV. 1., *lex Manilia*, qua suasit populo Manilius, ut Pompeium bello Mithridatico praeficeret, eae profecto non sunt *Vorschläge zu Gesetzen*, sed *zu einer Anordnung*, *zu einem Befehle*. Nam edictum, quo reges nostri v. c. imperatorem belli constituunt, non appellatur *ein Gesetz*. Oratio ergo Ciceronis *pro lege Manilia* non est defensio aut suasio *des Gesetzes des Manilii*, uti volgo interpretantur, sed defensio *des Vorschlages, den Manilius gethan hat*, de Pompeio imperatore constituendo.

Contra *lex Domitia* est *ein Vorschlag zu einem Gesetze*, quia est iuris publici. Cum autem *legem ferre centuriatam curiatamque* dicunt Latini, nihil aliud dicunt nisi: e formula solemni interrogare populum, quem velit magistratum creare; velitne alicui rei militaris administrationem committere necne; velit (in lege curiata) adoptionis facultatem dare cet.: in quibus nullo modo vocabulum nostrum *ein Gesetz* locum habet. Iam quia, quae his legibus rogabantur, cum a populo iussa essent, tenebant populum, propterea factum est, ut *lex* diceretur deinde, *quicquid tenet populum*. Et hoc est, quod nos dicimus *ein Gesetz*. Illud etiam attinet dicere, cum imperatores Romani aut reges de iure civili publicoque constituunt, non leges proprie dici, sed *edicta*, *constitutiones*, ut e libris Iuris Civilis, Codice Theodosiano cet. intelligi potest; cum autem alicui concedunt aliquid muneris vel beneficii, eam *legem* appellari posse v. c. pro volgari *ex Privilegio Caes. Maiestatis aut Regis* dicetur Latine: *ex lege Caesarea*, *regia*, aut, *quam dixit Caesar vel Rex*. Nam quod auctore Pomponio aiunt *legem* esse patricii magistratus tantum; plebeiorum (i. e. tribunorum) *plebiscita*, id usus omnis antiquitatis refellit, quae de utrisque promiscue *legem* dixit, praesertim posteaquam ea, quae plebs iussisset (plebiscita), omnes Quirites tenere coepere, eandemque adeo vim habuere cum legibus, quas magistratus patricius comitiis centuriatis pertulisset. Haec praefari placuit, quod intelleximus usu, nostris hominibus haec volgo satis nota non esse, neque in lexicis vidimus satis distincte tradi. Sequitur deinceps ipsarum legum commemoratio. Ern.

Acilia *de coloniis deducendis.*

„*C. Acilius* tribunus plebis (a. u. 556.) tulit, ut quinque coloniae in oram maritimam deducerentur, duae ad ostia fluminum Vulturni Liternique, una Puteolos, una ad castrum Salerni. his Buxentum adiectum. trecenae familiae in singulas colonias iubebantur mitti. triumviri deducendis iis, qui per triennium magistratum haberent, creati M. Servilius Geminus, Q. Minutius Thermus, Ti. Sempronius Longus." Liv. XXXII. 29.

Acilia *de pecuniis repetundis.*

„Fac tibi paternae legis *Aciliae* veniat in mentem, qua lege populus Romanus de pecuniis repetundis optimis iudiciis severissimisque iudicibus usus est." Verr. Act. I. 17, 51. — „*Manius Acilius Glabrio* legem *Aciliam* tulit de pecuniis repetundis severissimam: in qua ne comperendinari quidem licet reum." Pseudo-Asconius p. 149. — „Ego tibi illam *Aciliam* legem restituo, qua lege multi semel accusati, semel dicta causa, semel auditis testibus, condemnati sunt, nequaquam tam manifestis neque tantis criminibus, quantis tu convinceris." Verr. lib. I. 9, 26. — „*Aciliam legem*] *Acilii Glabrionis*, patris huiusce praetoris, de quo etiam supra dixit; quae lex neque comperendinationem neque ampliationem habet." Pseudo-Asconius p. 165.

Hanc legem latam esse a *M'. Acilio M. F. M. N. Glabrione*,

patre eius, qui in causa Verrina a. u. 683. quaesitor fuit, constat ex Act. I. in Verr. c. 17. Lata est autem a. u. c. 652., quo anno ille tribunus plebis fuit. Est vero lex *de repetundis*, qua in hac causa sublata est comperendinatio statutumque, ut una eademque actione reus vel absolveretur vel condemnaretur. Cicero Verr. Act. II. lib. I. c. 9. sic Hortensium Verris defensorem alloquitur: *Hic tu fortasse eris diligens, ne quam ego horam de meis legitimis horis remittam. Nisi omni tempore, quod mihi lege concessum est, abusus ero, querere; deûm atque hominum fidem implorabis; circumveniri C. Verrem, quod accusator nolit tamdiu, quamdiu liceat, dicere. Quod mihi lex mea causa det, eo mihi non uti non licebit? Nam accusandi mihi tempus mea causa datum est, ut possem oratione mea crimina causamque explicare. Hoc si non utor, non tibi iniuriam facio, sed de meo iure aliquid et commodo detraho.* „Causam enim," *inquit:* „cognosci oportet". *Ea re quidem, quod aliter condemnari reus, quamvis sit nocens, non potest. Id igitur tu moleste tulisti, a me aliquid factum esse, quo minus iste condemnari posset. Nam causa cognita multi possunt absolvi, incognita quidem condemnari nemo potest.* „Adimo enim comperendinatum." *Quod habet lex in se molestissimum, bis ut causa dicatur, aut mea causa potius est constitutum, quam tua, aut nihilo tua potius, quam mea. Nam si bis dicere est commodum, certe utriusque commune est. Si eum, qui posterius dixit, opus est redargui, accusatoris causa, ut bis ageretur, constitutum est. Verum, ut opinor, Glaucia primus tulit, ut comperendinaretur reus; antea vel iudicari primo poterat vel amplius pronuntiari. Utram igitur putas legem molliorem? opinor illam veterem, qua vel cito absolvi vel tarde condemnari licebat. Ego tibi illam* Aciliam *legem restituo, qua lege multi semel accusati, semel dicta causa, semel auditis testibus, condemnati sunt, nequaquam tam manifestis neque tantis criminibus, quantis tu convinceris. Puta te non hac tam atroci, sed illa lege mitissima causam dicere. Accusabo: respondebis; testibus editis ita mittam in consilium, ut, etiamsi lex ampliandi faciat potestatem, tamen isti turpe sibi existiment, non primo iudicare.* Hoc loco Hotomanus Obss. I. 14. pro verbis *illam Aciliam* corrigi iubebat *illam antiquam*, vel *illam Caeciliam*, qua de opinione sic iudicat Graevius: „Rationes, quibus scriptorum et editorum lectionem impugnat Hotomanus in observationibus, tres sunt. Prima, quia lex *Acilia* posterior sit Servilia et ideo atrocior, ut ostendit ex Cic. lib. II. de officiis; hinc nec molliorem eam dici posse nec veterem, cum sit recentior. Altera, quia tarda condemnatio legi *Aciliae* non conveniat, quam ei tribuat Cicero, cum illa ampliationes et comperendinationes sustulerit, unde tarditas damnandi oriatur. Tertia, quod non possit mollissima dici *Acilia*, cum Asconio dicatur severissima. Sed a scopo aberravit vir doctissimus. Verum est legem *Aciliam* esse posteriorem Servilia, et ideo quoque severiorem illa esse, nimirum in poenis exasperandis, licet sustulerit comperendinationem et ampliationem. Sic lex Servilia,

qua comperendinari poterat, durior erat illa vetere, quae ante Serviliam fuerat, qua vel iudicari poterat vel *amplius* pronuntiari. Per veterem hanc legem non intelligit Cicero *Aciliam*, sed vetustiorem Servilia, qua poterat una actione reus absolvi, quia non comperendinabatur, vel *tarde condemnari*, quia potestatem ampliandi habebant iudices. Peccavit igitur vir doctissimus, cum per *veterem* significari credidit *Aciliam*. Itaque dicit Cicero, *restituo tibi Aciliam*, quam antiquavit Cornelia, hoc est, permitto quaestionem hanc exerceri *Acilia* lege sine comperendinatione et ampliatione, non lege Servilia, quae prima tulit, ut comperendinetur, aut *hac atroci*, nimirum Cornelia, quae item permittit comperendinare et ampliare. Eam enim innuit, cum ait *hac atroci*, Corneliam nimirum, quae post *Aciliam* lata fuit et quam iudices in quaestionibus repetundarum sequebantur a L. Sullae tempore usque ad Iulium Caesarem, qui novam repetundarum legem tulit, quae dicitur Iulia. Vides hic nullius momenti rationem esse alteram, cum tarda condemnatio non pertineat ad *Aciliam* legem, sed antiquiorem Servilia, qua poterant aut statim iudicare aut tarde damnare, nimirum ampliando, quam ampliationem non permittebat *Acilia*. Tertia quoque non est, quod nos possit morari: Cicero *Aciliam* legem vocat *mitissimam* ratione legis huius atrocis, Corneliae nimirum; *severissimam* Pedianus dicit, si cum veterioribus comparetur, quia semper recentiores de repetundis leges prioribus sunt severiores, auctore Tullio. Vide quoque Anton. Augustinum et Paullum Manutium de legibus et Sigonium lib. II. de iudiciis. Sententia Ciceronis haec est: Cum ego de iure meo, quod mihi Cornelia dat, decedo, non est quod conqueramini. Non fit hoc vestro damno, sed potius commodo. Restituo vobis legem *Aciliam*, hoc est, permitto quaestionem hanc haberi lege *Acilia*, non lege Servilia, quae prima tulit, ut comperendinetur, quod licet abrogaverit lex *Acilia*, revocavit tamen haec atrox lex Cornelia. Utram legem putas molliorem esse, Serviliamne, cuius permissu licet comperendinare et tua crimina latius explicare et pluribus persequi, an illam vetustiorem, qua quidem una actione res peragebatur et saepius peracta est, sed qua tamen iudices poterant ampliare. *Ego*, pergit, *illam tibi Aciliam restituo*. Per me licet utaris lege *Acilia*. *Puta*, hoc est, finge aut crede nunc te causam dicere non hac atroci Cornelia lege, qua nunc omnes dicunt huius criminis rei, sed illa mitissima *Acilia*, quae una actione accusandi et respondendi absolvitur. Ego non recuso, quin iudices secundum legem *Aciliam* sine ampliatione et comperendinatione, tot luculentis testimoniis furtorum et facinorum tuorum inducti, pronuntiaturi sint et te damnaturi sine comperendinatione, quam nunc, tamquam pro te faciat, inepte iactant tui patroni." Hactenus Graevius. Iam audiamus I. A. Ernestium in indice legum sic disputantem:

„In hoc loco haesit Hotomanus Obss. I. 14. qui negat, *Aciliam* „hic locum habere; in cuius rationibus refellendis longus est Graevius „ὁ πάνυ ad l. c. Omnis Hotomani disputatio hoc uno concidet, si „probare poterimus doctis, falsum esse, quod volgo omnes sumunt,

„*Aciliam* esse posteriorem *Servilia:* quae opinio negotium nobis in „loco illo facessat necesse est. Nam paraphrasis Graeviana non tribuit „sententiam facilem et naturalem. Duas leges commemorat Cicero, „*Aciliam* et *Serviliam*, cuius caput de comperendinatione in *Corneliam* „translatum erat, quod acerbiora iudicia efficeret; quod sane non fe- „cisset, si acerbius esset, semel dicta causa, pronuntiare. Acerbitas „autem legum, uti constare poterat Graevio, non solum posita est in „poenis, sed etiam in forma iudicii, qua arctius constringitur reus; „quod ex multis legibus intelligi potest, in quibus sola forma iudicii „mutata est et severior constituta. Iam, pergit Cicero, *utram putas* „*molliorem?* quod ita intelligatur necesse est, *Aciliamne putas an* „*Serviliam molliorem?* Neque enim de alia dixerat. Ex quo illud „quoque cogitur, ut pronomina *illam*, *illa*, *hac*, ad has duas leges „referantur. *Illa* ergo cum ad *Aciliam* pertineat, *hac* ad *Serviliam* „referatur necesse est, non ad *Corneliam*, nisi quatenus hoc caput „commune habuit cum *Servilia*. Iam Cicero statim post *utram* dicit: „*opinor illam veterem*. Sed hanc veterem paulo post appellat *mitio-* „*rem:* quod qua formam iudicii in *Aciliam* convenit. Item, sumpto „hoc, *illam veterem* molliorem esse, subiungit: *Atqui ego tibi illam* „*Aciliam restituo*, ut non sit, quod conquerare. Manifestum est, „*illam veterem* et *illam Aciliam* eandem esse. Nam quod Graevius „per *veterem* aliam superiorem *Servilia* et *Acilia* intelligi putat, non „vero simile est. Dicit enim *illam* veterem: pronomen *illam* neces- „sario ad aliquid, de quo iam dictum, pertinet. Sed de nulla alia „dictum nisi de *Acilia*, ad quam referri possit. Haec explicatio ex „regulis grammatices et naturali verborum consecutione ita certa mihi „videtur, ut nemo dubitare possit. Itaque vel ex hoc mihi videtur „confici, *Aciliam* esse *Servilia* priorem. *Aciliae* legi nemo eorum, „quos consului de hac lege scriptores, annum certum tribuit. Unde „igitur constat, *Servilia* posteriorem? Nec tempus nec ratio repugnat, „quo minus *Acilia* prior *Servilia* sit. Ipsa autem forma iudicii, quae „acerbior est in *Servilia*, vero simile etiam facit. Lex *Servilia* lata „est a. u. 653. V. in *Servilia Lex*. Filius Acilii eius, qui hanc „legem tulit, consul fuit a. u. 686. Tum temporis ad minimum qua- „draginta et tres annos natus erat. Inter hunc consulatum ergo et „annum legis *Serviliae* interiecti sunt anni omnino XXXII. Quid im- „pedit, quo minus Acilius pater ante hoc tempus tribunus plebis esset? „Nam tribuniciam hanc legem esse non dubitant, quod sciam. Quod „Cicero Act. I. in Verr. c. 17. ex ea lege dicit severissimis iudicibus „usum populum, ipsamque legem *severissimam* appellat Asconius: fuit „severa, quando severitatem *Calpurniae* et *Iuniae* auxit. sed quod „hanc rationem addit Asconius, *ut qua ne comperendinari quidem* „*liceret reum:* nonne potuit accidere Asconio, quod multis Gramma- „ticis accidisse docti sciunt, atque etiam Asconio, (v. *leges Sacratae*,) „ut in rationibus reddendis aliquando aberraret a vero? et aequumne „est, propter hanc explicationem Asconii vim facere legibus gram- „matices in explicando loco Ciceroniano? quem locum, nisi tenebras

„offunderet locus Asconii, omnes ita interpretarentur, ut, semel causa „dicta, pronuntiari posse, mitius sit comperendinatu, atque ut adeo „ipsa *Acilia* mitior sit quam *Servilia;* quando in omnibus aliis legibus „comperendinatio maius reo periculum creat. Cicero, ut hoc etiam „addam, non dicit: *ereptum esse lege Acilia comperendinatum*, ac „necessario primum causa dicta pronuntiatum esse, non licuisse am„pliare; sed primum causa dicta *licuisse* pronuntiare. Quodsi post „*Serviliam Acilia* lata esset et severitatis causa comperendinatus adem„ptus reis, dicendum fuisset necessario, *oportebat* primum dicta causa „pronuntiari." Hactenus Ernesti.

Lex Calpurnia de repetundis lata est a. u. 604. a *Calpurnio Pisone Frugi* tribuno plebis. Eam a. u. 649. secuta est Servilia de repetundis, lata a *Servilio Glaucia* tribuno plebis, qua primum constitutum est, ut comperendinaretur reus; antea per legem Calpurniam vel iudicari primo poterat reus, vel amplius pronuntiari a iudicibus, cum scilicet iudices declararent sibi alterutrius partis actionem nondum liquere. Post Serviliam *Acilia* lata est a. u. 652. a *M'. Acilio Glabrione* tribuno plebis, qua constitutum est, ut causae repetundarum una actione peragerentur et absolverentur, ut prima actione iudices vel iudicarent vel amplius pronuntiarent. Hanc *Aciliam* legem viginti annis post secuta est lex *Cornelia* de repetundis, quae comperendinationem lege *Acilia* sublatam restituit et graviores iis, qui damnati essent, poenas addidit. Haec lex *Cornelia* valebat eo ipso tempore, quo Cicero Verrem repetundarum accusabat.

Totus igitur locus Ciceronis, de quo dissentiunt viri docti ante nominati, mea quidem sententia sic explicandus est. *Adimo enim comperendinatum*, h. e. tu mihi obiicis, Hortensi, me comperendinatum tibi adimere, lege qua nunc utimur Cornelia restitutum. *Quod habet lex* (Cornelia) *in se molestissimum, bis ut causa dicatur, aut mea causa potius est constitutum, quam tua, aut nihilo tua potius, quam mea. Nam si bis dicere est commodum, certe utriusque commune est. Si eum, qui posterius dixit*, (i. e. reum, qui in actione priore secundo loco dixerat,) *opus est redargui, accusatoris causa, ut bis ageretur, constitutum est*, (qui scil., ut recte Manutius monuit, cum ultimo loco in comperendinatione dicat, defensorem redarguit; ita melior eius quam defensoris conditio est). *Verum ut opinor* (Servilius) *Glaucia primus* (a. u. 649.) *tulit, ut comperendinaretur reus, antea* (lege Calpurnia, quam hac ex parte post Serviliam Acilia restituit) *vel iudicari primo poterat, vel* (si iudices dicerent sibi non liquere) amplius *pronuntiari. Utram igitur putas legem molliorem? opinor illam veterem* (Calpurniam ab Acilia lege revocatam) *qua vel cito absolvi* (si prima actione statim iudicarent iudices,) *vel tarde condemnari licebat:* (nempe si iudices amplius pronuntiassent. Ita L. Cottae ab Africano iuniore accusati causa septies ampliata est: Valer. Max. VIII. 1.) *Ego tibi illam Aciliam legem restituo* (qua comperendinatio a Servilia instituta iterum sublata est), *qua lege multi semel accusati, semel dicta causa, semel auditis*

testibus, condemnati sunt, nequaquam tam manifestis neque tantis criminibus, quantis tu convinceris. Puta te non hac tam atroci (Cornelia scilicet, ut recte Manutius explicat, qua nunc utimur), *sed illa lege mitissima* (Acilia) *causam dicere. Accusabo; respondebis; testibus editis ita mittam* (iudices ad sententiam ferendam) *in consilium, ut etiam, si lex* (Acilia) *ampliandi faciat potestatem, tamen isti turpe sibi existiment* (in re tam manifesta) *non primo iudicare.* Et hac quidem ratione si locus explicetur, nihil superest, quod quemquam morari possit. Schütz.

Schützii artificiosae explicationi longe praeferenda est Ernestii sententia, probata illa etiam Garatonio et Zumptio, qua Aciliam antiquiorem, Serviliam recentiorem, illam (de Ciceronis saltem opinione) mitiorem, hanc severiorem, et flocci faciendam esse Pseudo-Asconii adnotationem, quae tamdiu fucum fecit viris doctissimis, recte statuitur. De anno, quo Acilia lata sit, non constat. Quod Schützius eam a. u. 652. latam dicit, in eo temere secutus est Pighium (Ann. Rom. T. III. p. 169.), qui de sua coniectura auctorem legis illi anno tribunum plebis adscripsit: cum aliquot utique annis ante ponendus esset. Neque C. A. C. Klenze nos perturbabit in Proleg. Fragm. Legis Serviliae p. X. sq. eorum opinionem, qui Aciliam ante Serviliam ponendam esse coniiciunt, refelli ratus eo, quod nulla repetundarum lex praeter Iuniam et Calpurniam in Servilia commemoratur. Haec enim res ita tantum alicuius momenti foret, si Servilia lex integra exstaret. Nunc vero id ipsum caput, in quo vel maxime Acilia commemorari poterat, *de comperendinando reo*, nobis deest. Legis fortasse Aciliae fragmenta novissime cum commentario edidit Klenze in Rhein. Mus. f. Philol. Gesch. u. griech. Philos. Zweiten Jahrg. I. Heft. p. 28—49. Cf. Hauboldi Antiq. Rom. Monum. Legalia p. 74.

Acilia Calpurnia. Vid. Calpurnia *de ambitu.*

Acilia Didia.

Numquam cum Didio Acilius consul fuit, sed Caecilius. Itaque docti viri pro Sestio c. 64. legendum recte censent: *Caecilia Didia.* Nam leges *Aelia, Iunia Licinia, Caecilia Didia*, fuere de comitiis habendis et legum ferendarum modo. Itaque saepe apud Ciceronem iunguntur. Vid. v. c. ad Att. II. 9. et sic hoc loco iunguntur *Caecilia Didia, Licinia Iunia.* Ern.

Aebutia.

„Cum *proletarii* et *assidui* et *sanates* et *vades* et *subvades* et *viginti quinque asses* et *taliones furtorumque quaestiones cum lance et licio* evanuerint, omnisque illa duodecim tabularum antiquitas, nisi in legis actionibus centumviralium causarum, lege *Aebutia* lata consopita sit: studium scientiamque praestare debeo iuris et legum vocumque earum, quibus utimur." A. Gellius XVI. 10, 8. — „Istae omnes legis actiones paulatim in odium venerunt. namque ex nimia subtilitate

veterum, qui tunc iura condiderunt, eo res perducta est, ut vel qui minimum errasset litem perderet. itaque per legem *Aebutiam* et duas Iulias sublatae sunt istae legis actiones, effectumque est ut per concepta verba, id est, per formulas litigaremus. Tantum ex duabus causis permissum est lege agere: damni infecti, et si centumvirale iudicium fit." Gaius IV. 30.

Diversa est altera

Aebutia.

„Leges sunt veteres, neque eae consulares, sed tribuniciae, vobis maioribusque vestris vehementer gratae atque iucundae. Licinia est lex atque altera *Aebutia*, quae non modo eum, qui tulerit de aliqua curatione ac potestate, sed etiam collegas eius, cognatos, affines excipit, ne eis ea potestas curatiove mandetur." de lege agr. II. 8, 21.

Utramque *Aebutiam* male intellecto Gellii loco, quem Gaius egregie illustrat, confundunt Pighius Ann. Rom. T. II. p. 98. sq. eumque secutus Schützius in Indice legum, atque *T.* et *C. Aebutiis* tribunis plebis a. u. 520. tribuunt. Multo rectius Ernestius, quem non deserere debebat Indicis Ernestiani recentissimus editor *A. H. Rein*, omissa mentione alterius legis a Cicerone non memoratae: „*Aebutia* lata est ab *Aebutio*, incertum quo et quo tempore:" quod de utraque verum est. Conf. Bachii Hist. Iurispr. Rom. II. 2. §. 28. et §. 95.

Aelia *de coloniis deducendis.*

„Exitu anni huius (u. c. 559.) *Q. Aelius Tubero* tribunus plebis ex senatus consulto tulit ad plebem, plebesque scivit, ut Latinae duae coloniae, una in Bruttios, altera in Thurinum agrum deducerentur. his deducendis triumviri creati, quibus in triennium imperium esset." Liv. XXXIV. 53.

Aelia et Fufia.

„Quaero a te, cur C. Cornelium non defenderem; num legem aliquam Cornelius contra auspicia tulerit: num *Aeliam*, num *Fufiam* legem neglexerit" cet. Vatin. 2, 5. — „Simul etiam illud volo uti respondeas, cum te tribuno plebis esset etiam tum in re publica lex *Aelia* et *Fufia*: quae leges saepenumero tribunicios furores debilitarunt et represserunt; quas contra praeter te nemo unquam est facere conatus; (quae quidem leges anno post, sedentibus in templo duobus non consulibus sed proditoribus huius civitatis ac pestibus, una cum auspiciis, cum intercessionibus, cum omni iure publico conflagraverunt:) ecquando dubitaris contra eas leges cum plebe agere et concilium convocare? num quem ex omnibus tribunis plebis, quicunque seditiosi fuerint, tam audacem audieris fuisse, ut unquam contra legem *Aeliam* aut *Fufiam* concilium advocaret?" Vatin. 7, 18. — „Simulque mihi responde tu, qui nos, qui de communi salute consentimus, tyrannos vocas, fuerisne non tribunus plebis, sed intolerandus ex coeno nescio qui atque

ex tenebris tyrannus? qui primum eam rem publicam, quae auspiciis inventis constituta est, iisdem auspiciis sublatis conarere evertere, deinde sanctissimas leges, *Aeliam* et *Fufiam* dico, quae in Gracchorum ferocitate et in audacia Saturnini et in colluvione Drusi et in contentione Sulpicii et in cruore Cinnano etiam inter Sullana arma vixerunt, solus conculcaris ac pro nihilo putaris." Vatin. 9, 23. — „Leges dicit *Aeliam* et *Fufiam*, quae non sinebant prius aliqua de re ad populum ferri, quam comitia haberentur ad designandos magistratus." Schol. Bob. in Vatin. p. 319. — „Atque illud etiam audire a te cupio, quare, cum ego legem de ambitu tulerim ex senatus consulto, tulerim sine vi, tulerim salvis auspiciis, salva lege *Aelia* et *Fufia*, tu eam esse legem non putes." Vatin. 15, 37. — „Quare aut vobis statuendum est, legem *Aeliam* manere, legem *Fufiam* non esse abrogatam, non omnibus fastis legem ferri licere; cum lex feratur, de caelo servari, obnuntiari, intercedi licere" cet. de Provinc. cons. 19, 46. — **„Iisdem consulibus sedentibus atque inspectantibus lata lex est, ne auspicia valerent, ne quis obnuntiaret, ne quis legi intercederet: ut omnibus fastis diebus legem ferri liceret: ut lex *Aelia*, lex *Fufia* ne valeret: qua una rogatione quis est qui non intelligat universam rem publicam esse deletam?"** pro Sestio 15, 33. — „Quo inspectante ac sedente legem tribunus plebis tulit, ne auspiciis obtemperaretur: ne obnuntiare concilio aut comitiis, ne legi intercedere liceret: ut lex *Aelia* et *Fufia* ne valerent: quae nostri maiores certissima subsidia rei publicae contra tribunicios furores esse voluerunt." Post redit. in sen. 5, 11. — „Alter, qui ita se in populari ratione iactarat, ut auspicia, legem *Aeliam*, senatus auctoritatem, consulem, collegas, bonorum iudicium nihil putaret, aedilitatem petivit cum bonis viris." pro Sestio 53, 114. — „Ergo his fundamentis positis consulatus tui triduo post, inspectante et tacente te, a [P. Clodio], fatali portento prodigioque rei publicae, lex *Aelia* et *Fufia* eversa est, propugnacula murique tranquillitatis atque otii." in Pison. 4, 9. (Verba *P. Clodio* non solum apud Asconium, sed etiam in codice Ciceronis Ambrosiano *C.* 96. post editum Asconium a me inspecto, desunt.) — „Diximus L. Pisone et A. Gabinio coss. P. Clodium tribunum plebis quattuor leges perniciosas populo Romano tulisse: - - - alteram, ne quis per eos dies, quibus cum populo agi liceret, de caelo servaret, propter quam rogationem ait legem *Fufiam* et *Aeliam*, propugnacula et muros tranquillitatis atque otii, eversam esse: obnuntiatio enim, qua perniciosis legibus resistebatur, quam *Aelia* lex confirmaverat, erat sublata." Ascon. in Pison. p. 9. — „Centum prope annos legem *Aeliam* et *Fufiam* tenueramus: quas leges ausus est non nemo improbus, potuit quidem nemo convellere." in Pison. 5, 10. — „Sustulit duas leges *Aeliam* et *Fufiam*, maxime rei publicae salutares." de harusp. resp. 27, 58. — „Lurco autem tribunus plebis solutus est et *Aelia* et *Fufia*, ut legem de ambitu ferret." ad Att. I. 16, 13. — „Festive, mihi crede, et minore sonitu quam putaram orbis hic in re publica est conversus: citius omnino quam oportuit, culpa Catonis, sed rursus improbitate

istorum, qui auspicia, qui *Aeliam* legem, qui Iuniam et Liciniam, qui Caeciliam et Didiam neglexerunt." ad Att. II. 9, 1. — „Lege Iunia et Licinia (C. Catonem) scis absolutum: *Fufia* ego tibi nuntio absolutum iri." ad Att. IV. 16, 5.

A. u. c. 597. tribuni plebis fuerant Q. Aelius Paetus et M. Fufius. Iam Pighius ad hunc annum: „Aeliam, inquit, et Fufiam (ut vetusta correcte nomen hoc produnt exemplaria) leges de iure et tempore comitiorum celebres, quarum M. Tullius saepe mentionem in quibusdam suis orationibus facit, hoc quasi anno latas esse, ex eodem colligere est. Tulere duo tribuni plebis Aelius et Fufius, de quibus nil aliud singillatim memoria proditum reperimus. In Vatiniana sua Cicero sanctissimas istas leges Aeliam et Fufiam asserit in Gracchorum ferocitate et in audacia Saturnini et in colluvione Drusi et in contentione Sulpicii et in Cinnano cruore (*furore* alii fortasse melius) etiam inter Sullana arma vixisse. Constat igitur ante Gracchana tempora latas fuisse. In Pisoniana quidem demonstrat quid amplius, et ante bellum Punicum tertium latas insinuat his paucis verbis: *Centum prope annos leges Aeliam et Fufiam tenueramus.* Si prope centum annos, ut ait, in usu remanserunt, hoc fere latas anno poterimus opinari, qui a P. Clodii tribunatu plebis, in quo sunt abrogatae, reperitur esse nonagesimus octavus. Duas autem fuisse leges, recte vir doctissimus P. Manutius existimat. Nam licet quaedam Ciceronis loca videantur de una a duobus lata lege loqui, in aliquibus tamen illud vitii librariorum culpae potius quam Ciceronis negligentiae tribui debere videtur, si ipsa diligentius verba consideramus, ut illa iam adducta. Quae cum in exemplaribus antiquo more scriptis ni fallor sic expressa reperiuntur CENTUM PROPE ANNOS LEGG. AELIAM ET FUFIAM TENUERAMUS, ipsi temere vocem LEGG. breviter notatam explicaverunt in LEGEM, non uti debebant in LEGES. Quod ipsum multo clarius cognosci potest ex aliis Ciceronis verbis eiusdem invectivae paulo superius, ubi cum sic antiqua scribendi formula haberetur: A P. CLODIO FATALI PORTENTO PRODIGIOQUE REIP. LEGG. AELIA ET FUFIA EVERSAE, PROPUGNACULA MURIQUE TRANQUILLITATIS ATQUE OTII, exscriptores item LEGG. perperam in LEX, et EVERSAE, in EVERSA mutavere, cum tamen verba sequentia multitudinis numero prolata (*propugnacula murique*) aperte flagitent apponendam sibi vocem eiusdem numeri et ostendunt *leges* non *lex* scribi debere. Similes errores sunt item in Vatiniana et in aliis locis. Sic in Asconio Pediano, Ciceronis commentatore vetusto, quae hic brevitatis causa praetereo. Quare mihi quoque persuasum est duas fuisse leges a duobus collegis tribunis plebis eodem anno latas: cum Cicero simul eas fere citet, vix umquam separet. Nam ambo comitiorum iura depravata ex Numae regis maiorumque legibus reformasse videntur, cum iam inclinatis ad vitia civium animis prisca cum populo agendi religio per ambitionem et avaritiam civium passim conculcari coepisset. Utriusque legis sententiam diligenter ex Ciceronis verbis Manutius excussit, ex quibus simul collatis palam nobis fit,

quod Aelia lex iusserit, *uti comitiis ferendarum legum non minus quam magistratuum creandorum de caelo servandi, obnuntiandi intercedendique ius atque potestas esset*; Fufia vero caverit, *ne fastis diebus agere cum populo legum ferendarum causa fas esset.* Has igitur mirifice commendat ubique Tullius, quasi certa adversus tribunicios furores subsidia." Hactenus Pighius, et recte quidem, si quid video. Ernestius vero legem Aeliam ab auctore *Q. Aelio* consule a. u. c. 586. latam esse contendit, additque Pighium tribuniciam putare a. u. DXVI. latam, (quo in numero vitium est per aliquot editiones Clavis Ciceronianae [etiam novissimam a Reinio curatam] propagatum; Pighius enim legem Aeliam et Fufiam anno urbis conditae DXCVII. assignat): quod per locum orationis in Pison. credi non posse. At enim eo loco Cicero ait: *centum prope annos legem Aeliam et Fufiam tenueramus;* scil. ante Pisonis et Gabinii consulatum, qui incidit in a. u. 695. Ergo ab a. u. c. 597., quo Pighius legem Aeliam et Fufiam latam esse contendit, usque ad a. u. 695. effluxerunt octo et nonaginta anni h. e. prope centum, ut Cicero diserte dixit. Si vero lex Aelia, ut Ernestius putabat, a. u. 586. lata esset, inde usque ad consulatum Pisonis et Gabinii effluxissent anni CIX., ut Ciceroni dicendum potius fuisset: *ultra centum annos legem et Aeliam et Fufiam tenueramus.* Ceterum Ernestius de lege Aelia sic disserit: „Aelia lege cautum est, ut, quoties comitia essent, 1) *de caelo servare liceret;* 2) *obnuntiare liceret, obnuntiationique cedere necesse esset;* 3) *intercedere magistratus pares et tribuni possent:* ut intelligitur ex orat. pro Sestio c. 15. et de provinc. cons. c. 19. Eam in Pison. c. 4. centum annis ante Pisonis et Gabinii consulatum latam ait Cicero: quod etsi non ad litteram accipiendum, tamen non multo longius tempus intercessisse clarum est: idque convenit satis cum anno, quem nos posuimus. Nam locus ad Att. I. 16., ubi Lurco cum lege Aelia inisse magistratum dicitur, haud dubie est corruptus, de eoque alibi dicemus. Sed de primis duobus legis capitibus aliquid monendum. Primo haec lex tantum ad comitia legibus ferendis pertinet. Nam in comitiis magistratibus creandis non licet servare de caelo, nisi quis ante ostenderit se servaturum, ut e Philippica secunda constat. Deinde *servare de caelo*, ut mea fert opinio, non ad omne auspiciorum genus pertinet, sed ad unum certum: Iove fulgente non possunt fieri comitia. Itaque *servare de caelo* est *caelum contemplari, si qua parte fulgur exsistat aut tonitru.* Cum consul in auspicio est, v. c. nocte, quae est ante diem, qua procedit, non dicitur *de caelo servare*, sed *auspicari*, neque de ullo auspicii genere invenies nisi de hoc uno dici *servare de caelo.* Iam quia, qui servabat de caelo, ostendebat se velle impedire comitia, et quia, si vellet, poterat, nuntiato sive vero sive ficto auspicio: eo ipso comitia tollebantur, quod quis de caelo se servare aut servaturum dicebat. Itaque nunquam servatum de caelo, quin comitia tollerentur. Cicero in Vatin. c. 7: *Num quem post urbem conditam scis tribunum plebis egisse cum plebe, cum constaret servatum esse de caelo?* Philipp. II. 32: *Quisquamne divi-*

nare potest, quid vitii in auspiciis futurum sit, nisi quis de caelo servare constituit? Nam qui hoc constituit eo animo facit, ut impediat comitia, unde facilis divinatio. Conf. pro domo c. 15. Haec confirmantur egregio loco Dionis Cassii lib. XXXVIII. c. 13. p. 66. extr. (ed. Reimar. p. 160. init.) de lege a Clodio lata, qua solutus est lege Aelia. Porro *servare de caelo* est magistratuum et, si magistratus iubeat, augurum: unde male nonnulli primum caput legis Aeliae sic concipiunt, *ut augures de caelo servarent.* Itaque et tribunus plebis Sestius de caelo servasse traditur, pro Sest. c. 36. Augures porro *nuntiare* vitium auspiciorum possunt magistratui, sed non *obnuntiare*, h. e. *dicere* ALIO DIE: hoc est magistratibus proprium. Philipp. II. 32."

Hactenus Ernesti. Iam locos Ciceronis de lege Aelia diligentius expendemus. Pro Sestio c. 15: *Iisdem consulibus — universam rem publicam esse deletam.* De provinc. cons. c. 19: *Nam si illud iure rogatum* (a Clodio de proscriptione mea) *dicere ausi sunt, quod nullo exemplo fieri potuit, nulla lege licuit, quia nemo de caelo servarat: oblitine erant, tum cum ille, qui id egerat, plebeius est lege curiata factus, dici de caelo esse servatum* (nempe a Bibulo); *qui si plebeius omnino esse non potuit, qui tribunus plebis potuit esse? et cuius tribunatus si ratus est, nihil est, quod irritum ex actis Caesaris possit esse, eius non solum tribunatus ratus, sed etiam perniciosissimae res, auspiciorum religione conservata, iure latae? Quare aut vobis statuendum est*, legem Aeliam *manere*, legem Fufiam *non esse abrogatam* cet. Ex duobus bis locis manifestum est legem Aeliam et legem Fufiam diversas leges fuisse, alteram ab Aelio, alteram a Fufio latam. Schütz.

Duas leges fuisse Aeliam et Fufiam nemo veterum disertius declaravit quam auctor orationis de haruspicum responsis loco supra allato. Tamen equidem duas fuisse pro certo affirmare non ausim. Sunt enim loci quidam, in quibus, nisi contra codices mutantur, et Cicero et Asconius de Aelia et Fufia manifesto ut de una lege loquuntur. In aliis locis utrum una vel duae leges intelligendae sint dubium est. Ubi denique Tullius (Pseudo-Ciceronem non magis moror quam Scholiastam Bobiensem) revera Aeliae et Fufiae tamquam duarum legum mentionem fecit, id etiam oratorie facere potuit, cum praesertim constans mos eius leges a duobus collegis latas tamquam duas addita copula efferendi (*Caecilia et Didia, Gellia et Cornelia, Iunia et Licinia, Licinia et Mucia, Terentia et Cassia*) facile numerum pluralem pareret. Quod autem Cicero bis legem *Aeliam*, semel legem *Fufiam* separatim uno nomine appellaverit, ne id quidem controversiam potest dirimere, cum non raro una lex a duobus collegis lata ex uno tantum auctore nominetur, ut ea, quam consules Tarpeius et Aternius tulerunt, modo *Tarpeia*, modo *Aternia*, et ea, quam promulgarunt Licinius et Sextius tribuni plebis, plerumque simpliciter *Licinia* appellata est. Quidquid autem de ea re statuatur, in hoc saltem mihi indulsi, ut omnes locos, in quibus Aeliae et Fufiae vel coniunctim vel sepa-

ratim mentio fit, in unum congererem, ne infra ad Fufiam legem eadem fere quae hic iterum scribenda essent.

Aelia Sentia.

„Cum lex [*Aelia Sentia*] assiduo vindicem assiduum esse iubeat, locupletem iubet locupleti: locuples enim est *assiduus*, ut ait Aelius, appellatus ab *asse dando*." Top. 2, 10. conf. Boëth. p. 291.

Lex *Aelia Sentia* de manumissionibus satis nota est ICtis; sed ea est consulum a. u. 756. adeoque post mortem Ciceronis, tempore Augusti, lata. Porro consules Aelium et Sentium quendam simul ante Topica scripta fuisse aut praetores aut tribunos plebis (nam et a duobus tribunis plebis leges nominari lex Carbonis et Silvani docet) non reperimus. Itaque cum a melioribus Codd. nomen huius legis absit, eaque lex, quae assiduo iubet assiduum vindicem esse, sit e XII. Tabb. petita, hoc legis nomen non potest esse a Cicerone. Corruptioni locum dedit nomen Aelii, quod statim subiicitur. Nam quod Norisius Cen. Pis. Diss. III. 9. *Sentiam* esse putat a librario, *Aeliam* esse ius Aelianum; quod valde placebat Heineccio: id probari propterea non potest, quia lex commemorata est lex quae proprie dicitur e XII. tabulis. I. Cannegieterus V. C. de Notis p. 316. tentat, *Lex apud Aelium Sextum*. Non placet. Ern. Conf. Orellium ad Ciceronis Topica p. 377. edit. minoris.

Aemilia *de censura minuenda.*

„Dictator (iterum *Mam. Aemilius* a. u. 320.) censuram minuere parat, seu nimiam potestatem ratus, seu non tam magnitudine honoris quam diuturnitate offensus. Contione itaque advocata ait, alios magistratus annuos esse, quinquennalem censuram; grave esse iisdem per tot annos magna parte vitae obnoxios vivere. se legem laturum, ne plus quam annua ac semestris censura esset. Consensu ingenti populi legem postero die pertulit. — Censores (C. Furius M. Geganius) aegre passi *Mamercum*, quod magistratum populi Romani minuisset, tribu moverunt octuplicatoque censu aerarium fecerunt." Liv. IV. 24. — „Ap. Claudius censor (a. u. 441.) circumactis decem et octo mensibus, quod *Aemilia* lege finitum censurae spatium temporis erat, cum C. Plautius collega eius magistratu se abdicasset, nulla vi compelli ut abdicaret potuit. P. Sempronius erat tribunus plebis, qui finiendae censurae intra legitimum tempus actionem susceperat, non popularem magis quam iustam, nec in volgus quam optimo cuique gratiorem. is cum identidem legem *Aemiliam* recitaret, auctoremque eius *Mam. Aemilium* dictatorem laudibus ferret, qui quinquennalem ante censuram et longinquitate potestatem dominantem intra sex mensum et anni coegisset spatium," cet. Liv. IX. 33. 34.

Aemilia *sumptuaria*. Vid. Sumptuariae.

Aemilia *de libertinorum suffragiis.*

„*M. Aemilius Scaurus* consul (a. u. 638.) legem de sumptibus et *libertinorum suffragiis* tulit." Aurelius Victor de viris illustr. 72.

Agrariae: *Cassia, Licinia, Flaminia, Mamilia, Semproniae, Thoria, Marcia, Appuleia, Titia. Liviae, Plotia, Corneliae, Servilia, Flavia, Iulia, Antonia.*

Legum agrariarum fragmenta vel leges collectas habemus in Goesii scriptt. rei agrariae p. 329 sqq. Ern.

Alimentaria. Vid. Scriboniae.

De Ambitu.

„Placet tollendae ambitionis causa tribunos legem promulgare, *ne cui album in vestimentum addere* (i. e. togam creta candidiorem reddere) *petitionis liceret causa*. parva nunc res et vix serio agenda videri possit, quae tunc ingenti certamine patres ac plebem accendit. vicere tamen tribuni ut legem perferrent." Liv. IV. 25.

Haec prima lex *de ambitu* lata est a. u. c. 321. Eam secutae sunt praeter alias incertorum auctorum *Poetelia, Cornelia Baebia, Calpurnia, Tullia, Aufidia, Licinia, Pompeia.*

Ampii et Labieni *de Cn. Pompeio.*

„Absente Cn. Pompeio *T. Ampius* et *T. Labienus* tribuni plebis (a. u. 690.) legem tulerunt, ut is ludis Circensibus corona laurea et omni cultu triumphantium uteretur, scenicis autem praetexta coronaque laurea. Id ille non plus quam semel, et hoc sane nimium fuit, usurpare sustinuit." Vellei. II. 40, 4. — *Οὐ μὴν οὐδ᾽ ἄλλην τινὰ τιμὴν ὑπέρογκον λαβεῖν* (Pompeius) *διεπράξατο, ἢ τοῖς γε ψηφισθεῖσιν ἀπόντι οἱ πλὴν ἅπαξ ἐχρήσατο. ἦν δὲ ταῦτα, δαφνοφορεῖν τε αὐτὸν κατὰ πάσας ἀεὶ τὰς πανηγύρεις, καὶ τὴν στολὴν, τὴν μὲν ἀρχικὴν ἐν πάσαις αὐταῖς, τὴν δὲ ἐπινίκιον ἐν τοῖς τῶν ἵππων ἀγῶσιν ἐνδύνειν. ταῦτα γὰρ αὐτῷ συμπράσσοντος ἐς τὰ μάλιστα τοῦ Καίσαρος καὶ παρὰ τὴν τοῦ Κάτωνος τοῦ Μάρκου γνώμην ἐδόθη.* Dio Cassius XXXVII. 21.

Annales.

„Quid est enim P. C. cur eum (C. Caesarem) non quam primum amplissimos honores capere cupiamus? Legibus enim *annalibus* cum grandiorem aetatem ad consulatum constituebant, adolescentiae temeritatem verebantur: C. Caesar ineunte aetate docuit, ab excellenti eximiaque virtute progressum aetatis exspectari non oportere. Itaque maiores nostri, veteres illi, admodum antiqui, leges annales non habebant (*Apud maiores cunctis civium, si bonis artibus fiderent, licitum petere magistratus; ac ne aetas quidem distinguebatur, quin prima iuventa consulatum ac dictaturas inirent.* Tacit. Ann. XI. 22.): quas multis post annis attulit ambitio, ut gradus essent petitionis inter

aequales. Ita saepe magna indoles virtutis, prius quam rei publicae prodesse potuisset, exstincta fuit. At vero apud antiquos Rulli, Decii, Corvini multique alii, recentiore autem memoria superior Africanus, T. Flamininus, admodum adolescentes consules facti tantas res gesserunt, ut populi Romani imperium auxerint, nomen ornarint. Quid? Macedo Alexander, cum ab ineunte aetate res maximas gerere coepisset, nonne tertio et tricesimo anno mortem obiit? quae est aetas nostris legibus decem annis minor quam consularis. Ex quo iudicari potest, virtutis esse quam aetatis cursum celeriorem." Philipp. V. 17, 47 sq.

Villia.

„Eo anno (u. c. 573.) rogatio primum lata est ab *L. Villio* tribuno plebis, quot annos nati quemque magistratum peterent caperentque. inde cognomen familiae inditum, ut *Annales* appellarentur." Liv. XL. 44.

Pinaria.

„Olim *Rusca* cum legem ferret annalem, dissuasor M. Servilius *Dic mihi*, inquit, *M. Pinari, num, si contra te dixero, mihi male dicturus es, ut ceteris fecisti? Ut sementem feceris, ita metes*, inquit." de Orat. II. 65, 261.

Annales sunt, quibus constitutum est, quo anno cuique magistratus petere liceret: quo si quis creatur, v. c. consul, *anno suo* consul factus dicitur, vid. Agr. II. 2. Tulit primus accuratius *Villius*, tribunus plebis, A. Postumio Albino et Q. Fulvio Flacco coss. Liv. XL. 44. Manut. de Legg. c. 6. Nam etsi Livius l. c. primum ab eo de ea re latum esse dicit: tamen idem iam ante eum de tempore honorum petendorum leges fuisse dubitare nos non sinit XXV. 2. Sed anni singulorum non definiti erant, ut lege Villii, verum universe, quae aetas matura esset honoribus petendis. Vid. Sigonius et Pighius, inprimis Dukerus ad Liv. l. l. c. c. Anni autem constituti sunt Villia lege quaesturae 31, aedilitati 37, praeturae 40, consulatui 43. Nam his annis Cicero hos magistratus gessit, qui *suo* se quemque *anno* gessisse praedicat (de Offic. II. 17, 59.): nec audiendi, qui aut annum 27, ut Zamoscius de Senat. p. m. 25., aut annum 25. ponunt, ut Dodwell. Prael. Camd. Dicuntur hae leges etiam *annariae* apud Festum et Lamprid. in Commodo c. 2. Ex annali lege *M. Pinarii Ruscae* tribuni plebis nihil restat, nec aetas eius satis certa. Ern. Pighius Annal. Rom. T. III. p. 16. eam anno u. c. 622. assignavit. Conf. etiam Cornelia *de magistratibus*.

Antia. Vid. Sumptuariae.

Antoniae.

„Servabant auspicia reges; quae hic consul augurque neglexit, neque solum legibus contra auspicia ferendis, sed etiam collega una ferente eo, quem ipse ementitis auspiciis vitiosum fecerat." Philipp. III. 4, 9. conf. VI. 2, 3. — „Eas leges, quas *M. Antonius* tulisse

dicitur, omnes censeo per vim et contra auspicia latas, iisque legibus populum non teneri. Si quam legem *de actis Caesaris confirmandis, deve dictatura in perpetuum tollenda, deve coloniis in agros deducendis*, tulisse M. Antonius dicitur, easdem leges de integro, ut populum teneant, salvis auspiciis ferri placet. Quamvis enim res bonas vitiose per vimque tulerit, tamen hae leges non sunt habendae." Philipp. V. 4, 10. — „Acta M. Antonii rescidistis; leges refixistis; per vim et contra auspicia latas decrevistis." Philipp. XIII. 3, 5. — „Primus ego (P. Cornelius Lentulus Spinther) leges Antonias fregi." ad Fam. XII. 14, 6.

Antonia *de dictatura tollenda.*

Καὶ νόμον ἐπέθηκαν (consules a. u. 709. *M. Antonius* P. Dolabella), *μηδένα αὖθις δικτάτωρα γενέσθαι, ἀράς τε ποιησάμενοι καὶ θάνατον προειπόντες, ἄν τις ἐσηγήσηται τοῦτο, ἄν θ᾽ ὑποστῇ, καὶ προσέτι καὶ χρήματα αὐτοῖς ἄντικρυς ἐπικηρύξαντες.* Dio Cassius XLIV. 51. — „Ad singulare *M. Antonii* factum festinat oratio. Dictaturam, quae iam vim regiae potestatis obsederat, funditus ex re publica sustulit." Philipp. I. 1, 3. Conf. supra Philipp. V. 4, 10.

Antonia *agraria.*

„Quid in eum non cadit, qui, cuius acta se defendere dicit, eius eas leges pervertit, quas maxime laudare poteramus. Ille (Caesar) paludes siccare voluit: hic (*M. Antonius*) omnem Italiam moderato homini L. Antonio dividendam dedit. Quid? hanc legem populus Romanus accepit? Quid? per auspicia ferri potuit?" Philipp. V. 3, 7. — *Ὁρῶν ὁ Ἀντώνιος τὸν Καίσαρα* (Octavianum) *αὐξανόμενον ἐπεχείρησε δελεάσαι τὸ πλῆθος, εἴ πως ἐκείνου τε αὐτοὺς ἀποσπάσειε καὶ ἑαυτῷ προσποιήσειε· καὶ χώραν ἄλλην τε πολλὴν καὶ τὴν ἐν τοῖς ἕλεσι τοῖς Πoντίνοις ὡς κεχωσμένοις ἤδη καὶ γεωργεῖσθαι δυναμένοις κληρουχηθῆναι διὰ Λουκίου Ἀντωνίου ἀδελφοῦ δημαρχοῦντος ἐσηγήσατο.* Dio Cassius XLV. 9.

Antonia *iudiciaria.*

„Legem etiam *iudiciariam* tulit. In quo nos fefellit. Antesignanos et manipulares et Alaudas iudices se constituisse dicebat. At ille legit aleatores, legit exsules, legit Graecos." Philipp. V. 5, 12. — „Lege, quae promulgata est de tertia decuria, nonne omnes iudiciariae leges Caesaris dissolvuntur? — At quae est ista tertia decuria? — Centurionum, inquit. — Quid? isti ordini iudicatus lege Iulia, etiam ante Pompeia, Aurelia, non patebat? — Census praefiniebatur, inquit. — Non centurioni quidem solum, sed equiti etiam Romano. Itaque viri fortissimi atque honestissimi, qui ordines duxerunt, res et iudicant et iudicaverunt. — Non quaero, inquit istos: quicunque ordinem duxit, iudicet. — At si ferretis, quicunque equo meruisset, quod est lautius, nemini probaretis; in iudice enim spectari et fortuna debet et dignitas. — Non quaero, inquit, ista: addo etiam iudices manipulares ex legione

Alaudarum. Aliter enim nostri negant posse se salvos esse." Philipp. I. 8, 19 sq. — „Postulat (in mandatis M. Antonius), ne sua iudiciaria lex abrogetur." Philipp. VIII. 9, 27.

Antonia *de provocatione.*

„Altera promulgata lex est, ut et de vi et de maiestate damnati ad populum provocent, si velint. Haec utrum tandem lex est an legum omnium dissolutio?" Philipp. I. 9, 21.

Antonia *de quinto die ludorum Romanorum Caesari tribuendo.*

„Quaero deinceps, num, hodiernus dies qui sit, ignores? nescis heri quartum in Circo diem ludorum Romanorum fuisse, te autem ipsum ad populum tulisse, ut quintus praeterea dies Caesari tribueretur? Cur non sumus praetextati? Cur honorem Caesari tua lege datum deseri patimur?" Philipp. II. 43, 110.

Antonia *de permutatione provinciarum.*

„M. Antonius consul cum impotenter dominaretur legemque de permutatione provinciarum per vim tulisset et Caesarem (Octavianum) quoque magnis iniuriis affecisset, Caesar et sibi et rei publicae vires adversus eum paraturus deductos in colonias veteranos excitavit." Liv. Epit. CXVII. — *Τὴν μὲν Μακεδονίαν τὴν τῷ Μάρκῳ (Ἀντωνίῳ) ἐκ τοῦ κλήρου δεδομένην, ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Γάϊος σφετερίσασθαι (ἠδυνήθη)· τὴν δὲ Γαλατίαν τὴν ἐντὸς τῶν Ἄλπεων, ἧ ὁ Βροῦτος ὁ Δέκιμος προσετέτακτο, αὐτὸς ἐκεῖνος μετὰ τῶν στρατευμάτων τῶν ἐς τὴν Ἀπολλωνίαν προπεμφθέντων, ὡς καὶ ἰσχυροτάτην καὶ τοῖς χρήμασιν οὖσαν, ἀντιλαβεῖν. ταῦτα οὖν ἐψηφίσθη.* Dio Cassius XLV. 9. 20. 25. 34. XLVI. 23. 24. — „In Galliam invasit Antonius, in Asiam Dolabella, in alienam uterque provinciam." Philipp. XI. 2, 4. — „Idem (*M. Antonius*) provinciam Bruto designato consuli decretam Galliam occupare statuit, Dolabella transmarinas decrevit sibi." Vellei. II. 60. — Conf. Appian. Bell. Civ. III. 27, 30.

Vid. etiam Iuliae *a M. Antonio post mortem Caesaris fixae.*

Appuleiae.

„Ergo est lex iustorum iniustorumque distinctio, ad illam antiquissimam et rerum omnium principem expressa naturam; ad quam leges hominum diriguntur, quae supplicio improbos afficiunt, defendunt ac tuentur bonos. *Q.* Praeclare intelligo: nec vero iam aliam esse ullam legem puto non modo habendam, sed ne appellandam quidem. *M.* Igitur tu Titias et *Appuleias* leges nullas putas? *Q.* Ego vero ne Livias quidem. *M.* Et recte, quae praesertim uno versiculo senatus puncto temporis sublatae sint; lex autem illa, cuius vim explicavi, neque tolli neque abrogari potest." de Legg. II. 6, 13—14. — „*Appuleius Saturninus* Graechanas asserere leges non destitit." Florus III. 16, 1. — „Rogandis Graechorum legibus ita vehementer incubuit, ut senatum quoque cogeret in verba sua iurare." Florus III. 16, 2.

Sunt *L. Appuleii Saturnini* tribuni plebis iterum a. u. 653. Singulae autem hae sunt:

Appuleia *agraria.*

„*L. Appuleius Saturninus* adiuvante C. Mario, et per milites occiso A. Nonio competitore, tribunus plebis per vim creatus, non minus violenter tribunatum quam petierat gessit (a. u. c. 653.); et cum legem *agrariam* per vim tulisset, Metello Numidico, eo quod in eam non iuraverat, diem dixit." Liv. Epit. LXIX. — *Ὁ Ἀπουλήϊος νόμον ἐσέφερε, Διαδάσασθαι γῆν, ὅσην ἐν τῇ νῦν ὑπὸ Ῥωμαίων καλουμένῃ Γαλατίᾳ Κιμβροὶ γένος Κελτῶν κατειλήφεσαν· καὶ αὐτοὺς ὁ Μάριος ἔναγχος ἐξελάσας, τὴν γῆν ὡς οὐκέτι Γαλατῶν ἐς Ῥωμαίους περιεσπάκει. προσέκειτο δέ, Εἰ κυρώσειε τὸν νόμον ὁ δῆμος, τὴν βουλὴν πέντ᾽ ἡμέραις ἐπομόσαι, πεισθήσεσθαι τῷ νόμῳ, ἢ τὸν οὐκ ὀμόσαντα μήτε βουλεύειν καὶ ὀφλεῖν τῷ δήμῳ τάλαντα εἴκοσιν· ὑπονοοῦντες οὕτως ἄλλους τε τῶν δυσχεραινόντων ἀμυνεῖσθαι καὶ Μέτελλον ὑπὸ φρονήματος οὐκ ἐνδώσοντα πρὸς τὸν ὅρκον.* Appian. Bell. Civ. I. 29. — „Unus (Q. Metellus) in legem per vim latam iurare noluerat. Erat autem res ei cum exercitu C. Marii invicto; res erat cum *L. Saturnino* iterum tribuno plebis, vigilante homine et in causa populari si non moderate, at certe populariter abstinenterque versato." pro Sestio 16, 37. — „Q. Metellus cum florentem hominem in populari ratione *L. Saturninum* censor notasset, cumque in eam legem, quam non iure rogatam iudicarat, iurare unus noluisset, de civitate maluit quam de sententia demoveri." pro Sestio 47, 101. — „Q. Caecilius Metellus Numidicus in legem *Appuleiam* per vim latam iurare noluit: quare in exsilium actus Smyrnae exsulavit." Aurel. Victor de viris illustr. c. 62. — „Cum semet ipsum praepositurus sit Q. Metello Numidico, et illum tamen copiosissime laudat, et ad quoddam egregium specimen virtutis amplificat: quod maluerit exilium quam iurare in *agrariam* legem tribuni plebis *Appulei Saturnini.*" Schol. Bob. pro Plancio p. 272.

Appuleia *frumentaria.*

„Cum *L. Saturninus* legem *frumentariam* de semissibus et trientibus laturus esset, Q. Caepio, qui id temporis quaestor urbanus erat, docuit senatum, aerarium pati non posse largitionem tantam. Senatus decrevit, si eam legem ad populum ferat, adversus rem publicam videri eum facere. Saturninus ferre coepit, collegae intercedere. Ille nihilo minus cistellam detulit. Caepio, ut illum contra S. C. intercedentibus collegis vidit ferre, cum viris bonis impetum facit, pontes disturbat, cistas deiicit, impedimento est, quo secius feratur: arcessitur Caepio maiestatis." ad Herenn. I. 12, 21.

Fuit instauratio aut confirmatio *Semproniae* legis *frumentariae.*

Appuleia *de coloniis deducendis.*

„*Saturninus* A. Nonio competitore interfecto tribunus plebis refectus Siciliam, Achaiam, Macedoniam novis colonis destinavit, et

aurum *Tolosanum* [Sic scripsi pro *dolo an.* cf. de Nat. Deor. III. 30, 74.] scelere Caepionis partum ad emptionem agrorum convertit." Aurelius Victor de viris illustr. c. 73. — „Spoletinus T. Matrinius, unus ex iis, quos C. Marius civitate donasset, dixit causam ex colonia Latina in primis firma et illustri. Quem cum disertus homo L. Antistius accusaret, non dixit, fundum populum Spoletinum non esse factum, — videbat enim, populos de suo iure, non de nostro, fundos fieri solere; — sed, cum lege *Appuleia* coloniae non essent deductae, qua lege *Saturninus* C. Mario tulerat, ut in singulas colonias ternos cives Romanos facere posset, negabat hoc beneficium re ipsa sublata valere debere." pro Balbo 21, 48.

Fortasse rectius et hanc legem et eam, quae auctor de viris illustribus cod. cap. memorat („*L. Appuleius Saturninus* tribunus plebis seditiosus, ut gratiam Marianorum militum pararet, legem tulit, *ut veteranis centena agri iugera in Africa dividerentur.* Intercedentem Baebium collegam facta per populum lapidatione submovit."), *agrariae* legis capita dixeris vel etiam has ipsas *agrarias* leges nominaveris.

Appuleia *de maiestate.*

„Iam quid vocetur, quaeritur, cum, quo verbo quid appellandum sit, contenditur: ut mihi ipsi cum hoc Sulpicio fuit in Norbani causa summa contentio. Pleraque enim de iis, quae ab isto obiiciebantur, cum confiterer, tamen ab illo maiestatem minutam negabam: ex quo verbo lege *Appuleia* tota illa causa pendebat." de Orat. II. 25, 107. — „In illa omni defensione atque causa, quod esse in arte positum videbatur, ut de lege *Appuleia* dicerem, ut, quid esset minuere maiestatem, explicarem, perquam breviter perstrinxi atque attigi." de Orat. II. 49, 201.

Pighius Annal. Rom. T. III. p. 163. latam a *L. Appuleio Saturnino* tribuno plebis opinatur a. u. 651. occasione motuum Romae exortorum, cum Cimbri superatis Tridentinis Alpibus ad Athesim fluvium Q. Catuli proconsulis castra et exercitum invaderent, et equites Romani plures impetu hostium praesidiis suis pulsi deserto Catulo pavidi urbem fuga repeterent: quo facto maiestas populi Romani vehementer imminuta haud dubie videbatur ubique gentium, nec minus in ipsa urbe Roma, cum in tanta trepidatione civitatis quies valde turbata fuisset. Idem tamen aliquanto probabilius ad annum u. c. 653. legem *de maiestate* latam esse dixit, ut ceteris Saturnini legibus adderetur sanctio, et hanc fere eius fuisse formulam: *uti quod tributim plebes iussisset populum teneret; tribuno plebem roganti qui obstiterit maiestatis reus esset, utique quod plebes scivisset senatus intra quintum diem eius auctor fieret plebiscitumque quivis senator iuramento suo roboraret, qui recusaret senatu moveretur et XX. talentûm multam populo daret.*

Aquillia *de damno.*

„Atque eodem tempore (quo M. Brutus) accusator de plebe L. Caesulenus fuit, quem ego audivi iam senem, cum ab L. Sabellio

multam lege *Aquillia* [de iustitia] petivisset." Brut. 34, 131. — „M. Lucullus, cum sciret de damno legem esse *Aquilliam*" cet. pro Tullio 8. — „Quod in aliis causis debet valere, et valet lege *Aquillia*" cet. Ibid. 11. — „Neque enim is, qui hoc iudicium dedit, de ceteris damnis ab lege *Aquillia* recedit, in quibus nihil agitur nisi damnum." Ibid. 41. — „Non praetores a lege *Aquillia* recesserunt, quae de damno est." Ibid. 42.

Omnibus de damno iniuria dato legibus, quae ante erant latae, derogavit, ut ait Ulpianus L. XVIII. ad edictum. Eius reliquias a Caio et Ulpiano servatas illustravere Balduinus, Noodt et docti viri ad Caium in Schultingii Iurispr. Ante-Iustin. p. m. 179. Ern. Eius tria fuerunt capita. Institut. Lib. IV. Tit. 3: *Damni iniuriae actio constituitur per legem Aquilliam, cuius primo capite cautum est, ut, si quis hominem alienum, alienamve quadrupedem, quae pecudum numero sit, iniuria occiderit, quanti ea res in eo anno plurimi fuerit, tantum domino dare damnetur. — — — Caput secundum in usu non est. Capite tertio de omni cetero damno cavetur.* Conf. Gaius III. 210 seqq. De auctore legisque latae tempore non constat. Duodecim tabulis recentiorem, Cicerone antiquiorem esse manifestum est. Latam esse a plebe *Aquillio* tribuno rogante apparet et ex Ulpiano et ex Iustiniani Institut. Lib. IV. Tit. 3. §. 15. Unde Pighius (Ann. Rom. T. II. p. 330 sq.) eam *L. Aquillio Gallo* tribuno plebis anni u. c. 572. de sua coniectura adscripsit. Institutionum autem editores Tubingenses ex Theophili et Anonymi ad Basilica verbis colligunt eam latam esse a. u. c. 467. secessione plebis in montem Ianiculum facta. Conf. de hac lege quos laudat Beierus ad orat. pro Tullio p. 20.

Aquillianae Formulae.

„Nondum *Aquillius* collega et familiaris meus protulerat *de dolo malo* formulas, in quibus ipsis cum ex eo quaereretur, quid esset dolus malus, respondebat, cum esset aliud simulatum, aliud actum." de Offic. III. 14, 60. — „Inde everriculum malitiarum omnium, iudicium *de dolo malo*, quod *C. Aquillius* familiaris noster protulit: quem dolum idem *Aquillius* tum teneri putat, cum aliud sit simulatum, aliud actum." de Nat. Deor. III. 30, 74.

Aquillianae formulae, (a *C. Aquillio Gallo* praetore a. u. 687. prolatae,) fuerunt praeceptiones cautionum in re contrahenda, e quibus tamen, si quis contra fecisset, postea actio institui posset, ergo *leges mancipii*, id est, leges, quae in mancipatione dicebantur inter mancipantem et eum, qui mancipio acciperet. Beier. Minus accurate a quibusdam, etiam ab Ernestio et Schützio, dicta est *Lex* Aquillia *de dolo malo*.

Aternia Tarpeia.

„Gratam etiam illam legem quarto circiter et quinquagesimo anno post primos consules de multae sacramento *Sp. Tarpeius* et *A. Aternius* consules (a. u. c. 299.) comitiis centuriatis tulerunt." de Rep.

II. 35, 60. — *Ἐπὶ τῆς λοχίτιδος ἐκκλησίας νόμον ἐκύρωσαν, ἵνα ταῖς ἀρχαῖς πάσαις ἐξῇ τοὺς ἀκοσμοῦντας ἢ παρανομοῦντας εἰς τὴν ἑαυτῶν ἐξουσίαν ζημιοῦν. τέως γὰρ οὐχ ἅπασιν ἐξῆν, ἀλλὰ τοῖς ὑπάτοις μόνον. τὸ μέντοι τίμημα οὐκ ἐπ᾽ αὐτοῖς τοῖς ζημιοῦσιν ὁπόσον θεῖναι δοκεῖ κατέλιπον, ἀλλ᾽ αὐτοὶ τὴν ἀξίαν ὥρισαν, μέγιστον ἀποδείξαντες ὅρον ζημίας δύο βόας καὶ τριάκοντα πρόβατα. καὶ οὗτος ὁ νόμος ἄχρι πολλοῦ διέμεινεν ὑπὸ Ῥωμαίων διαφυλαττόμενος.* Dion. Halic. X. 50. — „Coniectare autem ob eandem causam possumus, quod Italia tunc esset armentosissima, mulctam, quae appellatur *suprema*, institutam in singulos [dies] duarum ovium, triginta boum: pro copia scilicet boum, proque ovium penuria. Sed cum eiusmodi multa pecoris armentique a magistratibus dicta erat, adigebantur boves ovesque alias pretii parvi, alias maioris: eaque res faciebat inaequalem mulctae punitionem. Idcirco postea lege Aternia constituti sunt in oves singulas aeris deni, in boves aeris centeni. *Minima* autem multa est ovis unius. *Suprema* multa est eius numeri, cuius diximus: ultra quem mulctam dicere in [dies] singulos ius non est, et propterea *suprema* appellatur, id est, summa et maxima." A. Gellius XI. 1, 2—3. — „Peculatus furtum publicum dici coeptus est a pecore, quia ab eo initium eius fraudis esse coepit. si quidem ante aes aut argentum signatum ob delicta poena gravissima erat duarum ovium et XXX. bovum. ea lege sanxerunt T. Menenius Lanatus et P. Sestius Capitolinus cons. quae pecudes, postquam aere signato uti coepit P. R. *Tarpeia* lege cautum est, ut bos centusibus ovis decusibus aestimaretur." Festus p. 206 sq. ed. Lindem.

Bestimmung einer Zahl von Häuptern Vieh für die höchste Multa gibt Dionysius als Inhalt des Gesetzes dieser Consuln an, und Cicero hat gewiss das nämliche gemeint: die feste Abschätzung in Geld schreibt er den Consuln (C. Iulius P. Papirius) von 325. [Fast. Capitol. 323.] zu, womit die ihnen zugeschriebene *aestimatio multarum* (Liv. IV. 30.) übereinstimmt. Es liegt auch in der Sache, dass diese später eintrat, und die Angabe, welche die Abschätzung in jenes Gesetz legt, (Gellius XI. 1. Festus s. v. *peculatus*) ist ganz gewiss irrig. Von den Consuln (T. Menenius P. Sestius) 302. [301.] wusste Verrius offenbar etwas, was hieher gehörte, allein Festus hat es ganz unverständlich gemacht. Niebuhr. Cum Niebuhrio Röm. Gesch. II. p. 341 seq. conferantur Dirksen ad Ciceronis l. l. (in editione Moseri) et Walter Gesch. des röm. Rechts I. p. 89 seq.

Atilia Marcia.

„Duo imperia eo anno (u. c. 442.) dari coepta per populum, utraque pertinentia ad rem militarem, unum *ut tribuni militum seni deni in quattuor legiones a populo crearentur;* quae antea, perquam paucis suffragio populi relictis locis, dictatorum et consulum ferme fuerant beneficia. tulere eam rogationem tribuni plebei *L. Atilius C. Marcius*. alterum ut duumviros navales classis ornandae reficiendaeque

causa idem populus iuberet. lator huius plebisciti fuit M. Decius tribunus plebis." Liv. IX. 30.

Atiniae.

„De iure vero civili si quis novi quid instituit, is omnia, quae ante acta sunt, rata esse patitur. Cedo mihi leges *Atinias*, Furias, [Fusias,] ipsam, ut dixi, Voconiam, omnes praeterea de iure civili: hoc reperies in omnibus statui ius, quo post eam legem populus utatur." Verr. I. 42, 109. — „Istae omnes (*Atiniae*, Furiae) de iure civili sunt, nihil continent criminum capitalium publicique iudicii." Pseudoascon. p. 190. — „Quod autem municipium non contemnit is, qui Aricinum tanto opere despicit, vetustate antiquissimum, iure foederatum, propinquitate paene finitimum, splendore municipum honestissimum? Hinc Voconiae, hinc *Atiniae* (al. *Scatiniae*) leges; hinc multae sellae curules et patrum memoria et nostra, hinc equites Romani lautissimi et plurimi." Philipp. III. 6, 16.

Atinia *de rebus furtivis.*

„Legis veteris Atiniae verba sunt: Quod subreptum erit, eius rei aeterna auctoritas esto. Quis aliud putet in hisce verbis quam de tempore tantum futuro legem loqui? Sed Q. Scaevola patrem suum et Brutum et Manilium, viros apprime doctos, quaesisse ait dubitasseque, utrumne in postfacta modo furta lex valeret, an etiam in antefacta: quoniam Quod subreptum erit utrumque tempus videretur ostendere, tam praeteritum quam futurum. Itaque P. Nigidius, civitatis Romanae doctissimus, super dubitatione hac eorum scripsit in quarto vicesimo Commentariorum Grammaticorum: atque ipse quoque idem putat, incertam esse temporis demonstrationem." A. Gellius XVII. 7, 1—4. — „Furtivarum rerum lex duodecim tabularum et lex *Atinia* inhibet usucapionem." Instit. II. 6, 2.

Verbum *surreptum* explicat Gothofredus ad XII. tabulas et *surreptum* latius esse *re furtiva*, cui iam in XII. tabb. aeterna auctoritas tribuitur. Tulit tribunus quidam *Atinius*. Eius in Institutionibus et Pandecte aliquoties fit mentio. Vid. Menardus ad Ciceronis l. c. Quaestio fuit inter ICtos veteres, auctore Q. Scaevola, utrum ea lex in praeteritum etiam an in futurum tantum valeret. Vid. Gellius l. c. Balduinus Iurispr. Mucian. p. 281. 282. Menardus l. c. Cicero quidem diserte loco citato eam iis legibus annumerat, quae in posterum statuunt, ex iisque docere suscipit, non posse a praetore edici in praeteritum. Ern. Eam *C. Atinio Labeoni* tribuno plebis a. u. 556. de sua coniectura adscribit Pighius Ann. Rom. T. II. p. 255.

Atinia *de tribunis plebis.*

„M. Varro in quarto Epistolicarum Quaestionum et Atteius Capito in Coniectaneorum ducentesimo quinquagesimo nono, ius esse praefecto senatus habendi dicunt: deque ea re assensum esse Capitonem Tuberoni contra sententiam Iunii refert: *namque et tribunis*, inquit,

plebis senatus habendi ius erat, quamquam senatores non essent ante Atinium plebiscitum." A. Gellius XIV. 8.

Anno 624. [623. Fast. Capitol.] C. Claudio Pulchro M. Perperna coss. lex *Atinia* ferente *C. Atinio* tribuno facta putatur, qua cautum, *ut tribuni plebis senatores essent, iusque sententiae dicendae haberent.* Bach. Eam primum tribunis ius dicendi tribuisse sane quidem concedam: non autem narratio Plinii (H. N. VII. 44.), Livii (lib. LIX.) et oratoris pro domo (cap. 47.) de *C. Atinii Labeonis* ira in Q. Metellum censorem, qui illum tribunum plebis e senatu deiecerat, me movit, ut cum Augustino illam legem huic Atinio, et multo minus, ut eam anno 624. tribuerim; sed potius mihi persuasit, eo certe anno illam legem nondum fuisse latam. Ex Livii enim narratione *C. Atinius* tribunus plebis factus a Macedonico censore „in senatu legendo *praeteritus* erat;" iam igitur ante munus tribunicium senator lectus fuisse videtur. Festus v. *Praeteriti senatores.* Klenze.

Aufidia.

„*Lurco* autem tribunus plebis, qui magistratum simul cum lege Aelia iniit, solutus est et Aelia et Fufia, ut legem de ambitu ferret: quam ille bono auspicio claudus homo promulgavit. Ita comitia in ante diem VI. Kal. Sext. dilata sunt. Novi est in lege hoc, *ut, qui nummos in tribus pronuntiarit, si non dederit, impune sit: sin dederit, ut, quoad vivat, singulis tribubus* HS ↀↀↀ. *debeat.*" ad Att. I. 16, 13.

Lata est ab *Aufidio Lurcone* tribuno plebis a. u. 692. Pisone et Messalla consulibus.

Auli. Vid. Gabinia.

Aureliae.

„Possum dicere, hominem summa prudentia clarum *C. Cottam* de suis legibus abrogandis ipsum ad senatum rettulisse.] Hic est *Cotta*, de quo iam saepe diximus, magnus orator habitus et compar in ea gloria P. Sulpicio et C. Caesari. Videntur autem in rebus parvis fuisse leges illae, quas cum tulisset, rettulit de iis abrogandis ad senatum, nam neque apud Salustium neque apud Livium neque apud Fenestellam ullius alterius latae ab eo legis mentio praeter eam, quam tulit in consulatu (a. u. 678.) magno populi studio,

Aurelia *tribunicia.*

„*ut iis, qui tribuni plebis fuissent, alios quoque magistratus capere liceret*, quod lex a dictatore L. Sulla paucis ante annis lata prohibebat: neque eam *Cottae* legem abrogatam esse significat." Ascon. in Cornel. p. 66. — „Is (*C. Cotta*) consul paulum tribunis plebis non potestatis sed dignitatis addidit.] Hic *C. Cotta*, ut puto, legem tulit, *ut tribunis plebis liceret postea alios magistratus capere*, quod lege Sullae iis erat ademptum." Ascon. in Cornel. p. 78.

Aurelia *de iudiciis privatis.*

„*Possum et eiusdem C. Cottae legem de iudiciis privatis anno post quam lata sit a fratre eius* [*abrogatam*]. M. Cottam significat." Ascon. in Cornel. p. 67.

Aurelia *iudiciaria.*

„Legem *Aureliam* (plebs) non modo accepit, sed etiam efflagitavit." Cornel. fragmm. 26. p. 451. — „Legem *iudiciariam* ante aliquot annos, quibus temporibus accusatus est Verres a Cicerone, (Verr. lib. II. 71, 174. V. 69, 177 sq.) tulit *Aurelius Cotta* praetor (a. u. 683.), qua communicata sunt iudicia senatui et equitibus Romanis et tribunis aerariis." Ascon. in Pison. p. 16, 19. — „*L. Cotta* lege sua iudicia inter tres ordines communicavit, senatum, equites, tribunos aerarios." Ascon. in Cornel. p. 67. — „*Aurelia* lege communicata iudicia inter senatores et equestrem ordinem et tribunos aerarios." Ascon. in Cornel. p. 78 sq. — „Nam *L.* quidem *Cotta* . . . . . . ut posthac lege *Aurelia* iudex esse non possit." in P. Clodium 7, 2. 3. „*Nam L. quidem Cotta*] Hic fuit auctor *iudiciariae* legis *Aureliae*, qua senatoribus abrogata est summa potestas iudicandi et communicata cum [*equitibus*] Romanis [*et tribunis*] aerariis, ita ut in iudiciis esset minor numerus senatorum." Schol. Bob. p. 339. — „Lex *Aurelia iudiciaria* ita cavebat, ut ex parte tertia senatores iudicarent, ex partibus duabus tribuni aerarii et equites Romani, eiusdem scilicet ordinis viri." Schol. Bob. p. 229, 17. conf. p. 235, 13. — „*Aurelius Cotta* legem fert, ut senatores et equites Romani ac tribuni aerarii simul iudicent." Pseudo-Ascon. in Divin. p. 103. — „Iudicia quoque per *L. Aurelium Cottam* praetorem ad equites translata sunt." Liv. Epit. XCVII. — „*Legibus* autem *L. Aureliam Cottam* praetorem significat, qui legem promulgarat de restituendis iudiciis equestri ordini." Pseudo-Asconius p. 127, 15. — „Illo ipso tempore illis censoribus (Cn. Lentulo L. Gellio) erant iudicia cum equestri ordine communicata." pro Cluentio 47, 130. — „*L. Aurelius Cotta* legem tulerat, ut equites cum senatoribus iudicarent, assistente Quintio tribuno plebis vel Palicano." Schol. Gronov. p. 386. — „Per idem tempus *Cotta* iudicandi munus, quod C. Gracchus ereptum senatui ad equites, Sulla ab illis ad senatum transtulerat, aequaliter in utrumque ordinem partitus est." Vellei. II. 32, 3. — „At quae est ista tertia decuria? — Centurionum, inquit. — Quid? isti ordini iudicatus lege Iulia, etiam ante Pompeia, *Aurelia*, non patebat?" Philipp. I. 8, 20. — „Ut reiectio (iudicum) facta est clamoribus maximis, cum accusator tamquam censor bonus homines nequissimos reiiceret, reus tamquam clemens lanista frugalissimum quemque secerneret; ut primum iudices consederant, valde diffidere boni coeperunt. Non enim unquam turpior in ludo talario consessus fuit: maculosi *senatores*, nudi *equites*, *tribuni* non tam aerati quam, ut appellantur, *aerarii*." ad Att. I. 16, 3.

Cum a primis temporibus iudiciorum ea penes senatum fuissent, C. Gracchus (v. *Sempronia lex*) tulit, ut propter avaritiam senatorum

ad equites transferrentur. Hi ita severe iudicabant, ut ipso Cicerone teste in Verr. Act. I. c. 13. nunquam eques in iudicium aut suspicionem captae pecuniae propter rem iudicandam vocatus sit. Sed erant tamen iniquiores senatui, et reos senatores nimis cupide condemnabant, in primis, si quem constabat aut in senatu aut in magistratu provinciali publicanis impudentibus non satis indulsisse. Itaque cum frustra lege *Livia* et *Plautia* latum esset, ut equitibus et senatoribus essent communia iudicia, L. Sulla tandem restituit senatoribus iudicia. Sed ne tum quidem, ut e Cicerone in primisque Verrinis intelligi potest, recte iudicabant. Itaque, cum diu plebs de iudiciis esset conquesta, et verendum esset, ne seditiosus tribunus aliquis inde seditionis movendae occasionem arriperet, legem *iudiciariam* tulit *Cotta*, praetor Pompeio et Crasso II. coss., in qua hoc temperamento usus est, ut omnibus ordinibus satisfaceret, quod nulli iudicandi potestas eriperetur. Itaque ex illa lege iudicarunt *senatores*, *equites* et e plebe *tribuni aerarii*. Nam quod Velleius II. 32. duobus ordinibus iudicia a Cotta data dicuntur, id fit, quia tribunorum ordo non numeratur, ut sexta classis census Tulliani. Vid. interpretes ad l. c. Unde et interdum senatores tantum et equites memorantur, ut pro Fonteio c. 12. Ern. De tribunis aerariis, quorum Asconius in Ciceronis or. I. pro Cornelio et in Pison. c. 39. in divin. Caecil. c. 3. mentionem fecit, tacent Vell. Paterc. II. 32. Cic. pro Cluent. 47. et Schol. ad Verr. act. I. c. 1., non quod tribuni, quae Ant. Augustini (de leg. et senatus cons. v. *Aurelia*) sententia est, ad equites pertinuerint, neque quod tribunorum ordo numeratus non sit, ut Ernestius statuit, sed quod ex re, quae potiores partes continet, tota res appellata est, quo modo Ruhnkenius rem explicat ad Vellei. l. l. Klenze. Conf. etiam Coctia.

Aurelia [*de ambitu*].

„Illud caveto: et eo puto, per Pomponium fovendum tibi esse ipsum Hortensium, ne ille versus, qui in te erat collatus, cum aedilitatem petebus, de lege *Aurelia*, falso testimonio confirmetur." ad Q. fr. I. ep. 3, 8.

Videtur, quantum e contextu iudicare licet, *de ambitu* sanxisse: quod etiam videbatur Manutio ad l. c. Ea enius *Aurelii* fuerit, nondum repperi. Ern.

Baebia.

„Praetores quattuor post multos annos (a. u. 573.) lege *Baebia* creati, quae alternis quaternos iubebat creari." Liv. XL. 44.

Pighio (Annal. T. II. p. 275. et p. 339.) lata videtur a M. Baebio praetore a. u. c. 561. Dissuasisse M. Catonem, *ne lex Baebia derogaretur*, apparet ex Festo s. v. *Rogat.* Conf. H. Meyeri nostri Orat. Rom. fragm. p. 62.

Baebia Cornelia *de ambitu.* Vid. Cornelia Baebia.

Caecilia *de P. Sulla et P. Autronio.*

„At enim (inquit L. Torqnatus) et gladiatores et omnis ista vis rogationis *Caeciliae* causa comparabantur. — Atque in hoc loco in *L. Caecilium* vehementer invectus est: cuius ego de virtute et constantia tantum dico: talem hunc in ista rogatione, quam promulgavit non de tollenda sed de levanda calamitate fratris sui (P. Sullae) fuisse, ut consultum esse voluerit fratri, cum re publica pugnare noluerit; promulgarit impulsus amore fraterno, destiterit fratris auctoritate deductus. Atque in ea re per L. Caecilium Sulla accusatur, in qua re est uterque laudandus. Primum Caecilium, qui id promulgarit, in quo res indicatas videbatur voluisse rescindere, ut statueretur, Sulla recte reprehendit. - - At nihil de iudicio ferebat (Caecilius), sed poenam ambitus auferebat, quae fuerat superioribus legibus constituta. Itaque hac rogatione non iudicum sententiam, sed legis vitium corrigebat: nemo iudicium reprehendit, cum de poena queritur, sed legem. Damnatio enim est iudicum, quae manebat; poena legis, quae levabatur. - - - Lex dies fuit proposita paucos; ferri coepta nunquam: deposita est in senatu. Kalendis Ian. cum in Capitolium nos senatum convocassemus, nihil est actum prius, et id mandatu Sullae Q. Metellus praetor se loqui dixit, Sullam illam rogationem de se nolle ferri." pro Sulla c. 22 sq.

L. Caecilius (Rufus) tribunus plebis consule Cicerone a. u. 690. tulit *de ambitu* legem, qua eius poena imminueretur, et ea constitueretur, quae ante proximam legem fuisset. Nam cum frater eius de ambitu reus factus condemnatusque esset, adeo aegre tulit eam poenae acerbitatem, quae fratri perferenda erat ex lege recentissima Calpurnia, ut de ea lege mitiganda cogitaret. Itaque videbatur ea lege res indicatas rescindere velle. Sed, quantum e Cicerone colligere licet, non est perlata. Ern. Parum accurate haec disputavit Ernestius. Nam si legem *de ambitu* Caecilius tulisset, qua eius poena imminueretur, fratri suo nequaquam consultum esset: nova enim lex ambitus perlata nihil prodesset iis, qui ex priore lege de ambitu erant damnati. Imo L. Caecilii rogatio ea fuit, *ut P. Cornelio Sullae et P. Autronio Paeto*, lege Calpurnia de ambitu damnatis, *senatorius ordo magistratusque capessendi potestas redderetur*, quam illa lex iis ademerat. Qua rogatione et, quod Cicero affirmat, irrita fiebat lex Calpurnia, et, quod Cicero frustra negat, res indicatae rescindebantur. Non in P. Sullae tantum, sed etiam in P. Autronii favorem rogationem suam promulgasse Caecilium docent quae verbis supra allatis addidit Tullius: *Atque in ipsa rogatione ne per vim quid ageretur, quis tamen nostrum Sullam aut Caecilium verebatur? nonne omnis ille terror, omnis seditionis timor atque opinio, ex* Autronii *improbitate pendebat? eius voces, eius minae ferebantur: eius adspectus, concursatio, stipatio, greges hominum perditorum, metum nobis seditionis afferebant.* Ad *Caeciliam* rogationem igitur relerenda, quae narrat Dio Cassisus XXXVII. 25.: *Οἱ δήμαρχοι τὸν Ἀντώνιον τὸν ὕπατον ὁμοιοτροπώτατον σφισιν ὄντα προσλαβόντες, ὁ μέν τις τοὺς*

παῖδας τῶν ὑπὸ τοῦ Σύλλου ἐκπεσόντων πρὸς τὰς ἀρχὰς ἦγεν· ὁ δὲ τῷ τε Παίτῳ τῷ Πουπλίῳ καὶ τῷ Σύλλᾳ τῷ Κορνηλίῳ τῷ μετ' αὐτοῦ ἀλόντι τί τε βουλεύειν καὶ τὸ ἄρχειν ἐξεῖναι ἐδίδου. — Reliquum est, ut de immutatione loquar, quam supra in verbis Ciceronis faciendam censui. Scilicet nominativo *Caecilius* in accusativum *Caecilium* (quem teste Grutero habent septem codices) mutato locum, quem corruptum et mancum conclamarunt editores, satis integrum arbitror. Sententia loci haec est: „Uterque laudandus est: primum Sulla, quod Caecilium reprehendit; deinde Caecilius, quonia non iudicium sententiam, sed legis vitium corrigebat." Quae adverbio *primum* respondere debebat particula *deinde*, ea *ἀνακολούθως* omissa est propter parenthesin *Status enim — relinquat:* quam laus Caecilii excipit paullo aliter atque exspectaveras, ut excusationi similior sit quam laudi. In sequentibus *auferebat* non est *abrogabat*, sed sensu proprio *tollebat*, scil. de damnatis. Cf. tamen Orellius in edit. XV. oratt. p. 287.

Caeciliae *de Cn. Pompeio.*

„*Q. Metellus Nepos* tribunus plebis (a. u. 691.) cum plerasque leges per seditionem ferret, et praecipue duas, unam, *ut absens consul Cn. Pompeius fieret*, tempore scilicet Mithridatici belli, quod ab eodem Pompeio gerebatur, et alteram, *ut praesidio Italiae veniret adversus arma Catilinae*, contra dixit ei pleraque nobilitas et ipse vel maxime collega suus Cato, cum tamen C. Caesar praetor Metello tribuno plebis adsisteret." Schol. Bob. pro Sestio p. 302. Conf. Dio Cassius XXXVII. 43. Plutarchi Cato min. c. 26 seqq.

Caecilia et Didia.

„Ubi lex *Caecilia* et *Didia*? ubi promulgatio trinum nundinum? ubi poena, recenti lege Iunia et Licinia? possuntne hae leges ratae esse sine interitu legum reliquarum?" Philipp. V. 3, 8. „Si, quod in ceteris legibus trinum nundinum esse oportet, id in adoptione satis est trium esse horarum, nihil reprehendo. Sin eadem observanda sunt, si decrevit senatus, M. Drusi legibus, quae contra legem *Caeciliam* et *Didiam* latae essent, populum non teneri: iam intelligis, omni genere iuris, quod in sacris, quod in auspiciis, quod in legibus sit, te tribunum plebis non fuisse." pro domo 16, 41. — „Quem non tam admiror, quod meam legem contemnat, hominis inimici, quam quod se statuit omnino consularem legem nullam putare. *Caeciliam Didiam*, Liciniam Iuniam [Malim cum Lambino *Caeciliam et Didiam*, *Liciniam et Iuniam*, collatis ceteris de his legibus Ciceronis locis et Scholiasta Bobiensi] contempsit." pro Sestio 64, 135. — „*Caeciliam* et *Didiam*] quae iubebat in promulgandis legibus trinundinum tempus observari." Schol. Bob. pro Sestio p. 310. — „Festive, mihi crede, et minore sonitu, quam putaram, orbis hic in re publica est conversus: citius omnino, quam oportuit, culpa Catonis, sed rursus improbitate istorum, qui auspicia, qui Aeliam legem, qui Iuniam et Liciniam, qui *Caeciliam* et *Didiam* neglexerunt, qui omnia remedia rei publicae

effuderunt." ad Att. II. 9, 1. — „Quae est, quaeso, alia vis, quae sententia *Caeciliae* legis et *Didiae*, nisi haec, ne populo necesse sit in coniunctis rebus compluribus aut id, quod nolit, accipere aut id, quod velit, repudiare?" pro domo 20, 53.

Lata est a *Q. Caecilio Metello* et *T. Didio* consulibus a. u. 655. utilissima civitati Romanae, unde inter *remedia rei publicae* refertur a Cicerone ad Att. II. 9. Eius duo capita apud Ciceronem invenio, alterum *de modo legum promulgandarum* [*uti trinis nundinis leges ante quam ferrentur promulgari deberent*], Philipp. V. 3. alterum *de duabus rebus non una lege coniungendis*, quod dicebatur *per saturam ferre*, pro domo c. 20. Manutio autem de Legg. placet duas fuisse leges, quod non absurdum est, sed nec necessarium est. Nam quia fuit de modo legum ferendarum, plura capita habere potuit, quae nempe ad illum modum pertinerent. Ern.

Caelia *tabellaria*. Vid. Tabellariae.

Caepionis *iudiciaria*. Vid. Servilia *iudiciaria*.

Caesaris Leges. Vid. Iuliae.

Calidia *de Q. Metello Numidico*.

„Metellus Pius pertinaci erga exulem patrem (Q. Metellum Numidicum) amore tam clarum lacrimis quam alii victoriis cognomen assecutus non dubitavit consul pro *Q. Calidio* praeturae candidato supplicare populo, quod tribunus plebis (a. u. 654.) legem, qua pater eius in civitatem restitueretur, tulerat." Valer. Max. V. 2, 7. — „Opimium damnatum esse commemoras, servatorem ipsum rei publicae; *Calidium* adiungis, cuius lege Q. Metellus in civitatem ait restitutus; reprehendis meas pro Plancio preces, quod neque Opimius suo nomine liberatus sit, neque Q. Metelli *Calidius*." pro Plancio 28, 69. — „Q. Caecilius Metellus Numidicus *Calidia* rogatione revocatus." Aurelius Victor de viris illustr. c. 62.

Calpurnia *de pecuniis repetundis*.

„Nam et quaestiones perpetuae hoc C. Papirio Carbone oratore adolescente constitutae sunt, quae antea nullae fuerunt; *L.* enim *Piso* tribunus plebis legem primus *de pecuniis repetundis* Censorino et Manilio coss. (a. u. 604.) tulit." Brut. 27, 106. — „Nondum (a. u. 709.) centum et decem anni sunt, cum *de pecuniis repetundis* a *L. Pisone* lata lex est, nulla antea cum fuisset. At vero postea tot leges et proximae quaeque duriores, tot rei, tot damnati." de Offic. II. 21, 75. — „*L. Piso* ille *Frugi* legem *de pecuniis repetundis* primus tulit." Verr. III. 84, 195. — „Sunt vestrum aliquam multi, qui L. Pisonem cognorunt, huius L. Pisonis, qui praetor fuit, patrem. — Filius *L. Pisonis* erat eius, qui primus *de pecuniis repetundis* legem tulit." Verr. IV. 25, 56. — „Primus hoc (cognomentum frugalitatis) meruit *L.*

Piso, qui legem *de pecuniis repetundis* tulit et fuit C. Graccho capitalis inimicus." Schol. Bob. in orat. pro Flacco p. 233. — „Quasi vero dubium sit, quin tota lex *de pecuniis repetundis* sociorum causa constituta sit. Nam civibus cum sunt ereptae pecuniae, civili fere actione et privato iure repetuntur: haec lex socialis est, hoc ius nationum exterarum est: hanc habent arcem, minus aliquanto nunc quidem munitam quam antea, verum tamen, si qua reliqua spes est, quae sociorum animos consolari possit, ea tota in hac lege posita est, cuius legis non modo a populo Romano, sed etiam ab ultimis nationibus iam pridem severi custodes requiruntur." Divinat. 5, 17. — „Lex ipsa *de pecuniis repetundis* sociorum atque amicorum populi Romani patrona." Divinat. 20, 65. — „Vos in hac quaestione *de pecuniis repetundis*, quae sociorum causa constituta est, lege iudicioque sociali, sociorum querimonias audire oportet." Verr. lib. II. 6, 15.

Legis huius formulam Pighius (Ann. Rom. T. II. p. 447. sic concinnavit: *uti quibus in provinciis magistratus populi Romani eorumve comites contra leges pecunias cepissent, quidve commisissent, earum iniuriarum ergo Romae quiritari iudicioque quaesito sua repetere provinciales possent.* Conf. De Repetundis.

Calpurnia *de ambitu.*

„Tertium est de legum derogationibus. Quo de genere persaepe senatus consulta fiunt, ut nuper de ipsa lege *Calpurnia*, cui derogaretur." Cornel. fragm. 11. p. 449. „Lex haec *Calpurnia de ambitu.* Tulerat eam ante biennium *C. Calpurnius Piso* consul (a. u. 686.), in qua praeter alias poenas pecuniaria quoque poena erat adiecta." Ascon. in Cornel. p. 68, 19. — *Ἐπὶ τοῦ Ἀκιλιου τοῦ τε Πισωνος κατὰ τῶν δεκασμοῦ περὶ τὰς ἀρχὰς ἁλισκομένων ἐνομοθετήθη πρὸς αὐτῶν τῶν ὑπάτων, μήτ᾽ ἄρχειν μήτε βουλεύειν σφῶν μηδένα, ἀλλὰ καὶ χρήματα προσοφλισκάνειν.* Dio Cass. XXXVI. 21. — „Superioribus temporibus damnati lege Cornelia hoc genus poenae ferebant, ut magistratuum petitione per decem annos abstinerent. Aliquanto postea severior lex *Calpurnia* et pecunia multavit, et in perpetuum honoribus iussit carere damnatos. Habebant tamen licentiam Romae morandi." Schol. Bob. p. 361 seq. — „*Piso* cum legem de *ambitu* ex senatus consulto graviorem quam fuerat antea ferret, et propter multitudinem divisorum, qui per vim adversabantur, e foro eiectus esset, edixerat id, quod Cicero significat, (qui rem publicam salvam esse vellent, ut ad legem accipiendam adessent) et maiore manu stipatus ad legem perferendam descenderat." Ascon. in Cornel. p. 75, 10. — „Ego ea lege contentus sum, qua duos consules designatos (P. Sullam et P. Antronium) uno tempore (a. u. 687.) damnari vidimus.] Legem *Calpurniam* significat, quam *C. Calpurnius Piso* ante triennium *de ambitu* tulerat." Asconius p. 88 sq. Conf. Salust. Catil. c. 18. — „Legem *ambitus* flagitasti, quae tibi non deerat. Erat enim severissime scripta *Calpurnia*." pro Murena 23, 46. — „Dixisti senatus consultum me referente esse factum: *si mercede corrupti obviam candidatis issent, si con-*

ducti sectarentur, si gladiatoribus volgo locus tributim, et item prandia si volgo essent data, contra legem Calpurniam *factum videri.*" pro Murena 32, 67.

CAMPANA. Vid. IULIA *agraria.*

CANULEIA *de connubio patrum et plebis.*

„Horum (decem virorum) ex iniustitia subito exorta est maxima perturbatio et totius commutatio rei publicae, qui duabus tabulis iniquarum legum additis, quibus etiam quae disiunctis populis tribui solent connubia, haec illi ut ne plebi et patribus essent, inhumanissima lege sanxerunt, quae postea plebiscito *Canuleio* abrogata est." de Rep. II. 37, 63. — „Anni (u. c. 308.) principio de connubio patrum et plebis *C. Canuleius* tribunus plebis rogationem promulgavit, qua contaminari sanguinem suum patres confundique iura gentium rebantur." Liv. IV. 1. — „Hoc ipsum, ne connubium patribus cum plebe esset, non decemviri tulerunt paucis his annis pessimo publico cum summa iniuria plebis?" Liv. IV. 4. — „Victi tandem patres ut de connubio ferretur consensere, ita maxime rati contentionem de plebeiis consulibus tribunos aut totam deposituros aut post bellum dilaturos esse, contentamque interim connubio plebem paratam delectui fore." Liv. IV. 6. Conf. Florus I. 25.

CARBONIS *tribunicia.* Vid. PAPIRIA *de tribunis plebis reficiendis.*

CARBONIS *tabellaria.* Vid. PAPIRIA *tabellaria.*

CARBONIS et SILVANI. Vid. PLAUTIA PAPIRIA.

CASSIA *agraria.*

„*Sp. Cassius* et Proculus Virginius consules (a. u. 267.) facti. cum Hernicis foedus ictum, agri partes duae ademptae. inde dimidium Latinis, dimidium plebi divisurus consul Cassius erat. adiiciebat huic muneri agri aliquantum, quem publicum possideri a privatis criminabatur. id multos quidem patrum, ipsos possessores, periculo rerum suarum terrebat. sed et publica patribus sollicitudo inerat, largitione consulem periculosas libertati opes struere. tum primum lex *agraria* promulgata est, nunquam deinde usque ad hanc memoriam sine maximis motibus rerum agitata. consul alter largitioni resistebat, auctoribus patribus, nec omni plebe adversante." Liv. II. 41. — *Γράφεται δὴ μετὰ ταῦτα τὸ τῆς βουλῆς δόγμα τοιόνδε· ἄνδρας ἐκ τῶν ὑπατικῶν ἀποδειχθῆναι δέκα τοὺς πρεσβυτάτους, οἵτινες ὁρίσαντες τὴν δημοσίαν χώραν ἀποδείξουσιν, ὅσην τε δεῖ μισθοῦσθαι καὶ ὅσην τῷ δήμῳ διαιρεθῆναι· τοῖς δ' ἰσοπολίταις τε καὶ συμμάχοις, ἐάν τινα ὕστερον ἐπικτήσωνται κοινῇ στρατευσάμενοι, τὸ ἐπιβάλλον ἑκάστοις κατὰ τὰς ὁμολογίας ὑπάρχειν μέρος· τὴν δὲ αἵρεσιν τῶν ἀνδρῶν καὶ τὴν διανομὴν τῶν κλήρων καὶ τἄλλα, ὅσα δεῖ γενέσθαι, τοὺς εἰσιόντας ἐπιτελέσαι ὑπάτους. τοῦτο*

τὸ δόγμα εἰς τὸν δῆμον εἰσενεχθὲν τόν τε Κάσσιον ἔπαυσε τῆς δημαγωγίας καὶ τὴν ἀναῤῥιπιζομένην ἐκ τῶν πενήτων στάσιν οὐκ εἴασε περαιτέρω προελθεῖν. Dion. Halic. VIII. 76.

Cassia *tabellaria*. Vid. Tabellariae.

Cassia *de senatu*.

„Etiam haec recentiora praetereo: ponam principium iustissimae libertatis Cassiam (tabellariam), qua lege suffragiorum vis potestasque convaluit; *alteram Cassiam*, quae populi iudicia firmavit." Cornel. fragm. 24. p. 451. *Altera Cassia* lex, quae populi iudicia firmavit, qüae sit, potest quaeri. Est autem haec: *L. Cassius* L. f. *Longinus* tribunus plebis C. Mario C. Flavio coss. (a. u. 649.) plures leges ad minuendam nobilitatis potentiam tulit, in quibus hanc etiam, *ut, quem populus damnasset cuive imperium abrogasset, in senatu non esset.* Tulerat autem eam maxime propter simultates cum Q. Servilio, qui ante biennium consul fuerat, et cui populus, quia male adversus Cimbros rem gesserat, imperium abrogavit." Ascon. in Cornel. p. 78.

Hanc esse eiusdem *L. Cassii Longini* tribuni plebis, a quo tabellaria profecta est, dicunt Ernestius et Schützius, quos a vero multum aberrare arbitror. Tabellaria enim lata est a. u. 616. Lepido et Mancino coss., haec altera vero a. u. 649. C. Mario C. Flavio coss., ut eam potius a filio eius, qui tabellariam tulit, latam putem. Ceterum vide varietatem lectionis ad Ascon. l. c.

Cassia et Terentia *frumentaria*.

„Frumentum in Sicilia emere debuit Verres ex senatus consulto et ex lege *Terentia* et *Cassia frumentaria*." Verr. lib. III. 70, 163. — „Utrum lex *Terentia* Siculorum pecunia frumentum emere, an populi Romani pecunia frumentum a Siculis emere iussit?" -- „Cum ex senatus consulto itemque ex lege *Terentia* et *Cassia* frumentum aequabiliter emi ab omnibus Siciliae civitatibus oporteret, id quoque munus leve atque commune Mamertinis remisisti." Verr. lib. V. 21, 52.

Lata est a duobus consulibus *C. Cassio* et *M. Terentio* a. u. 680. consensu senatus, qui aliter placari plebem, in senatum nimis vehementer coortam, non posse intelligebat. Ea quini modii singulis in singulos constituti videntur (Vid. Sall. Hist. p. 974. ed. Cortii.): nisi id ipsum e Sempronia repetitum est. Caput eius invenio hoc in Cicerone in Verr. III. 70. ut quotannis ex aerario pecuniae summa decerneretur SCto, qua frumentum in Sicilia, frumentaria populi Romani provincia, a praetore emeretur, et quidem eodem omnibus annis pretio, nempe quaternis sestertiis singuli tritici modii, duobus autem hordei. Vid. Argument. L. III. in Verr. Ceterum, utrum ad Siciliam solam istud caput pertinuerit, an vero alias etiam provincias complexum sit, de eo non convenit inter eruditos. Illud nobis videtur e Ciceronis loco laudato colligi posse; hoc contendit Contarenus l. c. Atque hoc caput, cum nonnullis aliis fortasse, de modo comportandi distribuendique fru-

menti, Semproniae additum est. Nam uti in ceteris rebus, de quibus aliquoties ad populum latum, tamquam de ambitu, de repetundis, semper summa primae in eo genere legis servata est, nempe ut agi in hominem posset, ut poena esset crimini constituta, cetera autem de personis, de modo iudicii, de genere poenae mutata sunt, sic in frumentariis legibus semper illud e Sempronia servatum est, ut semissibus et trientibus populo venderentur modii singuli, in ceteris autem rebus quaedam addita sunt aut mutata. Id ex eo intelligi potest, quod a Clodio remissos esse populo trientes cum semissibus tradunt auctores rerum Romanarum. Ceterum ex dictis intelligitur, Semproniam legem saepe intermissam esse, repetitam autem vel rogationibus tribunorum, auram popularem captantium, vel ab ipsis optimatibus auctoritate senatus, cum interesset senatui, ut se populo gratiosum redderet, eoque facilius tribunis plebis seditiosas leges rogantibus resistere posset. Vid. Plutarch. in Catone et Civil. monitis. Atque de hac ipsa lege, aut certe de Clodia, sermo est ap. Cic. ad Att. II. 19, 3. ubi Caesar iratus esse dicitur legi *Rosciae* et *frumentariae*, quod mortuo plausu in theatro ab equitibus ac plebe acceptus erat, Curio autem filius summo, quod unus Caesaris et Pompeii nimiam potentiam libere insectaretur. Nam sic ulcisci equites putabat, si honorem in XIV. sedendi adimeret, plebem autem, si frumentum, quod exiguo pretio e Sempronia lege a Terentio et Cassio ac paullo ante a senatu Catonis auctoritate in consuetudinem et usum revocata acciperent. Manutius ad eum locum non satis accuratus est. Ern.

Catuli. Vid. Lutatia.

Censoriae.

Verr. lib. I. 55, 143. sunt 1) formulae, quibus censores veteres templa aut alia opera publica aedificanda locabant, ut ex iis a redemptoribus exstruerentur et traderentur. Ex eo loco intelligi potest, istas formulas semper retentas fuisse, sed ita, ut e re ipsa quaedam censoribus *corrigere* h. e. *addere* liceret: *Corriguntur leges censoriae. Quid enim? Video in multis veteribus legibus: Cn. Domitius L. Metellus* cet. *addiderunt* cet. 2) De Provinc. Cons. c. 5, 12. autem *lex censoria* est formula, qua publicanis a censoribus vectigalia locata sunt, quae et vectigalia ipsa, quae locabantur, et condiciones, quibus locabantur, continebat, ut et populo et redemptoribus prospiceretur. Hinc Cicero: *Si qui*, sc. publicanus, *publico frui non potuit per hostem, tegitur ipsa lege censoria.* Conf. ad Q. Fr. I. ep. 1. c. 12, 35. Verr. III. 7. [Verr. lib. V. 21, 53. de Nat. Deor. III. 19, 49.] Pro *lege censoria* est *locatio censoria* Verr. III. 6, 12. Hoc sensu etiam in libris Iuris Civ. occurrit, et fragmenta legis cuiusdam censoriae sunt in Pandecte. Vid. Bald. de Iurispr. Mucian. p. m. 144 seq. *Censoriae* leges sunt 3) constitutiones et edicta censorum, *de aerario et vectigalibus populi Romani*, *de aedificiis publicis*, *de populi in tribus et centurias descriptione*, et similibus

rebus. In his erat etiam constitutio, qua cautum erat, *ne carnifex in urbem ingrederetur*, cuius mentio pro Rabirio Perd. c. 5, 15. ad quem locum vid. Turnebus. Hinc causae etiam ad censores agi dicuntur, ex his scil. legibus. Varr. R. R. I. 7. extr. Ipsa etiam lex *Clodia* de notis censoriis docet causas quasdam apud eos actas esse. Ern.

De Censura: *Aemilia*, *Publilia*, *Clodia*.

Centuriata

lex (de lege agr. II. 11, 26.) dicitur, quicquid in comitiis centuriatis ad populum fertur, etiam de magistratibus creandis, ut l. c. Ern.

Cibariae. Vid. Sumptuariae.

Ciceronis. Vid. Tullia.

Cincia *muneralis*.

„Patres legem *Cinciam* flagitant, qua cavetur antiquitus, *ne quis ob causam orandam pecuniam donumve accipiat.*" Tacit. Annal. XI. 5. cf. XIII. 42. — „Oratorum licentia *Cinciam* rogationem, candidatorum ambitus Iulias leges, magistratuum avaritia Calpurnia scita pepererunt." Tacit. Ann. XV. 20. — „Quid legem *Cinciam* (excitavit) de donis et muneribus, nisi quia vectigalis iam et stipendiaria plebes esse senatui coeperat?" Liv. XXXIV. 4. — „Quaestor deinde quadriennio post factus sum, quem magistratum gessi consulibus Tuditano et Cethego; cum quidem ille (Q. Fabius Maximus) admodum senex suasor legis *Cinciae* de donis et muneribus fuit." Cato 4, 10. — „Saepe etiam sententiose ridicula dicuntur; ut *M. Cincius*, quo die legem de donis et muneribus tulit, cum C. Cento prodiisset et satis contumeliose *Quid fers*, *Cinciole?* quaesisset: *Ut emas*, inquit, *Cai, si uti velis*." de Orat. II. 71, 286. — „L. Papirius Paetus, vir bonus amatorque noster, mihi libros eos, quos Ser. Claudius reliquit, donavit. Cum mihi per legem *Cinciam* licere capere Cincius amicus tuus diceret, libenter dixi me accepturum, si attulisset." ad Att. I. 20, 7. — „*Muneralis* lex vocata est, qua *Cincius* cavit, ne cui liceret munus accipere. Plautus: *Neque muneralem legem neque lenoniam, rogata fuerit necne, flocci aestimo.*" Festus s. v. *Muneralis.*

Lata est a *M. Cincio Alimento* tribuno plebis a. u. c. 549. P. Cornelio Cethego P. Sempronio Tuditano consulibus. Notus est doctus Fr. Brummeri Lips. de hac lege commentariolus; conf. Schultingii Iurispr. Ante-Iustin. p. 561 seq. Ern. Conf. Savigny Ueb. d. Lex Cincia de donis cet. in d. Zeitschr. für geschichtl. Rechtswiss. IV. 1. 1. p. 1—59. Fragmm. Vaticana de donat. ad Leg. Cinc. §. 266—316. p. 69—86. Rudorff de L. Cincia, Berol. 1825. Rein.

De Civitate: *Papiria*, *Valeria*, *Claudia*, *Licinia* et *Mucia*, *Valeria*, *Iulia*, *Plautia* et *Papiria*, *Cornelia*, *Gellia* et *Cornelia*, *Papia*.

Claudia *de senatoribus.*

„Consulum designatorum alter Flaminius invisus patribus ob novam legem, quam *Q. Claudius* tribunus plebis (a. u. c. 535.) adversus senatum, uno patrum adiuvante C. Flaminio, tulerat, *ne quis senator, cuive senator pater fuisset, maritimam navem, quae plus quam trecentarum amphorarum esset, haberet:* id satis habitum ad fructus ex agris vectandos: quaestus omnis patribus indecorus visus. res per summam contentionem acta invidiam apud nobilitatem suasori legis Flaminio, favorem apud plebem alterumque inde consulatum peperit." Liv. XXI. 63.

Haec lex obversata videtur Ciceroni in Verrem V. 18, 45:

„Noli metuere, Hortensi, ne quaeram, qui licuerit aedificare navem senatori. Antiquae sunt istae leges et mortuae, quemadmodum tu soles dicere, quae vetant. Fuit ista res publica quondam, fuit ista severitas in iudiciis, ut istam rem accusator in magnis criminibus obiiciendam putaret" cet.

Claudia *de sociis.*

„Legem de sociis *C. Claudius* (consul a. u. 576.) tulit ex senatus consulto et edixit, qui socii ac nominis Latini, ipsi maioresve eorum, M. Claudio T. Quintio censoribus (a. u. 564.) postque ea apud socios nominis Latini censi essent, ut omnes in suam quisque civitatem ante Kalendas Novembres redirent. quaestio, qui ita non redissent, L. Mummio praetori decreta est. ad legem et edictum consulis senatus consultum adiectum est, ut dictator, consul, interrex, censor, praetor qui tunc esset, apud eorum quem qui manumitteretur, in libertatem vindicaretur, ut ius iurandum daret qui eum manumitteret, civitatis mutandae causa manu non mittere: qui id non iuraret, eum manumittendum non censuerunt." Liv. XLI. 9.

Legis huius causa fuerant querelae sociorum nominis Latini, quarum summa erat, „cives suos Romae censos plerosque Romam commigrasse; quod si permittatur, perpaucis lustris futurum ut deserta oppida, deserti agri nullum militem dare possent." Liv. XLI. 8.

Claudiae *de senatu cooptando Halesinorum.*

„Halesini pro multis ac magnis suis maiorumque suorum in rem publicam nostram meritis atque beneficiis, suo iure nuper, L. Licinio Q. Mucio consulibus (a. u. 658.) cum haberent inter se controversias de senatu cooptando, leges ab senatu nostro petiverunt. Decrevit senatus honorifico senatus consulto, ut his *C. Claudius* Appii filius *Pulcher* praetor de senatu cooptando leges conscriberet. C. Claudius adhibitis omnibus Marcellis, qui tum erant, de eorum sententia leges Halesinis dedit: in quibus multa sanxit *de aetate hominum, ne qui minor triginta annis natu; de quaestu, quem qui fecisset, ne legeretur; de censu, de ceteris rebus.* Quae omnia ante istum (Verrem) praetorem et nostrorum magistratuum auctoritate et Halesinorum summa voluntate valuerunt." Verr. lib. II. 49, 122.

Clodiae.

„Reliquas illius anni pestes recordamini: legum multitudinem eum earum, quae latae sunt, tum vero, quae promulgatae fuerunt. Nam latae quidem sunt consulibus illis (Pisone et Gabinio) approbantibus: ut censoria notio et gravissimum iudicium sanctissimi magistratus de re publica tolleretur; ut collegia non modo illa vetera contra senatus consultum restituerentur, sed ab uno gladiatore innumerabilia alia nova conscriberentur; ut remissis semissibus et trientibus quinta prope pars vectigalium tolleretur; ut Gabinio pro illa sua Cilicia, quam sibi, si rem publicam prodidisset, pactus erat, Syria daretur." pro Sestio 25, 55. — „His fundamentis positis consulatus tui, triduo post inspectante te et tacente, a [P. Clodio] fatali portento prodigioque rei publicae lex Aelia et Fufia eversa est; collegia, non ea solum, quae senatus sustulerat, restituta, sed innumerabilia quaedam ex omni faece urbis ac servitio concitata. Ab eodem homine in stupris inauditis nefariisque versato vetus illa magistra pudoris et modestiae, censura, sublata est." in Pison. 4, 9.

„Diximus L. Pisone et A. Gabinio coss. (a. u. 695.) *P. Clodium* tribunum plebis quattuor leges perniciosas populo Romano tulisse: *annonianam*, de qua Cicero mentionem hoc loco non facit (fuit enim summe popularis), *ut frumentum populo*, quod antea semis aeris ac trientibus in singulos modios dabatur, *gratis daretur;* alteram, *ne quis per eos dies, quibus cum populo agi liceret, de caelo servaret*, propter quam rogationem ait legem Fufiam et Aeliam, propugnacula et muros tranquillitatis atque otii, eversam esse: obnuntiatio enim, qua perniciosis legibus resistebatur, quam Aelia lex confirmaverat, erat sublata; tertiam *de collegiis restituendis novisque instituendis*, quae ait ex servitiorum faece constituta; quartam, *ne quem censores in senatu legendo praeterirent neve qua ignominia afficerent, nisi qui apud eos accusatus et utriusque censoris sententia damnatus esset:* hac ergo eius lege censuram, quae magistra pudoris et modestiae est, sublatam ait." Ascon. in Pison. p. 9. — *Ὁ οὖν Κλώδιος τόν τε σῖτον προῖκα αὖθις διένειμε· (τὸ γὰρ μετρεῖσθαι τοῖς ἀπόροις τοῦ τε Γαουϊνίου ἤδη καὶ τοῦ Πίσωνος ὑπατευόντων ἐσηγήσατο·) καὶ τὰ ἑταιρικὰ κολλήγια ἐπιχωρίως καλούμενα, ὄντα μὲν ἐκ τοῦ ἀρχαίου καταλυθέντα δὲ χρόνον τινά, ἀνενεώσατο· τοῖς τε τιμηταῖς ἀπηγόρευσε, μήτ' ἀπαλείφειν ἔκ τινος τέλους μήτ' ἀτιμάζειν μηδένα, χωρὶς ἢ εἴ τις παρ' ἀμφοτέροις σφίσι κριθεὶς ἁλοίη. — — — ἐσήνεγκε μηδένα τῶν ἀρχόντων ἐν ταῖς ἡμέραις, ἐν αἷς ψηφίσασθαί τι τὸν δῆμον ἀναγκαῖον εἴη, τὰ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ γινόμενα παρατηρεῖν.* Dio Cassius XXXVIII. 13.

Clodia *frumentaria.*

„Ante quidem Gracchus legem tulerat, ut populus pro frumento, quod sibi publice daretur, in singulos modios senos aeris et trientes pretii nomine exsolveret. sed hic anno suo *P.* frumentariam legem tulit, *ut gratuito populus acciperet.*" Schol. Bob. pro Sestio p. 301. Cf.

supra pro Sestio 25, 55. Ascon. p. 9. Dio Cass. XXXVIII. 13. pro domo 10.

Clodia *de censoria notione.*

„Clodianarum legnm fuit et haec, *ne liceret censori praeterire aliquem in senatu recitando, nisi eum, quem damnatum esse constaret.* Schol. Bob. pro Sestio p. 300. Conf. supra pro Sestio 25. in Pison. 4. de provinc. cons. 19. Ascon. p. 9. Dio Cassius I. l.

Hanc Q. Scipio consul a. u. 701. sustulit teste Dione Cassio XL. 57: *Ὁ δὲ δὴ Σκιπίων οὔτε ἐνομοθέτησέ τι, καὶ τὰ πρὸς τοῦ Κλωδίου περὶ τῶν τιμητῶν γραφέντα κατέλυσε.*

Clodia *de collegiis.*

„*P. Clodius* tribunus plebis lege lata restituit collegia." Ascon. in Pison. p. 8. — „Si, quantum me amas et amasti, tantum amare deberes ac debuisses, nunquam esses passus me, quo tu abundabas, egere consilio, nec esses passus mihi persuaderi utile nobis esse legem *de collegiis* perferri." ad Att. III. 15, 4. Conf. supra pro Sestio 25. in Pison. 4. Ascon. p. 9. Dio Cass. XXXVIII. 13.

Cuncta collegia, praeter antiquitus constituta, rursus distraxisse C. Iulium Caesarem auctor est Suetonius in eius vita c. 42.

Clodia *de auspiciis.*

„Iisdem consulibus sedentibus atque inspectantibus lata lex est, *ne auspicia valerent, ne quis obnuntiaret, ne quis legi intercederet; ut omnibus fastis diebus legem ferri liceret; ut lex Aelia, lex Fufia ne valeret:* qua una rogatione quis est qui non intelligat universam rem publicam esse deletam." pro Sestio 15, 33. — „Mitto eam legem, quae omnia iura religionum, auspiciorum, potestatum, omnes leges, quae sunt de iure et de tempore legum rogandarum una rogatione delevit." pro Sestio 26, 56. Conf. supra in Pison. 4. Ascon. p. 9. Dio Cass. XXXVIII. 13. de provinc. cons. 19, 46.

Clodia *in Ciceronem.*

„M. Cicero lege a *P. Clodio* tribuno plebis lata, quod indemnatos cives necavisset, in exsilium missus est." Liv. epit. CIII. — „*P. Clodius* cum graves inimicitias cum M. Cicerone exerceret (quid enim inter tam dissimiles amicum esse poterat?) et a patribus ad plebem transisset, legem in tribunatu tulit, *qui civem Romanum indemnatum interemisset, ei aqua et igni interdiceretur*. cuius verbis etsi non nominabatur Cicero, tamen solus petebatur. Ita vir optime meritus de re publica conservatae patriae pretium calamitatem exilii tulit." Vellei. II. 45, 1. 2. — *Ὁ δὲ νόμος, ὃν μετὰ ταῦτα ὁ Κλώδιος ἐσήνεγκεν, ἄλλως μὲν οὐκ ἐδόκει ἐπ᾽ αὐτῷ (Κικέρωνι) τίθεσθαι, (οὐδὲ γὰρ τὸ ονομα αὐτοῦ εἶχεν) ἀλλὰ κατὰ πάντων ἁπλῶς τῶν πολιτῶν τινα ἄνευ τῆς τοῦ δήμου καταγνώσεως ἀποκτενούντων ἢ καὶ ἀπεκτονότων συνεσήγετο· ἔργῳ δὲ ἐπ᾽ αὐτὸν ὅτι μάλιστα συνεγράφετο.* Dio Cass.

XXXVIII. 14. — „Quae lex privatis hominibus esse lex non videbatur, inusta per servos, incisa per vim, imposita per latrocinium, sublato senatu, pulsis e foro bonis omnibus, capta re publica contra omnes leges, nullo scripta more: hanc qui se metuere dicerent consules, non dicam animi hominum, sed fasti nlli ferre possunt? Nam, si illam legem non putabatis, quae erat contra omnes leges indemnati civis atque integri capitis bonorumque tribunicia proscriptio, hac tamen obstricti pactione tenebamini: quis vos non modo consules, sed liberos fuisse putet?" in Pison. 13, 30. — „Illo ipso die, die dico? immo hora atque etiam puncto temporis eodem mihi reique publicae pernicies, Gabinio et Pisoni provincia rogata est. — — Civis erat expulsus is, qui rem publicam ex senatus auctoritate cum omnibus bonis defenderat, et expulsus non alio aliquo, sed eo ipso crimine. Erat autem expulsus sine iudicio, vi, lapidibus, ferro, servitio denique concitato: lex erat lata, vastato ac relicto foro et sicariis servisque tradito, et ea lex, quae ut ne ferretur, senatus fuerat veste mutata." pro Sestio 24, 53. — „Consules, cum in senatu, privati ut de me sententias dicerent, flagitabantur, legem illi se *Clodiam* timere dicebant." pro Sestio 32, 69. — „*Ut illum meae proscriptionis.*] Vigilantissime *Claudiam* legem, quae de exilio Ciceronis lata fuerat, maluit proscriptionem nominare, quemadmodum multis locis fecit." Schol. Bob. pro Sestio p. 309. — „Quid enim vides agi posse aut quo modo? Per senatumne? At tute scripsisti ad me, quoddam caput legis *Clodium* in curiae poste fixisse, *ne referri neve dici liceret.*" ad Att. III. 15, 6. Conf. ad Att. III. 23, 3. — „Nos Brundisii apud M. Laenium Flaccum dies XIII. fuimus, virum optimum: qui periculum fortunarum et capitis sui prae mea salute neglexit neque legis improbissimae poena deductus est, quo minus hospitii et amicitiae ius officiumque praestaret." ad Fam. XIIII. 4, 2.

Clodia *de rege Ptolemaeo et de exsulibus Byzantinis.*

„*P. Clodius* sub honorificentissimo ministerii titulo M. Catonem a re publica relegavit. quippe legem tulit, ut is quaestor cum iure praetorio, adiecto etiam quaestore, mitteretur in insulam Cyprum ad spoliandum regno Ptolemaeum omnibus morum vitiis eam contumeliam meritum." Vellei. II. 45, 4. — „Cum lege nefaria Ptolemaeum regem Cypri, fratrem regis Alexandrini, eodem iure regnantem, causa incognita publicasses, populumque Romanum scelere obligasses; cum in eius regnum, bona, fortunas, latrocinium huius imperii immisisses, cuius cum patre, avo, maioribus societas nobis et amicitia fuisset, huius pecuniae deportandae et, si quis suum defenderet, bello gerendo M. Catonem praefecisti." pro domo 8, 20. — „De hoc (rege Ptolemaeo) nihil cogitante, nihil suspicante, eisdem operis suffragium ferentibus est rogatum, ut sedens cum purpura et sceptro et illis insignibus regiis praeconi publico subiiceretur, et imperante populo Romano rex amicus, nulla iniuria commemorata, nullis rebus repetitis, cum bonis omnibus publicaretur." pro Sestio 26, 57. — „Ferente rogationem *Clodio* publicatum fuerat eius regnum, quod diceretur ab eo piratas adiuvari."

Schol. Bob. pro Sestio p. 301. — „*Βουληθεὶς ὁ Κλώδιος τόν τε Κάτωνα ἐκ ποδῶν, ὅπως ῥᾷον ὅσα ἔπραττε κατορθώσῃ, ποιήσασθαι, καὶ τὸν Πτολεμαῖον τότε τὴν Κύπρον ἔχοντα ἀμύνασθαι, ὅτι αὐτὸν παρὰ τῶν καταποντιστῶν οὐκ ἐλύσατο, τήν τε νῆσον ἐδημοσίευσε καὶ πρὸς τὴν διοίκησιν αὐτῆς τὸν Κάτωνα καὶ μάλα ἄκοντα ἀπέστειλε.*" Dio Cassius XXXVIII. 30. — „Tu lege una tulisti, *ut Cyprius rex*, cuius maiores huic populo socii atque amici semper fuerunt, *cum bonis omnibus sub praecone subiiceretur, et exsules Byzantium reducerentur.*" pro domo 20, 52. — „Reducti exsules Byzantium condemnati tum, cum indemnati cives e civitate eiiciebantur.] Hos etiam lege sua revocaverat *Clodius*, quamvis fuissent iure damnati." Schol. Bob. pro Sestio p. 301.

Clodia *de provinciis consularibus.*

„Lege ea, quam nemo legem praeter te et collegam tuum putavit, omnis erat tibi (Pisoni) Achaia, Thessalia, Athenae, cuncta Graecia addicta." in Pison. 16, 37.

Conf. supra pro Sestio 25. et orationem de provinciis consularibus.

Clodia *de Pessinuntio Matris Magnae sacerdote.*

„Lege tribunicia Matris Magnae Pessinuntius ille sacerdos expulsus et spoliatus sacerdotio est fanumque sanctissimarum atque antiquissimarum religionum venditum pecunia grandi Brogitaro, impuro homini atque indigno illa religione." pro Sestio 26, 56. Conf. de Harusp. Resp. 13.

Clodia *de libertinorum suffragiis.*

„Per omnes tribus divisis libertinis servos ille omnes, qui in libertate morarentur, lege nova additurus erat, ut ipsi cum ingenuis aequaliter suffragia ferrent. An huius ille legis, quam Sex. Clodius a se inventam gloriatur mentionem facere ausus esset, vivo Milone, ne dicam consule? de nostrum enim omnium — non audeo totum dicere: videte, quid ea vitii lex habitura fuerit, cuius periculosa etiam reprehensio est." pro Milone 12, 33. Cf. Fragmm. p. 459. — „*Incidebantur iam domi leges, quae nos servis nostris addicerent.*] Significasse iam puto nos, fuisse inter leges *P. Clodii*, quas ferre proposuerat, eam quoque, qua libertini, qui non nisi in urbanis tribubus suffragium ferebant, possent in rusticis quoque tribubus, quae proprie ingenuorum sunt, ferre." Ascon. in Milon. p. 52. — „Oppressisset omnia, possideret, teneret; lege nova, quae est inventa apud eum cum reliquis legibus Clodianis, servos nostros libertos suos fecisset." pro Milone 33, 89. — „Laturus *de suffragio libertinorum P. Clodius* legem videbatur." Schol. Bob. p. 346.

Coctia.

„Non te puto de lustro, quod iam desperatum est, aut de iudiciis, quae lege *Coctia* fiant, quaerere." ad Att. IV. 16, 14.

Coctia est *L. Aurelii Cottae* iudiciaria. Vid. Aurelia *iudiciaria.* Neque vero erat, quare Malaspinaeus dubitaret, a *Cotta* posse *Coctiam* fieri. Nam eodem modo a regulo *Cottio* Alpium pars dicitur *Alpes Cottianae* et *Coctianae* ap. Tacit. Hist. IV. 68. add. Varias Lectt. in Sueton. Ner. 18. Liv. XXIX. 38. Cic. de Offic. II. 17. Sed inusitatum hoc, quod a cognomine legis nomen ducitur: quamquam etiam [Pseudo] Asconius legem Serviliam de repetundis vocat *Glauciam* ad Act. I. in Verr. [p. 164. editionis nostrae. At ibi nunc pro *legem Glauciam* rectius scribitur *legem Glauciae.*] et est lex *Metella* ap. Plin. XXXV. 17. ubi tamen corrigunt *Metilia.* Vid. Harduin. ad l. c. Ern. Equidem haud dubito, quin locus Ciceronis corruptus et *Coctia* lex nihili sit.

Coelia. Vid. Caelia.

Corneliae *de senatu cooptando Agrigentinorum.*

„Agrigentini de senatu cooptando *Scipionis* leges antiquas habent, in quibus et illa eadem sancta sunt (de aetate hominum, ne qui minor triginta annis natu; de quaestu, quem qui fecisset, ne legeretur; de censu, de ceteris rebus:) et hoc amplius: cum Agrigentinorum duo genera sint, unum veterum, alterum colonorum, quos T. Manlius (immo *C. Mamilius* teste Livio XXVII. 35. 36.) praetor ex S. C. de oppidis Siculorum deduxit Agrigentum; cautum est in *Scipionis* legibus, ne plures essent in senatu ex colonorum numero quam ex vetere Agrigentinorum." Verr. II. 50, 123.

Latae videntur a. u. c. 548., quo anno *P. Cornelio Scipioni Africano* Sicilia provincia data est.

Corneliae *L. Cinnae.*

„*L. Cornelius Cinna* (consul a. u. c. 666.) cum perniciosas leges per vim atque arma ferret, pulsus urbe a Cn. Octavio collega cum sex tribunis plebis." Liv. Epit. LXXIX.

Cornelia *de revocandis exulibus.*

„*L. Cornelius Cinna* primo consulatu legem de exulibus revocandis ferens ab Octavio collega prohibitus et honore privatus urbe profugit." Aurelius Victor de viris illustr. c. 69.

Cornelia *de novorum civium et libertinorum suffragiis.*

„*Cinna* cum Octavio (bellum gessit) de novorum civium suffragiis." Philipp. VIII. 2, 7. — „Coepit *Cinna* de libertinorum suffragiis agere." Schol. Gronov. p. 410. — „Non erat Mario Sulpicioque *Cinna* temperatior. Itaque, cum ita civitas Italiae data esset, ut in octo tribus contribuerentur novi cives, ne potentia eorum et multitudo veterum civium dignitatem frangeret, plusque possent recepti in beneficium quam auctores beneficii; *Cinna* in omnibus tribubus eos se distributurum pollicitus est: quo nomine ingentem totius Italiae frequentiam

io urbem acciverat. E qua pulsus collegae optimatiumque viribus cum in Csmpaniam tenderet, ex auctoritate senatus consulstus ei abrogstus est, suffectusque in eius locum L. Coroelius Merula flamen Dialis." Vellei. II. 20. Conf. Appian. Bell. Civ. I. 64 seqq.

Cornelia *de recipiendo Mario.*

„Ciona et Marius haud incruentis utrinque certaminibus editis urbem occupaverunt, sed prior ingressus *Cinna* de recipiendo Mario legem tulit." Vellei. II. 21, 6.

Corneliae *L. Sullae.*

„*Sulla* dictator factus (a. u. c. 672.) legibus novis rei publicae statum confirmavit, tribunorum plebis potestatem minuit et omne ius legum ferendsrum ademit, pontificum augurumque collegium ampliavit, ut essent quindecim; senatum ex equestri ordine supplevit; proscriptorum liberis ius petendorum honorum eripuit et bona eorum vendidit, ex quibus plurima primo rapuit. redactum est sestertium ter milies quingenties." Liv. Epit. LXXXIX. — „Ecquid est, quod tam proprie dici possit actum eius, qui togatus in re publica cum potestate imperioque versatus sit quam lex? Quaere acta Grscchi: leges Semproniae proferentur. Quaere *Sullae: Corneliae.*" Philipp. I. 7, 18.

De actis *Sullae* conferendi sunt in primis Zachariae *der Dictator L. Cornelius Sulla.* Heidelb. 1834. 2 voll. 8. — Alex. Wittich de rei publicae Romanae ea forma, qua L. Cornelius Sulla dictator totam rem Romsnam ordinibus, magistratibus, comitiis commutavit. Lips. 1834. 8. — C. Ramshorn de rei publicae Romsoae forma, qua L. Cornelius Sulla dictator totam rem Romanam ordinibus, magistratibus, comitiis commutavit, quaestio philologica. Lips. 1835. 8.

Cornelia *tribunicia.*

„Pompeius tribunicism poteststem restituit, cuius *Sulla* imaginem sine re reliquerat." Vellei. II. 30. — *Τὴν δὲ τῶν δημάρχων ἀρχὴν ἴσα καὶ ἀνεῖλεν, ἀσθενεστάτην ἀποφήνας καὶ νόμῳ κωλύσας μηδεμίαν ἄλλην τὸν δήμαρχον ἀρχὴν ἔτι ἄρχειν. διὸ καὶ πάντες οἱ δόξης ἢ γένους ἀντιποιούμενοι τὴν ἀρχὴν ἐς τὸ μέλλον ἐξετρέποντο.* Appian. Bell. Civ. I. 100. II. 29. — „Hic C. Cotta legem tulit, ut tribunis plebis liceret postea alios magistrstus capere: quod lege *Sullae* iis erat ademptum." Ascon. in Coroel. p. 78. Conf. p. 66. — „In ista quidem re vehementer *Sullam* probo (Q. Cicero loquitur), qui tribunis plebis sua lege iniurise fsciendse potestatem ademerit, auxilii ferendi reliquerit." de Legg. III. 9, 22. — „Nec tribunis plebis sui periculi deprecandi, neque etiam extremi iuris intercessione retinendi, quod *L. Sulla* reliquerat, facultas tribuitur." Caes. Bell. Civ. I. 5, 1. — „Novum in re publica introductum exemplum queritur (Caesar), ut tribunicia intercessio armis notaretur atque opprimeretur, quae superioribus annis armis esset restituta: *Sullam* nudata omnibus rebus tribunicia potestate tamen intercessionem liberam reliquisse." Caes. Bell. Civ. I. 7, 3.—

„Adductus est in iudicium (Q. Opimius), verbo, quod, cum esset tribunus plebis, intercessisset contra legem *Corneliam:* re vera, quod in tribunatu dixisset contra alicuius hominis nobilis voluntatem." Verr. lib. I. 60, 155. — „*Intercessisset contra legem Corneliam*] Ut tribuni plebis aliorum quoque magistratuum capessendorum potestatem haberent. Persuasisse dicitur hanc legem Opimius." Pseudo-Asconius p. 200. male scilicet intellectis verbis Ciceronis, cum *intercedere contra legem Corneliam* idem putaret esse quod *opponere se legi Corneliae.*

Ex h. l. videatur colligi posse, tribunis ademptam fuisse potestatem intercedendi, quam tamen unam relictam diserte tradit Cicero de Legg. III. 9. Caesar B. Civ. I. 5. Eam difficultatem sic tollere tentat Manutius, ut Opimium putet opposuisse se legi Corneliae, ut ea abrogata lex C. Aurelii Cottae de restituenda tribunicia potestate perferretur. Sed quis unquam legit ita dici, *intercedere contra legem aliquam?* Latinitas quidem haec verba non aliter accipi patitur, quam, *intercedere vetante lege, aliter quam lex iusserit intercedere.* Res autem sic se habet: Lex Cornelia ademerat tribunis intercessionem, non tamen omnino, sed ut in causis quibusdam relinqueretur, aut iis finibus circumscriptus esset eius usus, ut raro intercedere liceret. Locus Caesaris videtur indicare, licuisse intercedere, si quis sua sponte intercederet: reprehendit enim senatum, qui talem Antonii intercessionem sustulerit: non cum appellatus esset. Nam si omnis dignitas adempta est, etiam haec ablata fuerit necesse est, ne appellari possent tribuni: in quo maxima dignitas. Pighius ad a. 672. tradit, cautum lege Cornelia fuisse, ne appellantibus opem ferrent, nisi iurassent, se aliter aequo iure uti non posse. Id unde hauserit, nescio: quod tamen est absurdum. Illud certum est, culpam ab Opimio commissam eo, quod alieno loco intercesserat. Ern.

Cornelia *iudiciaria.*

„Lege *Sullae* viginti (quaestores) creati supplendo senatui, cui iudicia tradiderat." Tacit. Ann. XI. 22. — „Per idem tempus Cotta iudicandi munus, quod C. Gracchus ereptum senatui ad equites, *Sulla* ab illis ad senatum transtulerat, aequaliter in utrumque ordinem partitus est." Vellei. II. 32, 3. — „Agitur causa senatoriis iudiciis in invidia apud populum constitutis de corruptione multorum, vexatis provinciis omnibus ac sociis populi Romani fessis toto orbe terrarum, accusatoribus praevaricatione infamibus, flagitante plebe iudicia equestris ordinis, quae fere ante annos X. victor *Sulla* sustulerat." Pseudo-Asconius in argum. Divinat. p. 99. — „Victor *Sulla* legem tulerat, ut senatorius ordo iudicaret, et iudicavit per decem annos turpiter." Pseudo-Ascon. in Divinat. p. 103. — „Omnia non modo commemorabuntur, sed etiam expositis certis rebus agentur, quae inter decem annos, posteaquam iudicia ad senatum translata sunt, in rebus iudicandis nefarie flagitioseque facta sunt." Verr. Act. I. 13, 37. — „*Inter decem annos*] Recte dixit: hoc enim tempus, quo senatus iudicat, victore *Sulla* ab ordine equitum Romanorum transferente iudicia."

Pseudo-Ascon. p. 145. — „Constat inter omnes, post haec constituta iudicia, quibus nunc utimur, nullum hoc splendore atque dignitate consilium fuisse." Verr. Act. I. 16, 49. — „Senatoria iudicia dicit per hos X. annos *Sullae* legibus constituta." Pseudo-Asconius p. 149. — „Victor *Sulla* multa commoda a populo ad senatorium ordinem transtulerat, in his etiam iudicandi potestatem. Non enim equites, sicut consuetudo erat, sed senatores iudicare praecepit." Schol. Gronov. in Divin. p. 384.

Cornelia *de sententia ferenda.*

„Cum in consilium iri oporteret, quaesivit ab reo C. Iunius quaesitor ex lege illa *Cornelia*, quae tum erat, *clam an palam de se sententiam ferri vellet.*" pro Cluentio 20, 55. — „Consurgitur in consilium, cum sententias Oppianicus, quae tum erat potestas, palam ferri velle dixisset, ut Staienus scire posset, quid cuique deberetur." pro Cluentio 27, 75.

Ea cautum erat, ut, antequam iretur, causa cognita, in consilium, quaesitor interrogaret reum, palam an per tabulas vellet sententias ferri. Ex Cluentianae c. 20. intelligitur, eam legem valuisse adhuc tempore celebris illius iudicii Iuniani, paullo post autem, cum Cicero Cluentium defenderet, obsoletam fuisse, neque amplius observatam. Ern. Pighius (Ann. Rom. T. III. p. 262.) hanc legem caput iudiciariae esse voluit.

Eiusdem iudiciariae legis caput quibusdam esse videtur

Cornelia *de reiectione iudicum.*

„De se homines, si qui extra istum ordinem (senatorium) sunt, quibus ne reiiciundi quidem amplius quam trium iudicum praeclarae leges *Corneliae* faciunt potestatem, hunc hominem tam crudelem, tam sceleratum, tam nefarium, nolunt iudicare." Verr. lib. II. 31, 77.

Sanxerat *L. Sulla*, ut equites et ex plebe homines, cum iis causa dicendi foret, tres tantum iudices reiicere possent, senatores rei multo plures. Neque enim audio Manutium, qui senatoribus ipsis iudicia tenentibus ea re putat Sullam consuluisse, ut ex eorum numero tres tantummodo reiicerentur. Quis non videt, cum de senatoribus supra dicatur, *istum de vobis iudicem, si voltis, habeatis*, quod sequitur, intelligendum esse de duobus reliquis ordinibus, equestri et plebeio, quibus ille dictator trium tantum iudicum reiiciendi potestatem fecerit? Senator quidem reus plures reiiciebat, idque Verris exemplo demonstro. Nam II. Accus. 7. habes quattuor a Verre reiectos, Galbam, Peducaeum, Considium, Iunium; III. 41. de C. Cassio: *Hunc tu in hac causa testem habebis, quoniam, iudicem ne haberes, providisti:* indicat reiectum a Verre quinto loco C. Cassium fuisse; V. 44. de P. Cervio: *Qui, quia legatus isto praetore in Sicilia fuit, primus ab isto iudex reiectus est.* Adeoque, cum sex ac fortasse plures etiam iudices Verres reiecerit, nondum abrogata *Cornelia* lege *iudiciaria*, patet illa nihil innovatum fuisse de ordine senatorio, sed de reliquis

tantummodo. Etenim negandum non est, ante Sullam plures quam tres reiici solitos fuisse ab omnibus ordinibus promiscue: cum eo nomine per verbum ironicum *praeclarae* Corneliae leges arguantur, quod solum tres reiici iusserint. Num autem id Sulla praescripserit equitibus plebique, ut erat, iratus, an quia putaret senatores, quibus iudicia mandabat, saepius cum senatoribus inimicitias habituros, quam cum hominibus aliorum ordinum, ut incertum omitto. Illud quidem pro certo affirmaverim, non id fecisse Sullam, ut senatorum existimationi consuleret. An non enim de senatorum quoque causis idem tulisset, cum multo plures senatores rei essent, quam vel equites vel plebeii, qui non ita multis legibus tenebantur? Deinde vetere lege institutum est, ut in iudiciis cum reus tum accusator, qui sibi viderentur, reiicerent, non eo consilio, ne improbi homines iudicarent; sed ne alterutrius partis inimici: reiectique illius inimici putabantur esse, qui eos reiecisset, neque improbitatis notam idcirco subibant. Haec adversus Manutium. Sed praeterea Antonius Augustinus reprehendendus est, qui lege *Cornelia repetundarum*, non similiter ceteris, reiectionem trium iudicum praescriptam docet. Nam si lex repetundarum ad senatores tantum pertinebat, et aliquanto plures reiiciendi ius senatores habebant, ut dictum est, constat aliis quidem legibus tulisse Sullam de reiectione trium iudicum, non itidem illa repetundarum. Quod autem ex Asconio refert Hottomanus, lege *Aurelia* deinde cautum fuisse puto, quae tribus ordinibus iudicia communicavit. Ferrat. Offendit sane (in verbis Ciceronis) *si qui* pro *qui*, ubi ne minima quidem dubitatio, num sint, videtur constitui posse. Verum si lectio certa est, ut est, hinc etiam Ant. Augustini coniectura, quam Ferratius quidem contempsit, verisimilis fit, pertinere illam trium iudicum reiectionem, lege *Cornelia* institutam, ad legem *de pecuniis repetundis*, qua raro homines de plebe rei fierent. Zumpt.

Cornelia *de repetundis.*

„Est enim haec causa, quo ea pecunia pervenerit, quasi quaedam appendicula causae iudicatae atque damnatae. — Iubet lex Iulia persequi ab iis, ad quos ea pecunia, quam is ceperit, qui damnatus sit, pervenerit. Si est hoc novum in lege Iulia, inducatur sane etiam consuetudo huius generis iudiciorum nova. Sin hoc totidem verbis translatum caput est, quot fuit non modo in *Cornelia*, sed etiam ante in lege Servilia: per deos immortales, quid agimus, iudices? aut quem hunc morem novorum iudiciorum in rem publicam inducimus?" pro Rabir. Post. 4, 9.

Secuta est *Serviliam*, ex qua cum alia, tum hoc in suam transtulit Sulla, ut, si ex bonis rei condemnati non tantum redigeretur, quantum ei lis aestimata esset, persequi ab iis liceret, ad quos ea pecunia, quam cepisset is, qui damnatus esset, pervenisset. Ex quo legis capite accusatus est damnato Gabinio L. Rabirius Postumus. Ern. Ex hac lege *Cornelia* accusati sunt Cn. Dolabella (conf. Perizonius animadvers. c. 2. p. 54.), C. Verres, in quem Cicero aedilis patronus

dabatur, C. Macer, quem idem praetor damnavit (Cic. ad Fam. XV. 21. Val. Max. IX. 12, 7.), M. Fonteius, quem praetorius defendit, et L. Flaccus (cf. Garaton. ad P. Manut. argum. in Cic. orat. p. Flacco), cuius causam consularis egit. Klenze.

Cornelia *de sicariis et veneficis.*

„Iubet lex ea, qua lege haec quaestio constituta est, iudicem quaestionis cum eis iudicibus, qui ei obvenerint, quaerere de veneno. In quem quaerere? infinitum est. Quicunque fecerit, vendiderit, emerit, habuerit, dederit, deque eius capite quaerito, qui tribunus militum legionibus quattuor primis, quive quaestor, tribunus plebis . . . (qui magistratum habuerit) quive in senatu sententiam dixit, dixerit, qui eorum coit, coierit, convenit, convenerit, quo quis iudicio publico condemnaretur. — Ubi (lex) omnes mortales adligat, ita loquitur: Qui venenum malum fecit, fecerit . . . omnes viri, mulieres, liberi, servi in iudicium vocantur." pro Cluentio 54, 148. — „Qua in lege est qui coierit, convenerit, consenserit, falsumve testimonium dixerit." pro Cluentio 57, 157. — „*L. Sulla*, homo a populi causa remotissimus, tamen cum eius rei quaestionem hac ipsa lege constitueret, qua vos hoc tempore iudicatis, populum Romanum, quem ab hoc genere liberum acceperat, adligare novo quaestionis genere ausus non est." pro Cluentio 55, 151. — „Illi non hoc recusabant, ne ea lege accusarentur, qua nunc Avitus accusatur, quae tunc erat Sempronia, nunc est *Cornelia; intellegebant* enim ea lege equestrem ordinem non teneri, sed ne nova lege adligarentur laborabant." pro Cluentio 56, 154. — „Lex *Cornelia de sicariis*, quae homicidas ultore ferro persequitur, vel eos, qui hominis occidendi causa cum telo ambulant. — Eadem lege et *venefici* capite damnantur, qui artibus odiosis, tam venenis, vel susurris magicis homines occiderunt vel mala medicamenta publice vendiderunt." Instit. IV. 18, 5. — „Sed et lex *Cornelia* de iniuriis loquitur et iniuriarum actionem introduxit, quae competit ob eam rem, quod se pulsatum quis verberatumve, domumve suam vi introitum esse dicat." Instit. IV. 4, 8.

Non dubitavi etiam postremum Institutionum locum legi *Corneliae de sicariis* addere: quamquam ICti utrum ad singularem legem *de iniuriis* latam an ad caput alius legis, veluti *de sicariis* referenda sint, dubitant. Perridiculus enim foret Iustinianus, si cupidam legum iuventutem docendam putasset, legem Corneliam de iniuriis latam et inscriptam loqui de iniuriis. Immo et Iustiniani verba et Theophili paraphrasis (*οὐδὲ ὁ Κορνήλιος νόμος περὶ ὕβρεως διαλεχθῆναι ἠμέλησεν*) luce clarius hoc saltem ostendunt, legem, cuius mentionem faciunt, non inscriptam fuisse *de iniuriis.*

Cornelia *de provinciis ordinandis.*

„Appius (consul) in sermonibus antea dictitabat, postea dixit etiam in senatu palam: sese, si licitum esset legem curiatam ferre, sortiturum esse cum collega provinciam: si curiata lex non esset, se paraturum

cum collega tibique successurum: legem curiatam consuli ferri opus esse, necesse non esse: se, quoniam ex senatus consulto provinciam haberet, lege *Cornelia* imperium habiturum, quoad in urbem introisset." ad Fam. I. 9, 25. — „Non modo ibi non fuisti, ubi me quam primum videre posses, sed eo discessisti, quo ego te ne persequi quidem possem triginta diebus, qui tibi ad decedendum lege, ut opinor, *Cornelia* constituti essent." ad Fam. III. 6, 3. — „Ut habere rationem possis, quo loco me salva lege *Cornelia* convenias, ego in provinciam veni pridie Kalendas Sextiles; iter in Ciliciam facio per Cappadociam; castra movi ab Iconio pridie Kalendas Septembres. Nunc tu et ex diebus et ex ratione itineris, si putabis me esse conveniendum, constitues, quo loco id commodissime fieri possit et quo die." ad Fam. III. 6, 6. — „Ad me adire quosdam memini, nimirum ex Epicteto, qui dicerent, nimis magnos sumptus legatis decerni: quibus ego non tam imperavi quam censui sumptus legatis quam maxime ad legem *Corneliam* decernendos. Atque in eo ipso me non perseverasse testes sunt rationes civitatum, in quibus, quantum quaeque voluit, legatis tuis datum induxit." ad Fam. III. 10, 6. Conf. III. 8.

Huius legis capita apud Ciceronem haec reperio: (1) Sumptus definiebat, quos liceret civitatibus provincialibus facere in legatis publice Romam mittendis, ut eos in senatu laudarent, qui provinciae praefuissent. Ep. ad Div. III. 8, 10. Sanciebat, (2) ut qui provincias ex S. C. lege *Sempronia* haberent, imperium retinerent, quoad in urbem introissent. Quod sine dubio non hanc vim habebat, ut ex lege hac imperium haberent, et rem militarem attingere possent praetores, quod e curiata lege habebant, sed ut, si per curiatam legem imperium haberent, id non tam diu haberent, quoad e provincia decessissent, sed, quoad in urbem introissent. Ceterum quomodo in hac lege calumniatus sit Appius, vid. Ep. ad Div. I. 9. Cf. Sigon. de A. I. P. III. 11. circa finem. (3) Ut tricesimo die, postquam in provinciam venisset successor, de provincia praetor decederet. Ibid. III. 6. Ern.

Cornelia *testamentaria*.

„Atque in his ipsis rebus multa videmus ita sancta esse legibus, ut ante facta in iudicium non vocentur. *Cornelia testamentaria*, nummaria, ceterae complures; in quibus non ius aliquod novum populo constituitur, sed sancitur, ut, quod semper malum facinus fuerit, eius quaestio ad populum pertineat ex certo tempore." Verr. lib. I. 42, 108. — „Lex *Cornelia de falsis*, quae etiam *testamentaria* vocatur, poenam irrogat ei, qui testamentum vel aliud instrumentum falsum scripserit, signaverit, recitaverit, subiecerit, quive signum adulterinum fecerit, sculpserit, expresserit sciens dolo malo. Eiusque legis poena in servos ultimum supplicium est, in liberos vero deportatio." Instit. IV. 18, 7.

Vid. Iul. Pauli Recept. sententiarum L. V. Tit. 25. et ibi viros doctos apud Schulting. p. 513 seq. Ern. Hanc legem Cicero respicit etiam de Nat. Deor. III. 30, 74.

Cornelia *nummaria.*

„Atque in his ipsis rebus multa videmus ita sancta esse legibus, ut ante facta in iudicium non vocentur. *Cornelia* testamentaria, *nummaria*, ceterae complures; in quibus non ius aliquod novum populo constituitur, sed sancitur, ut, quod semper malum facinus fuerit, eius quaestio ad populum pertineat ex certo tempore." Verr. lib. I. 42, 108.

Ea cautum est, ne quis privatus nummos adulterinos faciat, infuso deteriori aere in nobilius, aut alio modo quocunque. Continebatur hoc falsi genus lege de falso; sed quod nil pestilentius est Reip. quam adulterari nummos, lege peculiari de hoc crimine sanciendum putavit Sulla. V. Gravina O. I. p. 451. Huc pertinet etiam *edictum Marii Gratidiani*, tribuni plebis, de quo videndus Plinius H. N. XXXIII. 9. extr. Ern.

Cornelia *de proscriptione.*

„Docent non oportere se iurare: facturos esse, quod contra legem *Corneliam* esset, quae proscriptum iuvari vetaret." Verr. lib. I. 47, 123. — „Hoc ego quaero, qui potuerunt ista ipsa lege, quae *de proscriptione* est, sive Valeria est sive *Cornelia;* non enim novi nec scio: verum ista ipsa lege bona Sex. Roscii venire qui potuerunt? Scriptum enim ita dicunt esse, *ut eorum bona veneant*, qui proscripti sunt: quo in numero Sex. Roscius non est: *aut eorum, qui in adversariorum praesidiis occisi sunt.* — — — Opinor esse in lege, quam ad diem proscriptiones venditionesque fiant: nimirum ad Kalendas Iunias." pro Sex. Roscio 43, 125—128. Conf. de lege agr. III. 2, 6. III. 2, 8. III. 2, 12. — „Adiectum etiam, *ut bona proscriptorum venirent, exclusique paternis opibus liberi etiam petendorum honorum iure prohiberentur, simulque senatorum filii et onera ordinis sustinerent et iura perderent.*" Vellei. II. 29. — Conf. Plutarch. Sulla c. 31. — „Quid crudelius quam homines honestis parentibus ac maioribus natos a re publica submoveri? Itaque durum id esse summus ille tractandorum animorum artifex (Cicero in oratione *de proscriptorum liberis*) confitetur: sed ita legibus *Sullae* cohaerere statum civitatis affirmat, ut his solutis stare ipsa non possit." Quintil. Inst. Or. XI. 1, 85.

Corneliae *agrariae,*

quibus agri perduellium publicati veteranisque assignati sunt. Ad eas referendi videntur loci de lege agr. Rulli II. 28, 78. III. 2, 6. III. 2, 8. III. 3, 12.

Cornelia *de sacerdotiis.*

„His decem annis victore *Sulla* civilibus bellis spoliatus est populus Romanus potestate tribunicia, iudicandi iure, arbitrio creandorum sacerdotum, senatus aut iudicum." Pseudo-Ascon. in Divin. p. 102.

Vid. supra Liv. Epit. LXXXIX. et Domitia.

CORNELIA *maiestatis*.

„Exire de provincia, educere exercitum, bellum sua sponte gerere, in regnum iniussu populi ac senatus accedere, cum plurimae leges veteres, tum lex *Cornelia maiestatis*, Iulia de pecuniis repetundis, planissime vetant. Pison. 21, 50. — „M. Lepido L. Volcatio coss. reum Cornelium duo fratres Cominii lege *Cornelia de maiestate* fecerunt. Ascon. in Cornel. p. 59.

Ea dicitur in Pisonem l. l. vetare haec: educere e provincia exercitum, bellum sua sponte gerere, in regnum iniussu populi et senatus accedere; et pro Cluentio 35, 97. [cf. 36, 99.] legiones sollicitare [*Maiestatis crimine tenetur — qui milites sollicitaverit concitaveritque, quo seditio tumultusve contra rem publicam fiat.* Ulpian. Digest. lib. XLVIII. tit. IV. l. 1.]; in Verrem lib. I. 5, 12. vivos dimittere hostes populi Romani accepta pecunia; Ep. ad Div. III. 11, 2. ne in quemvis impune declamare liceret. [Vid. Orellius ad h. l.] Quicunque amplitudinem dignitatemque populi Romani laesisse convinci poterat, is maiestatis convictus putabatur, ut docet Auctor libr. ad Herenn. II. 12, 17. Ern.

CORNELIA *de magistratibus*.

Στρατηγεῖν ἀπεῖπε (*Σύλλας*) *πρὶν ταμιεῦσαι, καὶ ὑπατεύειν πρὶν στρατηγῆσαι· καὶ τὴν ἀρχὴν τὴν αὐτὴν αὖθις ἄρχειν ἐκώλυσε, πρὶν ἔτη δέκα διαγενέσθαι.* Appian. Bell. Civ. I. 100. — *Ἐς ἅπαντα δ' ἦν οὕτω φοβερὸς καὶ ἄκρος ὀργήν, ὡς καὶ Κόϊντον Λουκρήτιον Ὀφέλλαν τὸν Πραινεστὸν αὐτῷ λαβόντα καὶ Μάριον τὸν ὕπατον ἐκπεπολιορκηκότα καὶ τὸ τέλος αὐτῷ τῆς νίκης συναγαγόντα, ὑπατεύειν ἔτι ἱππέα ὄντα πρὶν ταμιεῦσαι καὶ στρατηγῆσαι διὰ τὸ μέγεθος τῶν εἰργασμένων κατὰ παλαιὸν ἔθος ἀξιοῦντα καὶ τῶν πολιτῶν δεόμενον, ἐπεὶ κωλύων καὶ ἀνατιθέμενος οὐ μετέπειθεν, ἐν ἀγορᾷ μέσῃ κτεῖναι.* Appian. I. 101. — „Quam absurdum, qui praetor fieri non potuerit, eum petere consulatum: nisi forte damnationem pro praetura putat." Philipp. XI. 5.

Posteriore huius legis parte instaurata sunt antiqua plebiscita, quae commemoravit Livius:

„Aliis plebiscitis cautum (a. u. 411.), ne quis eundem magistratum intra decem annos caperet, neu duos magistratus uno anno gereret." VII. 42. — „Legem recitari iussit (Q. Fabius Maximus), qua intra decem annos eundem consulem refici non liceret." X. 13.

CORNELIA *de civitate*.

„*Sulla* cum Italicis populis, ne timeretur ab iis velut erepturus civitatem et suffragii ius nuper datum, foedus percussit. Liv. Epit. LXXXVI. — „Populus Romanus *L. Sulla* dictatore ferente comitiis centuriatis municipiis civitatem ademit; ademit iisdem agros: de agris ratum est; fuit enim populi potestas: de civitate ne tamdiu quidem valuit, quamdiu illa Sullani temporis arma valuerunt: hanc vero Volaterranis, cum etiam tum essent in armis, *L. Sulla* victor re publica

recuperata comitiis centuriatis civitatem eripere non potuit, hodieque Volaterrani, non modo cives, sed etiam optimi cives, fruuntur nobiscum simul hac civitate." pro domo 30, 79. — Sociorum et Latii magna vis civitate pro multis et egregiis factis a vobis data per unum (*L. Sullam*) prohibentur, et plebis innoxiae patrias sedes occupavere pauci satellites mercedem scelerum." Salust. Hist. Fragmm. lib. I. orat. Lepidi §. 6. Orell. — „At enim *Sulla* legem (de civitate Volaterranis adimenda) tulit. — Ut nihil de illo tempore, nihil de calamitate rei publicae querar, hoc tibi respondeo, adscripsisse eundem Sullam in eandem legem: SI QUID IUS NON ESSET ROGARIER, EIUS EA LEGE NIHILUM ROGATUM." pro Caecina 33, 95. — „*Sulla* ipse ita tulit de civitate, ut non sustulerit horum nexa atque hereditates." pro Caecina 35, 102.

Ea lege Volaterranis [aliisque municipiis] ius civitatis Romanae ademptum est, ita tamen, ut nexa atque hereditates non tollerentur, h. e., ut et hereditates capere possent, et per nexum s. per aes et libram abalienare, quae vellent. Hanc legem negat Cicero valere posse, quia sit contra ius Romanum, quo civitas nemini invito adimi possit. Vid. pro Caecina c. 33 sq. Ern.

Cornelia *sumptuaria*. Vid. Sumptuariae.

Corneliae

C. Cornelii, tribuni plebis a. u. 686.

„Promulgavit legem, qua auctoritatem senatus minuebat, *ne quis nisi per populum legibus solveretur*. Quod antiquo quoque iure erat cautum; itaque in omnibus senatus consultis, quibus aliquem legibus solvi placebat, adiici erat solitum, ut de ea re ad populum ferretur: sed paulatim ferri erat desitum, resque iam in eam consuetudinem venerat, ut postremo ne adiiceretur quidem in senatus consultis de rogatione ad populum ferenda, eaque ipsa senatus consulta per pauculos admodum fiebant. Indigne eam *Cornelii* rogationem tulerant potentissimi quique ex senatu, quorum gratia magnopere minuebatur; itaque P. Servilius Globulus tribunus plebis inventus erat, qui C. Cornelio obsisteret. — — Actum deinde eadem de re in senatu est magnis contentionibus. Tum Cornelius ita ferre rursus coepit, *ne quis in senatu legibus solveretur, nisi CC. affuissent, neve quis, cum solutus esset, intercederet, cum de ea re ad populum ferretur*. Haec sine tumultu res acta est: nemo enim negare poterat, pro auctoritate senatus esse eam legem: sed tamen eam tulit invitis optimatibus." Ascon. in Cornel. p. 57 seq. — „Diximus iam in principio, *Cornelium* primo legem promulgasse, *ne quis per senatum lege solveretur;* [rursus] tulisse, *ut tum denique de ea re senatus consultum fieret, cum adessent in senatu non minus CC.*" Ascon. p. 72. Conf. Dio Cassius XXXVI. 22. — „Aliam deinde legem *Cornelius*, etsi nemo repugnare ausus est, multis tamen invitis tulit, *ut praetores ex edictis suis perpetuis ius dicerent:* quae res [cunctam] gratiam ambitiosis

praetoribus, qui varie ius dicere solebant, sustulit." Ascon. in Cornel. p. 58, Dio Cassius XXXVI. 23. — „Alias quoque complures leges *Cornelius* promulgavit, quibus plerique collegae intercesserunt." Ascon. in Cornel. p. 58.

Praetoribus videtur licuisse etiam *ex tempore* quaedam edicere, cuiusmodi edictum commemoratur, sed provinciale, Verr. III. 14. Saltem id sibi videntur quidam arrogasse: cui generi *perpetua* opponuntur. Eius legis quae vis fuerit, vid. apud Perizonium de lege Voconia p. 193. Ern.

Cornelia *de restituendo Cicerone.*

„De me cum omnes magistratus promulgassent praeter unum praetorem, a quo non fuit postulandum, fratrem inimici mei, praeterque duos de lapide emptos tribunos, legem comitiis centuriatis tulit *P. Lentulus* consul (a. u. 696.). — Quae lex quemadmodum accepta sit, quid me attinet dicere?" in Pison. 15, 35.

Cornelia *de novis tabulis.*

„Cum seditiones Romae a *P. Dolabella* tribuno plebis (a. u. c. 706.) legem ferente *de novis tabulis* excitatae essent et ex ea causa plebs tumultuaretur, inductis a M. Antonio magistro equitum in urbem militibus octingenti e plebe caesi sunt." Liv. Epit. CXIII. — *Ὁ Δολοβέλλας ἀπογνοὺς συγγνώμης τινὸς παρὰ τοῦ Καισαρος τεύξεσθαι, μέγα τι κακὸν ἐπεθύμει δράσας ἀπολέσθαι, ὡς καὶ ὄνομα ἐκ τούτου ἀεὶ σχήσων· ἤδη γὰρ τινες καὶ τῶν κακιστων ἔργων ἐρασταὶ ἐπὶ τῇ φήμῃ γίγνονται· ὑφ᾽ οὗπερ καὶ ἐκεῖνος τά τε ἄλλα ἐτάραττε καὶ τοὺς νόμους, τόν τε περὶ τῶν χρεῶν καὶ τὸν περὶ τῶν ἐνοικιων, ἐν ῥητῇ τινι ἡμέρᾳ θήσειν ὑπέσχετο. ὡς οὖν τοῦτό τε προεπηγγέλλετο, καὶ ὁ ὄχλος τά τε περὶ τὴν ἀγορὰν ἀποφράξας καὶ πύργους ἔστιν ᾗ ξυλινους ἀποκαταστήσας, ἕτοιμος παντὶ τῷ ἐναντιωθησομένῳ σφίσιν ἐπιχειρῆσαι ἐγένετο, ἐνταῦθα ὁ Ἀντώνιος στρατιώτας ἅμα τῇ ἡμέρᾳ πολλοὺς ἐκ τοῦ Καπιτωλιου καταγαγὼν τάς τε σανιδας τῶν νόμων κατέκοψε καὶ τινας καὶ μετὰ τοῦτο ταραχώδεις ἀπ᾽ αὐτοῦ τοῦ Καπιτωλίου κατεκρήμνισεν.* Dio Cass. XLII. 32. — *Τότε δημαρχῶν Δολοβέλλας, νέος ἀνὴρ καὶ νεων πραγμάτων ὀρεγόμενος εἰσηγεῖτο χρεῶν ἀποκοπὰς, καὶ τὸν Ἀντώνιον αὐτῷ τε φιλον ὄντα καὶ βουλόμενον ἀεὶ τοῖς πολλοῖς ἀρέσκειν ἔπειθε συμπράττειν καὶ κοινωνεῖν τοῦ πολιτεύματος. Ἀσινίου δὲ καὶ Τρεβελλίου τἀναντία παρακαλούντων ὑπόνοια δεινὴ κατὰ τύχην τῷ Ἀντωνιῳ προσέπεσεν ὡς ἀδικουμένῳ περὶ τὸν γάμον ὑπὸ τοῦ Δολοβέλλα. Καὶ τὸ πρᾶγμα βαρέως ἐνεγκὼν τήν τε γυναῖκα τῆς οἰκίας ἐξήλασεν ἀνεψιὰν οὖσαν αὐτοῦ, καὶ τοὺς περὶ Ἀσίνιον δεξάμενος ἐπολέμει τῷ Δολοβέλλᾳ. Κατέλαβε γὰρ τὴν ἀγορὰν ἐκεῖνος ὡς βίᾳ κυρώσων τὸν νόμον, Ἀντώνιος δὲ, καὶ τῆς βουλῆς ψηφισαμένης ὅπλων δεῖν ἐπὶ τὸν Δολοβέλλαν, ἐπελθὼν καὶ μάχην συνάψας ἀπέκτεινέ τέ τινας τῶν ἐκείνου καὶ τῶν ἰδίων ἀπέβαλε* Plutarch. v. Anton. c. 9.

Cornelia (et Baebia) *de ambitu.*

„Legem de ambitu consules (*P. Cornelius Cethegus M. Baebius Tamphilus* a. u. 572.) ex auctoritate senatus ad populum tulerunt." Liv. XL. 19. — „Damnati lege *Cornelia* hoc genus poenae ferebant, ut magistratuum petitione per decem annos abstinerent." Schol. Bob. p. 361.

Cornelia et Caecilia *de Cn. Pompeio.*

„Legem consules (*P. Cornelius Lentulus Q. Caecilius Metellus* a. u. 696.) conscripserunt, qua Pompeio per quinquennium omnis potestas rei frumentariae toto orbe terrarum daretur: alteram Messius, qui omnis pecuniae dat potestatem et adiungit classem et exercitum et maius imperium in provinciis quam sit eorum, qui eas obtineant. Illa nostra lex consularis nunc modesta videtur, haec Messia non ferenda. Pompeius illam velle se dicit, familiares hanc." ad Att. IV. 1, 7. — „Cn. Pompeio per quinquennium annonae cura mandata est." Liv. Epit. CIV. — *Λιμοῦ ἐν τῇ πόλει ἰσχυροῦ γενομένου καὶ τοῦ ὁμίλου παντὸς ἔς τε τὸ θέατρον καὶ μετὰ τοῦτο καὶ ἐς τὸ Καπιτώλιον ἐπὶ τοὺς βουλευτὰς συνεδρεύοντας ἐσπηδήσαντος, καὶ τοτὲ μὲν ἐν χερσὶν αὐτοὺς ἀποσφάξειν, τοτὲ δὲ καὶ καταπρήσειν σὺν αὐτοῖς τοῖς ναοῖς ἀπειλοῦντος· ἔπεισε σφᾶς (ὁ Κικέρων) ἐπιμελητὴν τοῦ σίτου τὸν Πομπήϊον προχειρίσασθαι, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἀρχὴν αὐτῷ ἀνθ' ὑπάτου καὶ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ καὶ ἔξω ἐπὶ πέντε ἔτη δοῦναι. καὶ ὁ μὲν ὥςπερ ἐπὶ τοῖς καταποντισταῖς πρότερον, οὕτω καὶ τότε ἐπὶ τῷ πάσης αὖθις τῆς οἰκουμένης τῆς ὑπὸ τοῖς Ῥωμαίοις τότε οὔσης ἄρξειν ἔμελλε.* Dio Cassius XXXIX. 9.

Cornelia et Gellia. Vid. Gellia et Cornelia.

Cottae. Vid. Aureliae.

Crassi. Vid. Liciniae.

Curiatae.

Curiata *de imperio.*

„Qui (Numa Pompilius) ut huc venit, quamquam populus curiatis eum comitiis regem esse iusserat, tamen ipse de suo imperio *curiatam* legem tulit." de Rep. II. 13, 25. — „Mortuo rege Pompilio Tullum Hostilium populus regem, interrege rogante, comitiis curiatis creavit, isque de imperio suo exemplo Pompilii populum consuluit *curiatim.*" de Rep. II. 17. — „Post eum Numae Pompilii nepos ex filia rex a populo est Ancus Marcius constitutus: itemque de imperio suo legem *curiatam* tulit." de Rep. II. 18, 33. — „Mortuo Marcio cunctis populi suffragiis rex est creatus L. Tarquinius. — — Isque ut de suo imperio legem tulit, principio duplicavit illum pristinum patrum nume-

rum." de Rep. II. 20. — „Non commisit se patribus (Servius Tullius), sed Tarquinio sepulto populum de se ipse consuluit, iussusque regnare legem de imperio suo *curiatam* tulit." de Rep. II. 21, 38. — „Quaestores regibus etiam tum imperantibus instituti sunt; quod lex *curiata* ostendit, ab Lucio Bruto repetita." Tacit. Ann. XI. 22.

„Lex *curiata* lata est, dictatorque (Camillus) absens dictus." Liv. V. 46. — „Papirius (dictator) C. Iunium Bubulcum magistrum equitum dixit; atque ei legem *curiatam* de imperio ferenti triste omen diem diffidit. - - - Dictator postero die auspiciis repetitis pertulit legem." Liv. IX. 38.

„Appius (consul) in sermonibus antea dictitabat, postea dixit etiam in senatu palam: sese, si licitum esset legem *curiatam* ferre, sortiturum esse cum collega provinciam: si *curiata* lex non esset, se paraturum cum collega tibique (P. Lentulo) successurum: legem *curiatam* consuli opus esse, necesse non esse: se, quoniam ex senatus consulto provinciam haberet, lege Cornelia imperium habiturum, quoad in urbem introisset. — — Sunt, qui putent posse te non decedere, quod sine lege *curiata* tibi succedatur: sunt etiam, qui, si decedas, a te relinqui posse, qui provinciae praesit." ad Fam. I. 9, 25. — „Appius sine lege *curiata* confirmat se Lentulo nostro successurum." ad Q. Fr. III. 2, 3.

„Cognoscite nunc, quae potestas decemviris, et quanta detur. Primum lege *curiata* decemviros ornat. Iam hoc inauditum, et plane novo more, uti *curiata* lege magistratus detur, cui nullis comitiis ante sit datus. Eam legem ab eo praetore, qui sit primus factus, ferri iubet. At quomodo? Ut ii decemviratum habeant, quos plebs designaverit. Oblitus est, nullos ab plebe designari. Et is orbem terrarum constringit novis legibus, qui, quod in secundo capite scriptum est, non meminit in tertio? Atque hic perspicuum est, quid iuris a maioribus acceperitis, quid ab hoc tribuno plebis vobis relinquatur. Maiores de omnibus magistratibus bis vos sententiam ferre voluerunt. Nam cum centuriata lex censoribus ferebatur, cum *curiata* ceteris patriciis magistratibus; tum iterum de eisdem iudicabatur, ut esset reprehendendi potestas, si populum beneficii sui poeniteret. Nunc quia prima illa comitia tenetis centuriata et tributa; curiata tantum auspiciorum causa remanserunt. Hic autem tribunus plebis, quia videbat, potestatem neminem iniussu populi aut plebis posse habere, curiatis ea comitiis, quae vos non scistis, confirmavit: tributa, quae vestra erant, sustulit. Ita, cum maiores binis comitiis voluerint vos de singulis magistratibus iudicare: hic homo popularis ne unam quidem populo comitiorum potestatem reliquit. Sed videte hominis religionem et diligentiam. Vidit et perspexit, sine *curiata* lege decemviros habere potestatem non posse, quoniam per novem tribus essent constituti. Iubet ferre de his legem *curiatam*: praetori imperat. Quam id ipsum absurde, nihil ad me attinet. Iubet enim, *qui primus sit praetor factus, eum legem curiatam ferre: sin is ferre non possit, qui postremus sit:* ut aut lusisse in tantis rebus aut profecto nescio quid spectasse videatur. Verum hoc, quod est aut ita perversum, ut ridiculum, aut ita mali-

tiosum, ut obscurum sit, relinquamus: ad religionem hominis revertamur. Videt, sine lege *curiata* nihil agi per decemviros posse. Quid postea, si ea lata non erit? Attendite ingenium. *Tum ii decemviri*, inquit, *eodem iure sint*, *quo qui optima lege*. Si hoc fieri potest, ut in hac civitate, quae longe iure libertatis ceteris civitatibus antecellit, quisquam nullis comitiis imperium aut potestatem assequi possit: quid attinet, tertio capite legem *curiatam* ferre iubere, cum quarto permittas, ut sine lege *curiata* idem iuris habeant, quod haberent, si optima lege a populo essent creati? Reges constituuntur, non decemviri, Quirites: itaque ab his initiis fundamentisque nascuntur, ut non modo cum gerere coeperint, sed etiam cum constituantur, omne vestrum ius, potestas, libertasque tollatur. At videte, quam diligenter retineat ius tribuniciae potestatis. Consulibus legem *curiatam* ferentibus a tribunis plebis saepe est intercessum. Neque tamen nos id querimur, esse hanc tribunorum plebis potestatem: tantummodo, si quis ea potestate temere est usus, existimamus. Hic tribunus plebis lege *curiata*, quam praetor ferat, adimit intercedendi potestatem. Atque hoc cum in eo reprehendendum est, quod per tribunum plebis tribunicia potestas minuitur, tum in eo deridendum, quod consuli, si legem *curiatam* non habet, attingere rem militarem non licet („Comitia *curiata* rem militarem continent." Liv. V. 52.): huic, qui vetat intercedere, potestatem, etiam si intercessum sit, tamen eandem constituit, quam, si lata esset lex: ut non intelligam, quare aut hic vetet intercedere, aut quemquam intercessurum putet: cum intercessio stultitiam intercessoris significatura sit, non rem impeditura." de lege agr. II. 10, 26 seqq. — „Demus igitur imperium (scil. *lege curiata*) Caesari: sine quo res militaris administrari, teneri exercitus, bellum geri non potest. Sit pro praetore eo iure, quo qui optimo." Philipp. V. 16, 45.

Curiata *de adoptione*.

„Cum in alienam familiam inque liberorum locum extranei sumuntur, aut per praetorem fit aut per populum. Quod per praetorem fit, adoptatio dicitur: quod per populum, arrogatio. Adoptantur autem, cum a parente, in cuius potestate sunt, tertia mancipatione in iure ceduntur, atque ab eo, qui adoptat, apud eum, apud quem legis actio est, vindicantur. Arrogantur ii, qui, cum sui iuris sunt, in alienam sese potestatem tradunt: eiusque rei ipsi auctores fiunt. Sed arrogationes non temere nec inexplorate committuntur. Nam comitia arbitris pontificibus praebentur, quae *curiata* appellantur, aetas quoque eius, qui arrogare volt, an liberis potius gignundis idonea sit, bonaque eius qui arrogatur ne insidiose appetita sint, consideratur: iusque iurandum a Q. Mucio pontifice maximo conceptum dicitur, quod in arrogando iuraretur. Sed arrogari non potest nisi iam vesticeps. Arrogatio autem dicta, quia genus hoc in alienam familiam transitus per populi rogationem fit. Eius rogationis verba haec sunt: Velitis iubeatis, uti Lucius Valerius Lucio Titio tam iure legeque filius siet, quam si ex eo patre matreque familias eius natus esset, utique ei vitae

NECISQUE IN EUM POTESTAS SIET, UTI PATRI ENDO FILIO EST. HAEC ITA UTI DIXI ITA VOS, QUIRITES, ROGO." A. Gellius V. 19.

„Oblitine tum, cum ille, qui id egerat, (P. Clodius) plebeius est lege *curiata* factus, dici de caelo esse servatum?" de Provinc. Consul. 19, 45. — „Quo die de te lex *curiata* lata esse dicatur, audes negare de caelo esse servatum?" pro domo 15, 39. — Hanc tetram immanemque beluam (P. Clodium) vinctam auspiciis, alligatam more maiorum, constrictam legum sacratarum catenis solvit subito lege *curiata* consul." pro Sestio 7, 16. — „De Publio (Clodio) quae ad me scribis sane mihi iucunda sunt: eaque etiam velim omnibus vestigiis indagata ad me afferas, cum venies; et interea scribas, si quid intelliges aut suspicabere: et maxime de legatione (ad Tigranem) quid sit acturus. Equidem ante quam tuas legi litteras hominem ire cupiebam; non mehercule, ut differrem cum eo vadimonium — nam mira sum alacritate ad litigandum —; sed videbatur mihi, si quid esset in eo populare, quod plebeius factus esset, id amissurus. Quid enim ad plebem transisti? ut Tigranem ires salutatum? Narra mihi: reges Armenii patricios salutare non solent? Quid quaeris? Acuebam me ad exagitandam hanc eius legationem. Quam si ille contemnit, et si, ut scribis, bilem id commovet et latoribus et auspicibus legis *curiatae*, spectaculum egregium." ad Att. II. 7, 2. Conf. Dio Cassius XXXVII. 51. XXXIX. 11. XLV. 5.

„Tertium nepotem Agrippam simulque privignum Tiberium adoptavit (Augustus) in foro lege *curiata.*" Sueton. Aug. 65. — „Galba apprehensa Pisonis manu in hunc modum locutus fertur: *Si te privatus lege* c u r i a t a *apud pontifices, ut moris est, adoptarem, et mihi egregium erat Gnaei Pompeii et Marci Crassi subolem in penates meos adsciscere, et tibi insigne Sulpiciae ac Lutatiae decora nobilitati tuae adiecisse.*" Tacit. Hist. I. 15.

Curiata dicitur quicquid in comitiis curiatis ad populum fertur. Sed tempore Ciceronis, inductis tributis, cum obsolevissent curiata, (v. Gron. Observ. IV. 1. Agr. II. 11.) per (XXX.) lictores in duabus causis habebantur, primo *de re militari*, deinde *de adoptione*. Nam, ut Cicero ait in Agraria II. 12. rem militarem continebant, neque cuiquam licebat eam attingere sine lege curiata. Conf. Lex CORNELIA *de prov. ord.* Hinc *lege curiata ornari* ibidem c. 10. est, comitiis curiatis accipere imperium et potestatem rei militaris administrandae. De *adoptione* autem exemplum extat P. Clodii, qui comitiis curiatis a plebeio adoptatus est. ERN.

CURIONIS. Vid. SCRIBONIAE.

DECIA *de duumviris navalibus.*

„Duo imperia eo anno (u. c. 442.) dari coepta per populum, utraque pertinentia ad rem militarem, unum ut tribuni militum seni deni in quattuor legiones a populo crearentur — — — alterum ut duumviros navales classis ornandae reficiendaeque causa idem populus

iuberet. lator huius plebisciti fuit *M. Decius* tribunus plebis." Liv. IX. 30.

Didia *sumptuaria*. Vid. Sumptuariae.

Didia et Caecilia. Vid. Caecilia et Didia.

Domitia *de sacerdotiis*.

„Ne hoc quidem vidit (Rullus), maiores nostros tam fuisse populares, ut quod per populum creari fas non erat (sacerdotium Pontificis Maximi) propter religionem sacrorum, in eo tamen propter amplitudinem sacerdotii voluerint populo supplicari. Atque hoc idem de ceteris sacerdotiis *Cn. Domitius* (*Ahenobarbus*), tribunus plebis (a. u. 649.), vir clarissimus tulit: quod populus per religionem sacerdotia mandare non poterat, ut minor pars populi vocaretur: ab ea parte qui esset factus, is a collegio cooptaretur." de Lege agr. II. 7, 18. — „Ciceronem nostrum in vestrum collegium cooptari volo. Existimo omnino, absentium rationem sacerdotum comitiis posse haberi: nam etiam factum est antea. C. enim Marius, cum in Cappadocia esset, lege *Domitia* factus est augur, nec, quo minus id postea liceret, ulla lex sanxit." Epist. ad Brut. I. 5. — „Atavus eius (Neronis) *Cn. Domitius* in tribunatu pontificibus offensior, quod alium quam se in patris sui locum cooptassent, ius sacerdotum subrogandorum a collegiis ad populum transtulit." Sueton. in vita Neronis c. 2. — „Quo anno (Mario tertium consule) *Cn. Domitius* tribunus plebis legem tulit, ut sacerdotes, quos antea conlegae sufficiebant, populus crearet." Vellei. II. 12, 3.

Ex ea lege sacerdotes, h. e. pontifices, augures, quindecimviri sacr. fac., qui ante a collegio quique suo cooptabantur, comitiis populi Romani electi sunt, ut ita sacerdotia haec ab illo tempore beneficia populi Romani facta sint. Nam qui iam ante, ut Pontifex M. Curio M. et alii, a populo creati fuerant (Liv. XXV. 5. XXVII. 8.), ad eos lex haec non pertinebat. (V. Gruch. de Com. II. 2, 3.): quamquam et Pontifex M. Agrar. II. 7. ea lege creatus dicitur. [Immo Cicero l. l. diserte indicat Domitium de *ceteris* tantummodo sacerdotiis tulisse.] Sed quod religio obstare videbatur, quo minus populus hos sacerdotes faceret, eamque ob causam eadem lex antiquata esset, cum eam Q. Maximo fratre Scipionis et L. Mancino coss. tulisset C. Licinius Crassus (de Amicit. c. 25.); hanc religionis calumniam ut vitaret Domitius, hoc legi adiecit, ut XVII. tantum tribus sorte ductae sacerdotes crearent. V. Agr. II. 7. qui est locus de hac re classicus. Sublata est haec lex a Cornelio Sulla lege *Cornelia de sacerdotiis*, nobilitatis amore lata, a quo multae aliae eius leges profectae sunt. Sed haec quoque paullo post a Labieno tribuno plebis a. u. 691. sublata, et *Domitia* restituta est. [*Τὰς αἱρέσεις τῶν ἱερέων, γράψαντος μὲν τοῦ Λαβιηνοῦ, σπουδάσαντος δὲ τοῦ Καίσαρος, ἐς τὸν δῆμον αὖθις ὁ ὅμιλος παρὰ τὸν τοῦ Σύλλου νόμον ἐπανήγαγεν, ἀνανεωσάμενος τὸν*

τοῦ Δομιτίου. Dio Cassius XXXVII. 37.] E Phil. II. 2. autem patet, hoc temperamentum adhibitum esse, ut duo e collegio nominarent, populus ex his, qui nominati essent, legeret. Eam confirmavit C. Iulius Caesar, donec M. Antonius lege lata collegiis ius suum restituit. V. Guther. de Iur. Pont. I. 8. P. Manutius de Legibus et ad Epist. ad Brut. 5. Ern.

Duilia *de provocatione.*

„*M. Duilius*, tribunus plebis (a. u. c. 304.), plebem rogavit, plebesque scivit, *qui plebem sine tribunis reliquisset, quique magistratum sine provocatione creasset, tergo ac capite puniretur.*" Liv. III. 55. Conf. Valeriae et Horatiae.

Duilia et Maenia *de unciario fenore.*

„Haud aeque (ac Poetelia de ambitu) laeta patribus, C. Marcio Cn. Manlio consulibus, (a. u. c. 396.) *de unciario fenore* (h. e. ne quis in centum asses plus menstrui fenoris exigeret quam unciam, sive unum assem pro centenis in annum) a *M. Duilio L. Maenio* tribunis plebis rogatio est perlata." Liv. VII. 16. — „Etsi unciario fenore facto levata usura erat, sorte ipsa obruebantur inopes nexumque inibant." Liv. VII. 19.

Duodecim Tabularum

leges a decemviris consulari potestate ex lege *Terentia* [s. *Terentilla*] latae sunt a. u. 303. et 304: de qua re non est ut multa dicamus. Vid. Liv. III. 31 seq. [A. Gell. XX. 1. XVI. 10. *R.*] Pomponium de O. I. et ad hunc Cuiacium (ad calcem Observatt.), et Bynckershoekium in Opusculis: ut ceteros mittamus, qui iuris Romani historiam scripsere. Ipsarum Tabularum fragmenta e libris veteribus multi collegere, quos omnes vicit Iac. Gothofredus in praestantissimo libello de quattuor fontibus iuris. [Haubold Institutt. iur. Rom. hist. dogmaticar. T. II. ed. Otto, Lips. 1826. Legum Duodecim Tabularum sententiae quae supersunt. *R.*] Has tabulas fontem omnis cum publici tum privati iuris Romani recte appelles, iisque insigne pretium Cicero statuit. [Earum mentionem fecit Tullius de Legg. I. 21, 55. II. 23, 58—62. II. 25, 64. III. 19, 44. de Rep. IV. 10, 12. de Offic. I. 12, 37. III. 15, 61. III. 31, 111. Tuscul. IV. 2, 4. pro Tullio 47. 50. 51. pro Sestio 30, 65. pro Milone 3, 9. 4, 11.] Eas, si quid ex iis definiri non posse videbatur, supplere poterant praetores edictis, e quibus ius honorarium ortum est, uti appellatur v. c. in Institutt. Iustin. lib. II. 4. 10. Supplementa fecere etiam tribuni plebis aliique magistratus legibus de iure civili ferendis: cuiusmodi sunt Voconia, Furia, Falcidia, Aquillia et omnes, quae iuris privati sunt. Ern. Vid. in primis Dirksen: Uebersicht der bisherigen Versuche zur Kritik und Herstellung des Textes der zwölf Tafel-Fragmente. Leipz. 1824. Legum XII. Tabularum fragmenta cum var. lectt. delectu, paraphrasi

et indicatis singulor. fragm. fontibus. Praelectionum in usum ed. Car. Zell. 4. Friburgi 1825.

Fabia *de plagiariis* (*περὶ ἀνδραποδιστῶν*).

„An de servis alienis contra legem *Fabiam* retentis, aut de civibus Romanis contra legem Porciam verberatis aut necatis, plura dicenda sunt, cum tanto studio C. Rabirius totius Apuliae, singulari voluntate Campaniae vicinitatis ornetur?" pro C. Rabirio 3, 8.

„Lege . . *Fabia* tenetur, qui civem Romanum eundemque, qui in Italia liberatus sit, celaverit, vinxerit, vinctumque habuerit, vendiderit, emerit . . Eiusdem legis capite II. tenetur, qui . . alienum servum invito domino celaverit, vendiderit, emerit dolo malo." Ulpian. in Coll. XIV. 3. — „Est et inter publica iudicia lex *Fabia de plagiariis*, quae interdum capitis poenam ex sacris constitutionibus irrogat, interdum leviorem." Iustin. Institutt. IV. 18, 10.

Conf. Paullus Sent. Rec. V. 30, 6. Gravina Orig. Iur. p. 462. Ern. De auctore legis et tempore haud constat. Sunt qui temere eam latam putant a. u. 570. a Q. *Fabio* Labeone et M. Claudio Marcello coss.

Fabia *de numero sectatorum.*

„Quid opus est, inquit, sectatoribus? — A me tu id quaeris, quid opus sit eo, quo semper usi sumus? Homines tenues unum habent in nostrum ordinem aut promerendi aut referendi beneficii locum, hanc in nostris petitionibus operam atque assectationem. Neque enim fieri potest neque postulandum est a nobis aut ab equitibus Romanis, ut suos necessarios candidatos sectentur totos dies: a quibus si domus nostra celebratur, si interdum ad forum deducimur, si uno basilicae spatio honestamur, diligenter observari videmur et coli: tenuiorum et non occupatorum amicorum est ista assiduitas, quorum copia bonis et beneficis deesse non solet. Noli igitur eripere hunc inferiori generi hominum fructum officii, Cato: sine eos, qui omnia a nobis sperant, habere ipsos quoque aliquid, quod nobis tribuere possint. Si nihil erit praeter ipsorum suffragium, tenue est: si, ut suffragentur, nihil valent gratia. Ipsi denique, ut solent loqui, non dicere pro nobis, non spondere, non vocare domum suam possunt: atque haec a nobis petunt omnia, neque ulla re alia, quae a nobis consequuntur, nisi opera sua compensari putant posse. Itaque et legi *Fabiae*, quae est *de numero sectatorum*, et senatus consulto, quod est L. Caesare consule factum, restiterunt. Nulla est enim poena, quae possit observantiam tenuiorum ab hoc vetere instituto officiorum excludere." pro Murena 34, 70—71.

Sectatores qui dicantur, vid. ap. Quintum Fratrem de petitione consulatus [c. 9.], ubi ab *salutatoribus* et *deductoribus* distinguuntur. Ei rei, quoniam ad ambitum pertinere videbatur, modum statuere visum est *Fabio* huius legis latori. Ern.

FABRICIA *de reditu Ciceronis.*

„Potuitne (Milo iure se ulcisci) *Q. Fabricio* (tribuno plebis a. u. 696.) viro optimo cum de reditu meo legem ferret pulso, crudelissima in foro caede facta?" pro Milone 14, 38.

FANNIA *de peregrinis urbe prohibendis.* Vid. IUNIA.

FANNIA *sumptuaria.* Vid. SUMPTUARIAE.

De FENORE: *Duilia* et *Maenia*, *Genucia*, *Sempronia.*

FLAMINIA *agraria.*

„Dicitur etiam *C. Flaminius* is, qui tribunus plebis legem de agro Gallico et Piceno viritim dividundo tulerit, qui consul apud Trasimenum ait interfectus, ad populum valuisse dicendo." Brut. 14, 57. — „Commemorant *C. Flaminium*, qui legem *agrariam* aliquot annis ante secundum Punicum bellum tribunus plebis tulerit invito senatu, et postea bis consul factus sit." Acad. II. 5, 13. — „*C. Flaminius* is, qui consul rem publicam male gessit bello Punico secundo, cum tribunus plebis esset, invito senatu et omnino contra voluntatem omnium optimatium per seditionem ad populum legem *agrariam* ferebat. Hunc pater suus concilium plebis habentem de templo deduxit. Arcessitur (pater) maiestatis." de Invent. II. 17, 52. — „Apud *C.* quoque *Flaminium* auctoritas patria aeque potens fuit. Nam cum tribunus plebis legem de Gallico agro viritim dividendo, invito et repugnante senatu, promulgasset, precibus minisque eius acerrime resistens, ac ne exercitu quidem adversus se conscripto, si in eadem sententia perseveraret, absterritus; postquam pro Rostris ei legem iam referenti pater manum iniecit: privato fractus imperio descendit e Rostris, ne minimo quidem murmure destitutae contionis reprehensus." Valer. Max. V. 4, 5.

Ad hanc legem alludit Cato in Origg. ap. Varronem R. R. I. 2: *Ager Gallicus Romanus vocatur, qui viritim cis Ariminum datus est ultra agrum Picenum.* Ceterum hanc legem initium et causam corruptae plebis fuisse docet Polybius II. 21. [*Μετὰ δὲ τοῦτον τὸν φόβον ἔτει πέμπτῳ, Μάρκου Λεπίδου στρατηγοῦντος, κατεκληρούχησαν ἐν Γαλατίᾳ Ῥωμαῖοι τὴν Πικεντίνην προσαγορευομένην χώραν, ἐξ ἧς νικήσαντες ἐξέβαλον τοὺς Σήνωνας προσαγορευομένους Γαλάτας· Γαΐου Φλαμινίου ταύτην τὴν δημαγωγίαν εἰσηγησαμένου καὶ πολιτείαν, ἣν δὴ καὶ Ῥωμαίοις, ὡς ἔπος εἰπεῖν, φατέον ἀρχηγὸν μὲν γενέσθαι τῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον τοῦ δήμου διαστροφῆς.*] ERN. Quonam anno hic *C. Flaminius* tribunus plebis fuerit ac legem tulerit, variare animadverto Ciceronem a gravissimo auctore Polybio. Scribit enim in Catone maiore (4, 11.), hoc ipsum Q. Fabio et Sp. Carvilio iterum consulibus contigisse, videlicet urbis anno 525. Ait enim de Q. Fabio Maximo: *Nec vero in armis praestantior quam in toga: qui consul iterum Sp. Carvilio collega quiescente* C. FLAMINIO *tribuno plebis*

quoad potuit restitit agrum Picentem et Gallicum viritim contra senatus auctoritatem dividenti. Polybius autem *Flaminium* legem pertulisse agrumque Gallicum divisisse tradit M. (Aemilio) Lepido consule. (a. u. c. 521.) Nobis autem visum est in hoc *Flaminii* tribunatu constituendo Polybium potius sequi quam Tullium, quia ceterorum eius magistratuum ordo et distantia id postulare videtur. Nam si praeturam *Flaminii* respicias, quam anno 526. gessit, profecto hic illius tribunatus plebis non illegitime in hunc annum incidit quartum ante praeturam: quippe cum veri simile non sit, ipsum mox ex tam seditioso tribunatu in praeturam transiisse, si, ut ex Cicerone colligitur, Q. Fabio consule iterum tribunum plebis agros divisisse dicamus. Pighius.

Flavia *agraria.*

„*Agraria* autem promulgata est a *Flavio*, sane levis, eadem fere, quae fuit Plotia." ad Att. I. 18, 6. — „*Agraria* lex a *Flavio* tribuno plebis vehementer agitabatur auctore Pompeio: quae nihil populare habebat praeter auctorem. Ex hac ego lege secunda contionis voluntate omnia illa tollebam, quae ad privatorum incommodum pertinebant: liberabam agrum eum, qui P. Mucio L. Calpurnio coss. publicus fuisset; Sullanorum hominum possessiones confirmabam: Volaterranos et Arretinos, quorum agrum Sulla publicarat neque diviserat, in sua possessione retinebam: unam rationem non reiiciebam, ut ager hac adventicia pecunia emeretur, quae ex novis vectigalibus per quinquennium reciperetur. Huic toti rationi agrariae senatus adversabatur suspicans Pompeio novam quandam potentiam quaeri. Pompeius vero ad voluntatem perferendae legis incubuerat." ad Att. I. 19, 4.

Promulgavit eam *L. Flavius* tribunus plebis a. u. 693. In ea, Pighius ad h. a. inquit, plura capita inprimis videbantur iniqua et senatus auctoritati contraria, quia et res iudicatas rescindebant et ad privatorum incommodum pertinebant, haec videlicet: *Uti is ager, qui P. Mucio L. Calpurnio coss. publicus fuisset quemque senatus post eos consules vendiderat, restituto emptoribus pretio, divideretur; utique Volaterranorum Arretinorumque agri, quos L. Sulla dictator publicarat nec vendiderat, dividerentur; utique ex vectigalibus nuper bello quaesitis per quinquennium pecunia ad agros emendos plebique dividundos reciperetur; utique omnibus civibus suffragium esset:* id quod adiicit ad gratiam legi conciliandam, quo citius a plebe reciperetur. Hanc itaque oppugnarunt totis viribus L. Lucullus, M. Cato et omnis denique senatus, huicque toti rationi agrariae adversabantur, antesignano inprimis Q. Metello consule: resque eo pervenit contentionis, uti consul a tribuno plebis in carcerem duceretur. Cumque senatus optimatumque ordo omnis Metellum comitaretur ad carceremque conveniret, *Flavius* sella tribunicia ad ianuam posita neminem ingredi passus est. Metellus igitur iussit murum carceris perforari, ut senatus per eum introire posset. Pompeius autem, cum neque minis neque terroribus lex obtineri posset, pudore victus tribunum discedere rogationique supersedere iussit. Vide Dionem Cas-

sium XXXVII. [50.] Schütz. Tria huius legis capita satis manifesta fiunt e Ciceronis verbis. Quartum autem, quod Pighius (T. III. p. 348.) et Schützius addiderunt, *uti omnibus civibus suffragium esset*, quid sibi velit, non facile quisquam perspiciet; neque dubitandum, quin ex foedissimo virorum doctissimorum errore ortum sit. Scilicet male intellexerunt verba Dionis: *Τοῦ γοῦν δημάρχου, τοῦ τὴν γῆν τοῖς τῷ Πομπηίῳ συνεξητασμένοις κατανεῖμαι ἐσηγουμένου, προσγράψαντος τῇ γνώμῃ τὸ καὶ πᾶσι τοῖς πολίταις, ὅπως τοῦτό τε αὐτὸ ῥᾶον ψηφίσωνται καὶ τὰ πραχθέντα αὐτῷ βεβαιώσωσι, κλήρους τινὰς δοθῆναι· ἐπὶ πᾶν ὁ Μέτελλος ἀνθιστάμενος ἐπεξῆλθεν*, et ex *agri sortibus*, quae sunt *κλῆροι*, composuerunt, mirabile dictu, *suffragia*.

Frumentariae

sunt, quibus largitio frumenti plebi ex aerario facienda proposita et sancita est. De iis vide Lipsium Elect. I. 8., qui tamen non omnes leges frumentarias commemoravit, et Vincentii Contareni de frumentar. Rom. largitione librum, in quo Lipsiana examinantur: quibus addas licet collecta Hortensii in ed. Ciceronis Olivetana p. 431 seq. Eae autem hae sunt: *Sempronia*, *Appuleia*, *Livia*, *Cassia* et *Terentia*, *Clodia*, *Octavia*. Ern.

Fufia. Vide Aelia et Fufia.

Fufia *de religione*.

„Credo te audisse, cum apud Caesarem pro populo fieret, venisse eo muliebri vestitu virum, idque sacrificium cum virgines instaurassent, mentionem a Q. Cornificio in senatu factam: postea rem ex senatus consulto ad pontifices relatam idque ab iis nefas esse decretum, deinde ex senatus consulto consules rogationem promulgasse; uxori Caesarem nuntium remisisse. In hac causa Piso amicitia P. Clodii ductus operam dat, ut ea rogatio, quam ipse fert et fert ex senatus consulto *de religione* antiquetur. Messalla vehementer adhuc agit severe. Boni viri precibus Clodii removentur a causa; operae comparantur; nosmet ipsi, qui Lycurgei a principio fuissemus, quotidie demitigamur; instat et urget Cato. Quid multa? Vereor, ne haec, neglecta a bonis, defensa ab improbis, magnorum rei publicae malorum causa sint." ad Att. I. 13, 3. — „Hortensius excogitavit, ut legem *de religione Fufius* tribunus plebis ferret: in qua nihil aliud a consulari rogatione differebat nisi iudicum genus." ad Att. I. 16, 2.

Lata est a *Q. Fufio Caleno* tribuno plebis a. u. c. 692. Ei occasionem dedit Clodius. Qui cum sacra Bonae Deae polluisset, et de ea re e SCto consularis rogatio facta esset, ex qua a praetore in iudicio Clodiano iudices legerentur, amicusque Clodii Fufius videret, ea lege perlata aegre servari posse Clodium; tulit ipse, ut iudices sorte ducerentur, quod ita facilius putaret iudices eiusmodi fore, qui se corrumpi sinerent. Eius legis defensor fuit Hortensius, quod a rogatione consulari solo genere iudicum differret, putaretque, nullis illum iudi-

cibus absolvi et vel plumbeo gladio iugulari posse, ad Att. I. 14. 16., in quo vehementer deceptus est. Ern.

Fufia *iudiciaria.*

„*Lege hac recenti ac nova certus est inquisitioni comitum numerus constitutus.*] Legem *iudiciariam* videtur significare sive a P. Vatinio tribuno plebis sive a *Q. Fufio Caleno* praetore (a. u. 694.) latam [*pr. latam* scripsi pro *perlatam.*]: pertinebat autem ad iudicum reiectionem. — — — Igitur ea lege praefinitum videbatur, quot numero comites habere deberent, qui in provincias irent, ut accusationem de pecuniis repetundis instruerent." Schol. Bob. pro Flacco p. 235.

Κύϊντος Φούφιος Καλῆνος, ἀναμὶξ πάντων τὰς ψήφους ἐν ταῖς φιλονεικίαις, (τά τε κρείττω πρὸς σφᾶς ὡς ἑκάστου τῶν γενῶν ἄγοντος καὶ τὰ ἀτοπώτερα ἐς ἑτέρους ἀπωθοῦντος,) οὔσας εὑρών, ἐνομοθέτησε στρατηγῶν, χωρὶς αὐτοὺς ὡς ἑκάστους ψηφίζεσθαι· ἵν' εἰ μὴ καὶ κατ' ἄνδρα (τῷ κρύφα σφᾶς τοῦτο ποιεῖν) ἀλλὰ τά γε ἔθνη (γένη Sturz.) *αὐτῶν ἔκδηλα ὅπως φρονοίη γίνοιντο.* Dio. Cass. XXXVIII. 8.

Haec lex adhuc putabatur (etiam a Waltero Geschichte des Röm. Rechts I. p. 257.) de suffragiis in comitiis ferendis lata esse. Sed Scholiastae verba docent, alium loco Dionis sensum esse tribuendum quam ei volgo tribuitur. Cum enim *iudiciaria* sit Fufia, sanxisse videtur, ut singuli ordines iudicum, i. e., senatores, equites, tribuni aerarii, seorsim suffragia ferrent, ut appareret, quis ordo reum absolvisset, quis damnasset. Hunc certe morem fuisse aliquot annis post Fufium praetorem manifestum est ex Asconio, qui et ad Scaurianam (a. u. 699.) et ad Milonianam (a. u. 701.) diserte indicat, quot cuiusque ordinis iudices reos vel damnaverint vel absolverint.

Furiae.

„Cedo mihi leges Atinias, *Furias*, [Fusias,] ipsam, ut dixi, Voconiam, omnes praeterea de iure civili: hoc reperies in omnibus statui ius, quo post eam legem populus utatur." Verr. lib. I. 42, 109.

Furia *testamentaria.*

„Tulit apud maiores nostros legem *C. Furius de testamentis;* tulit Q. Voconius de mulierum hereditatibus; innumerabiles aliae leges de civili iure sunt latae: quas Latini voluerunt, adsciverunt." pro Balbo 8, 21.

„Lata est lex *Furia*, qua exceptis personis quibusdam, ceteris plus mile assibus legatorum nomine mortisve causa capere permissum non est." Gaius II. §. 225. IV. §. 23. — „Nec me praeterit, in forma legis *Furiae testamentariae* PRO IVDICATO verbum inseri, cum in ipsa lege non sit." Gaius IV. §. 24.

Furia s. Fusia: nam idem nomen est, et *Furii* iidem et *Fusii* sunt appellati. Vid. Liv. III. 4. Quintil. I. 4. et Hotoman. ad Verr. I. 42., ubi male volgo legunt *Furias Fusias*. [Cf. Varro de L. L. VI. 3. init. Maffei de Origg. Etrusc. et Lat. c. 17. *R.*] Ea est *de*

testamentis, unde *testamentaria* appellatur. Ex legibus Duodecim Tabularum licebat legata facere de re sua, quot quis vellet: Uti quisque legassit suae rei, ita ius esto. Sed cum saepe tantum legaretur, ut aut non sufficeret res mortui aut saltem absumeretur ita legatis, ut heredi nihil relinqueretur; noluerunt multi hereditates cernere. Quare cum intersit rei publicae valere voluntates morientium, coeperunt quidam de modo legatis constituendo cogitare. Itaque tulit ad populum primus *C. Furius*, ut non liceret plus quam mille asses legati nomine capere, isque quadruplum solveret, qui plus cepisset. Menardus ad Cic. l. c. Theophilus ad Instit. L. II. c. 22. Ern.

Furia et Atilia.

„C. Mancinus, ut Numantinis, quibuscum sine senatus auctoritate foedus fecerat, dederetur, rogationem suasit eam, quam *P. Furius*, *Sex. Atilius* (tribuni plebis a. u. 617.) ex senatus consulto ferebant: qua accepta est hostibus deditus." de Offic. III. 30, 109.

Fusiae

hic nominandae non fuissent, nisi Zumptius vir doctissimus earum tenacissimus esset. Qui cum in Verr. lib. I. 42, 109. (vid. Furiae.) etiam nunc scribendum censuisset *Cedo mihi leges Atinias*, *Furias*, *Fusias*, *ipsam*, *ut dixi*, *Voconiam* cet.: eius ipsius ad haec verba adnotatione lectorem carere nolui, quamvis mihi sententiam suam minime persuaserit:

„*leges Atinias*, *Furias*, *Fusias*.] Haec est et principum editionum et codd. nostrorum quantum scimus omnium lectio (nisi quod Lag. 29. *Affinias* et *Sufias* (pro *Fusias*) habet, et 42 *Furias* omittit.) Pro ea Naugerius edere coepit *Fuffias*, eam opinor rationem secutus, quod *Fusius* idem nomen esset quod *Furius*, retinueruntque insequentes editores (etiam Stephanus), donec Hotomanus *Fuffias* leges nullas esse ostendit et vocem delendam censuit. In hac sententia ceteri editores acquieverunt, ita ut Gruterus et Graevius, quod vocem in textu reliquerunt, inviti fecisse videantur. Neque tamen illud satis tutum mihi videtur. Nam quod dicunt idem nomen esse *Furius* et *Fusius*, nihil impedit, quin huic vel illi aut homini aut legi proprium factum sit, ut leges complures Claudias et Clodias diversas legimus, quamvis haud dubie Claudius idem sit quod Clodius. Legem *Fusiam* aliam non habemus, nisi quae dicitur *Fusia Caninia* [At haec ipsa scribitur *Furia Caninia* in optimis editionibus Institutt. I. 7.] de numero servorum testamento manumittendorum, argumenti maxime ad hunc locum apti; eam hic ex altera parte significari, facile possem contendere, verum non liquet de eius aetate, nec prorsus absonum fuerit, si quis alius legis *Fusiae* intercidisse memoriam existimet, cum ne Atiniae quidem de testamentis extet. Sed de lege Fusia et de Voconiae legis ea parte, quae ad legata pertinet, deque earum reliquarumque legum continuatione etiam antiquitatis studiosus cum fructu Ed. Gansii, Antecessoris Berolinensis, librum de iure hereditario leget Tom. II. p. 189 sqq. Sed

praeterea causam habeo, cur hoc loco verbum deleri nolim. Ea ex orationis tenore ducitur, quod duo legum nomina aures non explent, tria saltem requiruntur. [At eodem modo pro Balbo 8, 21. *Furiam* statim excipit *Voconia*.] Quod sequitur *ipsam ut dixi Voconiam*, nisi compluribus enumeratis tamquam cumulandi gratia adiectum esset, inopiam potius orationis, quam vim et artem proderet."

Haec Zumptius: equidem facio cum Ernestio et Orellio.

Gabinia *tabellaria*. Vid. Tabellariae.

Gabinia *de uno imperatore contra praedones constituendo*.

„*A. Gabinius* tribunus (a. u. 686.) legem tulit, ut, cum belli more, non latrociniorum, orbem classibus iam, non furtivis expeditionibus, piratae terrerent quasdamque Italiae urbes diripuissent, Cn. Pompeius ad eos opprimendos mitteretur essetque ei imperium aequum in omnibus provinciis cum proconsulibus usque ad quinquagesimum miliarium a mari, quo senatus consulto paene totius terrarum orbis imperium uni viro deferebatur." Vellei. II. 31, 2. — *Αὖλός τις Γαουίνιος δήμαρχος γνώμην ἔδωκεν, στρατηγὸν ἕνα αὐτοκράτορα ἐφ' ἅπαντας αὐτοὺς ἐκ τῶν ὑπατευκότων ἑλέσθαι τρισί τε ἔτεσιν ἄρξοντα καὶ δυνάμει παμπληθεῖ μεθ' ὑποστρατήγων πολλῶν χρησόμενον. ἄντικρυς μὲν γὰρ τὸ τοῦ Πομπηΐου ὄνομα οὐκ εἶπεν· εὔδηλον δὲ ἦν ὅτι, ἂν ἅπαξ τι τοιοῦτον ὁ ὅμιλος ἀκούσῃ, ἐκεῖνον αἱρήσεται.* Dio Cass. XXXVI. c. 6. cf. capp. 7—20. —*Ἔγραψε δὲ Γαβίνιος εἷς τῶν Πομπηΐου συνήθων νόμον, οὐ ναυαρχίαν, ἄντικρυς δὲ μοναρχίαν αὐτῷ διδόντα, καὶ δύναμιν ἐπὶ πάντας ἀνθρώπους ἀνυπεύθυνον. Ἐδίδου γὰρ ἄρχειν ὁ νόμος αὐτῷ τῆς ἐντὸς Ἡρακλείων στηλῶν θαλάσσης, ἠπείρου δὲ πάσης ἐπὶ σταδίους τετρακοσίους ἀπὸ θαλάσσης· - - πρὸς δὲ τούτοις ἑλέσθαι πεντεκαίδεκα πρεσβευτὰς αὐτὸν ἐκ τῆς βουλῆς ἐπὶ τὰς κατὰ μέρος ἡγεμονίας, χρήματα δὲ λαμβάνειν ἐκ τῶν ταμιείων καὶ παρὰ τῶν τελωνῶν, ὅσα βούλοιτο, καὶ ναῦς διακοσίας κύριον ὄντα πλήθους καὶ καταλόγου στρατείας καὶ πληρωμάτων ἐρετικῶν.* Plutarch. Pompei. c. 25. — „Tu idem, Q. Hortensi, multa et in senatu contra virum fortem *A. Gabinium* graviter ornateque dixisti, cum is *de uno imperatore contra praedones constituendo* legem promulgasset, et ex hoc ipso loco permulta item contra eam legem verba fecisti." pro lege Manilia 17, 52. cf. 18, 54. — „Quo mihi etiam indignius videtur obtrectatum esse adhuc, Gabinio dicam anne Pompeio, an utrique? — id quod verius est —, ne legaretur *A. Gabinius* Cn. Pompeio expetenti ac postulanti. utrum ille, qui postulat ad tantum bellum legatum quem velit, idoneus non est, qui impetret; an ipse, cuius lege salus ac dignitas populo Romano atque omnibus gentibus constituta est, expers esse debet gloriae eius imperatoris atque eius exercitus, qui consilio ipsius ac periculo est constitutus? — — In hoc uno Gabinio sunt tam diligentes, qui in hoc bello, quod lege *Gabinia* geritur, etiam praecipuo iure esse deberet? — — Mea quidem sententia unus *A. Gabinius* belli maritimi rerumque gestarum Cn. Pompeio socius adscribitur,

propterea quod alter uni illud bellum suscipiendum vestris suffragiis detulit, alter delatum susceptumque confecit." pro lege Manilia 19, 57 et 58. — „Manifestum est, de ea lege Ciceronem nunc dicere, qua Cn. Pompeio bellum adversus piratas datum est. L. autem Trebellius est tribunus plebis, quo perseverante intercedere intro vocare tribus *Gabinius* coepit, ut Trebellio magistratum abrogaret. Et aliquamdiu Trebellius perstabat in intercessione; sed postquam VII. et X. tribus rogationem acceperunt, remisit intercessionem Trebellius: atque ita legem Gabinius de piratis persequendis pertulit." Asconius in Cornel. p. 71 sq. — „Cn. Pompeius lege ad populum lata persequi piratas iussus (a. u. c. 686.), qui commercium annonae intercluserant, intra quadragesimum diem toto mari eos expulit." Liv. Epit. XCIX. — „Scimus *Gabinia* rogatione victos esse ab Cn. Pompeio imperatore piratas." Schol. Bob. pro Flacco p. 235, 30.

Gabinia *de versura Romae provincialibus non facienda.*

„Salaminii cum Romae versuram facere vellent, non poterant, quod lex *Gabinia* vetabat. — Postea venit in mentem feneratoribus, nihil se iuvare illud senatus consultum (ut neve Salaminiis, neve qui eis dedisset, fraudi esset), quod ex syngrapha ius dici lex *Gabinia* vetaret." ad Att. V. 21, 12. — „Quod senatus consultum esse dicebat, ut ius ex syngrapha diceretur, eo consilio factum est, quod pecuniam Salaminii contra legem *Gabiniam* sumpserant. Vetabat autem *Auli* lex ius dici de ita sumpta pecunia. Decrevit igitur senatus, ut ius diceretur ista syngrapha." ad Att. VI. 2, 7.

Est *A. Gabinii* tribuni plebis (a. u. 686.) eius, qui postea consul cum L. Pisone (a. u. 695.) fuit: unde etiam *Auli* lex dicitur ad Atticum VI. 2. Ea cautum est, *ne provincialibus liceret Romae versuram facere*, h. e. pecuniam fenori sumere: quod si quis pecuniam provinciali dedisset, ne ex syngrapha eius rei causa facta ius redderetur a magistratibus provincialibus. Hoc clarissime apparet ex ep. ad Att. V. 21. (ubi v. not.) et VI. 1. Nihilo minus in hac lege explicanda doctissimi viri, P. Manutius, Iac. Cuiacius aliique, erraruut. Conf. Dissertatiunculam nostram de negotiatoribus. Ern. Huius legis auctorem fuisse Gabinii collegam in tribunatu *C. Cornelium*, sed eam non pertulisse, docet Asconius in argumento ad Cornelianam p. 56:

„Rettulerat ad senatum (C. Cornelius) ut, quoniam exterarum nationum legatis pecunia magna daretur usura, turpiaque et famosa ex eo lucra fierent, *ne quis legatis exterarum nationum pecuniam expensam ferret.* — Cuius relationem repudiavit senatus et decrevit, satis factum videri eo senatus consulto, quod ante annos [XXVII.] L. Domitio C. Caelio coss. (a. u. 659.) factum erat, cum senatus ante pauculos annos illo senatus consulto decrevisset, ne quis Cretensibus pecuniam mutuam daret."

Gabinia *de senatu legatis dando.*

„Comitialibus diebus, qui Quirinalia sequuntur, Appius interpretatur, non impediri se lege Pupia, quo minus habeat senatum, et,

quod *Gabinia* sanctum sit, etiam cogi ex Kal. Febr. usque ad Kal. Mart. legatis senatum quotidie dari: ita putantur detrudi comitia in mensem Martium." ad Q. Fr. II. 13, 3.

Eiusdem *A. Gabinii* est, legi Pupiae similis, de qua suo loco. Ea sancitum est, *ut mense toto Februario*, h. e. omnibus diebus, quibus senatus haberi posset, *senatus legationibus daretur.* Ern.

Gellia et Cornelia *de civitate.*

„Nascitur, iudices, causa Cornelii ex ea lege, quam *L. Gellius Cn. Cornelius* (consules a. u. 681.) ex senatus sententia tulerunt. Qua lege videmus esse sanctum, *uti cives Romani sint ii, quos Cn. Pompeius de consilii sententia singillatim civitate donarit.*" pro Balbo 8, 19. — „Ubi est igitur exceptum foedere Gaditano, ne quem populus Romanus Gaditanum recipiat civitate? Nusquam. Ac sicubi esset, lex id *Gellia* et *Cornelia*, quae definite potestatem Pompeio civitatem donandi dederat, sustulisset. pro Balbo 14, 32. — „Quid fuit in rogatione ea, quae de Pompeio a *Gellio* et a *Lentulo* consulibus lata est, in quo aliquid sacrosanctum exceptum videretur?" pro Balbo 14, 33.

Genucia *de fenore.*

„Praeter haec invenio apud quosdam *L. Genucium* tribunum plebis (a. u. c. 411.) tulisse ad populum, *ne fenerare liceret.*" Liv. VII. 42.

Hanc legem respicere videtur Appianus Bell. Civ. I. 54: *Τοῦ δ' αὐτοῦ χρόνου κατὰ τὸ ἄστυ οἱ χρήσται πρὸς ἀλλήλους ἐστασίασαν· οἱ μὲν, πράττοντες τὰ χρέα σὺν τόκοις, νόμου τινὸς παλαιοῦ διαγορεύοντος μὴ δανείζειν ἐπὶ τόκοις ἢ ζημίαν τὸν οὕτω δανείσαντα προσοφλεῖν. ἀποστραφῆναι γάρ μοι δοκοῦσιν οἱ πάλαι Ῥωμαῖοι, καθάπερ Ἕλληνες, τὸ δανείζειν ὡς καπηλικὸν καὶ βαρὺ τοῖς πένησι καὶ δύσερι καὶ ἐχθροποιόν. ἔθους δὲ χρονίου τοὺς τόκους βεβαιοῦντος, οἱ μὲν κατὰ τὸ ἔθος ᾔτουν, οἱ δὲ οἷον ἐκ πολέμων τε καὶ στάσεων ἀνεβάλλοντο τὰς ἀποδόσεις. εἰσὶ δ' οἳ καὶ ζημίαν τοὺς δανείσαντας ἐκτίσειν ἠπείλουν κ. τ. λ.*

Glaucia. Vid. Servilia *de pecuniis repetundis.*

Gracchi. Vid. Semproniae.

Helia,

quae a nonnullis e Cicerone laudatur, v. c. in Nizoliano lexico, est *Aelia*, de qua suo loco. *Heliam* gentem nullam Romae fuisse docet Perizonius de num. consul. p. 35. in Triga Diss. p. 151. Ern.

Herennia.

„Est autem *C. Herennius* quidam tribunus plebis: — is ad plebem P. Clodium traducit; idemque (a. u. 693.) fert, *ut universus populus in campo Martio suffragium de re Clodii ferat.* Hunc ego accepi in senatu, ut soleo: sed nihil est illo homine lentius." ad Att. I. 18, 4. — „Haec sunt in re publica: nisi etiam illud ad rem publicam putas

pertinere, *Herennium* quendam tribunum plebis, tribulem tuum, sane hominem nequam et egentem, saepe iam *de P. Clodio ad plebem traducendo* agere coepisse: huic frequenter intercceditur." ad Att. I. 19, 5.

Hieronica *frumentaria.*

„Inter aratores (Siculos) et decumanos lege frumentaria, quam *Hieronicam* appellant, iudicia fiunt." Verr. lib. II. 13, 32. — „Lege *Hieronica* iudicia plurimarum controversiarum sublata uno nomine omnia." Verr. lib. II. 13, 34. — „Decumas, quas iste (Verres) contra legem *Hieronicam* vendiderat, sese venditurum *Hieronica* lege (Metellus) edixerat." Verr. lib. II. 26, 63. — „Rogant et orant Siculi patres conscriptos, ut nostri magistratus posthac decumas lege *Hieronica* vendant." Verr. lib. II. 60, 147. — „Videte nunc maiorum sapientiam, qui, cum Siciliam, tam opportunum subsidium belli atque pacis, ad rem publicam adiunxissent, tanta cura Siculos tueri ac retinere voluerunt, ut non modo eorum agris vectigal novum nullum imponerent, sed ne legem quidem venditionis decumarum, neve vendundi aut tempus aut locum commutarent, ut certo tempore anni, ut ibidem, in Sicilia, denique ut lege *Hieronica* venderent: voluerunt eos in suis rebus ipsos interesse, eorumque animos non modo lege nova, sed ne nomine quidem legis novo commoveri. Itaque decumas lege *Hieronica* semper vendundas censuerunt, ut iis iucundior esset muneris illius functio, si eius regis (*Hieronis* II.), qui Siculis carissimus fuit, non solum instituta commutato imperio, verum etiam nomen maneret." Verr. lib. III. 6, 14. 15. — „L. Octavio et C. Cottae consulibus senatus permisit, ut vini et olei decumas, et frugum minutarum, quas ante quaestores in Sicilia vendere consuessent, Romae venderent, legemque his rebus, quam ipsis videretur, dicerent. Cum locatio fieret, publicani postularunt, quasdam res ut ad legem adderent, neque tamen a ceteris censoriis legibus recederent. Contra dixit is, qui casu tum Romae fuit, — — Sthenius hic Thermitanus. Consules causam cognoverunt, cum viros primarios atque amplissimos civitatis multos in consilium advocassent: de consilii sententia pronuntiarunt, se lege *Hieronica* vendituros. Itane vero? prudentissimi viri, summa auctoritate praediti, quibus senatus legum dicendarum in locandis vectigalibus omnem potestatem permiserat, populusque Romanus iusserat, Siculo uno recusante, cum amplificatione vectigalium nomen *Hieronicae* legis mutare noluerunt: tu, homo minimi consilii, nullius auctoritatis, iniussu populi ac senatus, tota Sicilia recusante, cum maximo detrimento atque adeo exitio vectigalium, totam *Hieronicam* legem sustulisti? At quam legem corrigit, iudices, atque adeo totam tollit? Acutissime ac diligentissime scriptam, quae lex omnibus custodiis subiectum aratorem decumano tradidit, ut neque in segetibus neque in areis neque in horreis neque in amovendo neque in exportando frumento grano uno posset arator sine maxima poena fraudare decumanum. Scripta lex ita diligenter est, ut eum scripsisse appareat, qui alia vectigalia non haberet; ita acute, ut Siculum; ita severe, ut tyrannum: qua lege Siculis tamen

arare expediret. Nam ita diligenter constituta sunt iura decumano, ut tamen ab invito aratore plus decuma non posset auferri." Verr. lib. III. 7 seq. — „Hunc (Apronium) principem Verres ad fortunas aratorum vexandas diripiendasque esse voluit: huius audaciae, nequitiae, crudelitati fidelissimos socios optimosque cives scitote hoc praetore traditos, indices, atque addictos fuisse, novis institutis et edictis, tota *Hieronica* lege (quemadmodum antea dixi) reiecta et repudiata." Verr. lib. III. 10, 24. — „Iam vero illud non solum contra legem *Hieronicam*, nec solum contra consuetudinem superiorum, sed etiam contra omnia iura Siculorum, quae habent a senatu populoque Romano, ne quis extra suum forum vadimonium promittere cogatur." Verr. lib. III. 15, 38. — „Contendit (Metellus), se lege *Hieronica* venditurum." Verr. lib. III. 17, 44. — „Lege *Hieronica* numerus aratorum quotannis apud magistratus publice subscribitur." Verr. lib. III. 51, 120. — „Illi ipsi, qui remanserant, vix decuma pars aratorum, relicturi agros omnes erant, nisi ad eos Metellus Roma litteras misisset, se decumas lege *Hieronica* venditurum." Verr. lib. III. 52, 121. — „Recita litteras L. Metelli, quas ad Cn. Pompeium et M. Crassum consules, quas ad M. Mummium praetorem, quas ad quaestores urbis misit. Epistola L. Metelli. *Decumas frumenti lege* Hieronica *vendidi.* Cum scribit, se lege *Hieronica* vendidisse, quid scribit? ita se vendidisse, ut omnes, praeter Verrem: cum scribit, se lege *Hieronica* vendidisse, quid scribit? se per istum erepta Siculis maiorum nostrorum beneficia, ius ipsorum, condicionem societatis, amicitiae, foederum reddidisse." Verr. lib. III. 53, 123. — „Etiam illud ostendi, vendidisse alios magno decumas agri Leontini ceterorumque agrorum, et lege *Hieronica* vendidisse, et pluris etiam quam te vendidisse; nec aratorem quemquam esse questum. Nec enim fuit quod quisquam queri posset, cum lege aequissime scripta venirent; neque illud unquam aratoris interfuit, quanti decumae venirent." Verr. lib. III. 63, 147. — „Ipse Minucius nunquam tanti habere voluisset, si decumas tu lege *Hieronica* venderes." Verr. lib. III. 64, 150. — „Quid decumani? num quid praeter singulas decumas ex lege *Hieronica* debent?" Verr. lib. V. 21, 53.

Hirtia *de Pompeianis.*

„*Neminem Pompeianum, qui vivat, tenere lege* Hirtia *dignitates* [Orellius: *teneri l. H. dictitatis*]. Qui, quaeso, iam legis *Hirtiae* mentionem facit? cuius non minus arbitror latorem ipsum, quam eos, de quibus lata est, poenitere: omnino mea quidem sententia legem illam appellare fas non est, et, ut sit lex, non debemus illam *Hirtii* legem putare." Philipp. XIII. 16, 32.

Lata est iussu Caesaris a praetore *A. Hirtio* eaque sancitum est, ne qui Pompeianus, qui vivat, teneat dignitatem. Ern. Satius videtur confiteri nos, quid ea sancitum sit, ignorare, cum Ciceronis verba, qui unus eius mentionem fecit, aperte corrupta sint, ut egregie docuit Orellius meus. Non magis constat de anno, quo lata est. Pighius eam

A. Hirtio aut tribuno plebis a. u. 704. vel a. u. 705. aut praetori a. u. 707. tribuendam putat. Hoc unum patet eam in Pompeianos latam esse.

Horatia.

„(Gaiam) Tarratiam virginem Vestae fuisse lex *Horatia* testis est, quae super ea ad populum lata, qua lege ei plurimi honores fiunt, inter quos ius quoque testimonii dicendi tribuitur, *testabilis*que una omnium feminarum ut sit, datur. Id verbum est ipsius legis *Horatiae*. — Praeterea si quadraginta annos nata sacerdotio abire ac nubere voluisset, ius ei potestasque exaugurandi atque nubendi facta est, munificentiae et beneficii gratia, quod campum Tiberinum sive Martium populo Romano condonasset." A. Gellius VI. 7, 2—4.

Horatiae et Valeriae. Vid. Valeriae et Horatiae.

Hortensia *de plebiscitis*.

„*Q. Hortensius* dictator, (a. u. c. 466.) cum plebs secessit in Ianiculum (Liv. Epit. XI.), legem in Esculeto tulit, *ut quod ea iussisset, omnes Quirites teneret*." Plin. H. N. XVI. 10. — „*Q. Hortensius* dictator eam legem tulit, *ut eo iure, quod plebes statuisset, omnes Quirites tenerentur*." A. Gellius XV. 27, 4. — „Postea lex *Hortensia* lata est, qua cautum est, *ut plebiscita universum populum tenerent*. itaque eo modo legibus exaequata sunt." Gaius I. §. 3. — „Sed et plebiscita lege *Hortensia* lata non minus valere quam leges coeperunt." Institut. I. 2, 4.

Ad eundem annum et auctorem a quibusdam refertur etiam altera

Hortensia *de nundinis*.

„Lege *Hortensia* effectum, ut fastae essent (nundinae): uti rustici qui nundinandi causa in urbem veniebant lites componerent. nefasto enim die praetori fari non licebat." Macrob. Saturn. I. 16.

Icilia *tribunicia*.

Ἦν τοιόσδε ὁ νόμος· „Δημάρχου γνώμην ἀγορεύοντος ἐν δήμῳ μηδεὶς λεγέτω μηδὲν ἐναντίον μηδὲ μεσολαβείτω τὸν λόγον. ἐὰν δέ τις παρὰ ταῦτα ποιήσῃ, διδότω τοῖς δημάρχοις ἐγγυητὰς αἰτηθεὶς εἰς ἔκτισιν ἧς ἂν αὐτῷ ἐπιθῶσι ζημίας. ὁ δὲ μὴ διδοὺς ἐγγυητὴν θανάτῳ ζημιούσθω, καὶ τὰ χρήματα αὐτοῦ ἱερὰ ἔστω. τῶν δ' ἀμφισβητούντων πρὸς ταύτας τὰς ζημίας αἱ κρίσεις ἔστωσαν ἐπὶ τοῦ δήμου." Dion. Hal. VII. 17.

Dieses Gesetz kann nicht älter seyn als das publilische, vor welchem überall keines aus einer Rogation der Tribunen entstehen konnte: es ist eine nothwendige Vollendung ihres Rechts, alles vor der Concio zu verhandeln. Es wird einem Tribun *Sp. Icilius* zugeschrieben (Dion. Halic. VII. 14.): dieser Name kommt selbfünfte unter den ersten vor, welche durch die Tribus erwählt worden (Liv. II. 58.): ich

zweifle nicht, dass es der nämliche und das Gesetz im Jahr 284. verordnet ist. Niebuhr. Eam ad *sacratas* leges refert Cicero:

„Fretus sanctitate tribunatus, cum se non modo contra vim et ferrum, sed etiam *contra verba atque interfationem* legibus sacratis esse armatum putaret, venit in templum Castoris, obnuntiavit consuli." pro Sestio 37, 79.

Icilia *de Aventino publicando.*

„De Aventino publicando (a. u. 297. ab *Icilio* tribuno plebis) lata lex est." Liv. III. 31. — *Εἰσέφερε γάρ τι καὶ οὗτος (Ἰκίλλιος) πολίτευμα καινόν, ἀξιῶν ἀπομερισθῆναι τοῖς δημόταις τόπον εἰς οἰκιῶν κατασκευὰς τὸν καλούμενον Ἀυεντῖνον. ἔστι δὲ λόφος ὑψηλὸς ἐπιεικῶς, οὐκ ἐλάττων ἢ δώδεκα σταδίων τὴν περίμετρον, ἐμπεριεχόμενος τῇ πόλει· ὃς οὐχ ἅπας τότ' ᾤκητο, ἀλλ' ἦν δημόσιός τε καὶ ὕλης ἀνάπλεως. - - - Ἦν δὲ τοιόςδε (ὁ νόμος)· „Ὅσα μὲν ἰδιῶται τινες εἶχον ἐκ δικαίου κτη„σάμενοι, ταῦτα τοὺς κυρίους κατέχειν· ὅσα δὲ βεβιασμένοι τινὲς ἢ „κλοπῇ λαβόντες ᾠκοδομήσαντο, κομισαμένους τὰς δαπάνας, ἃς ἂν οἱ „διαιτηταὶ γνῶσι, τῷ δήμῳ παραδιδόναι· τὰ δ' ἄλλα, ὅσα ἂν ᾖ δη„μόσια, χωρὶς ὠνῆς τὸν δῆμον παραλαβόντα διελέσθαι." καὶ ἔδοξε (τῇ βουλῇ) διδόναι τῷ δήμῳ τὸν τόπον. μετὰ τοῦτο ἱεροφαντῶν τε παρόντων καὶ οἰωνοσκόπων καὶ ἱεροποιῶν δυοῖν, καὶ ποιησαμένων τὰς νομιμους εὐχάς τε καὶ ἀράς, ἐν τῇ λοχίτιδι ἐκκλησίᾳ συναχθείσῃ ὑπὸ τῶν ὑπάτων, ὁ νόμος ἐκυρώθη, ὅς ἐστιν ἐν στήλῃ χαλκῇ γεγραμμένος, ἣν ἀνέθεσαν ἐν τῷ Ἀυεντίνῳ, κομισαντες εἰς τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερόν.* Dionys. Halic. X. 31. 32. — „Placet (a. u. 302.) creari decemviros sine provocatione (scribendarum legum causa), et ne quis eo anno alius magistratus esset. admiscerenturne plebeii, controversia aliquamdiu fuit. postremo concessum patribus, modo ne lex *Icilia de Aventino* aliaeque sacratae leges abrogarentur." Liv. III. 32.

De hac lege videatur Niebuhr Röm. Gesch. II. p. 339 seqq.

Icilia *de secessione.*

„Tribunatu inito (a. u. c. 304.) *L. Icilius* extemplo plebem rogavit, et plebs scivit, *ne cui fraudi esset secessio ab decemviris facta.*" Liv. III. 54.

Iudiciariae

sunt, quibus constituitur, penes quem ordinem iudicia sint, *Sempronia, Servilia, Livia, Plotia, Cornelia, Aurelia, (Fufia,) Pompeia, Iulia;* de quibus suis locis. Vid. inprimis *Aurelia* lex. Sigon. de Antiqu. Iur. C. R. II. 18. Ern.

Iulia *de civitate sociorum.*

„Tulit apud maiores nostros legem C. Furius de testamentis, tulit Q. Voconius de mulierum hereditatibus, innumerabiles aliae leges de civili iure sunt latae: quas Latini voluerunt, asciverunt: ipsa denique *Iulia*, qua lege civitas est sociis et Latinis data, qui fundi populi

facti non essent, civitatem non haberent: in quo magna contentio Heracliensium et Neapolitanorum fuit, cum magna pars in iis civitatibus foederis sui libertatem civitati anteferret." pro Balbo 8, 21. — „Civitas universo Latio lege *Iulia* data est." A. Gellius IV. 4, 3.

Est *L. Iulii Caesaris*, qui consul fuit cum P. Rutilio Lupo bello sociali a. u. 663. Cuius legis hoc caput erat, ut ad eos tantum populos hoc beneficium pertineret, qui fundi (ei legi sc.) facti essent, h. e. ut liberum cuique civitati sociorum Latinorumque esset, utrum vellent hoc beneficio uti, necne. Itaque etiam Heracliensium et Neapolitanorum multi hoc beneficium repudiabant, h. e. ei legi fundi fieri nolebant. Nam, quemadmodum donatio nullam vim habet, nisi is, cui fit, ei donationi fundus fiat, seu uti loquuntur ICti, accipiat donationem: sic nulla lex Romana, qua beneficium sociis aliisque populis tribuitur, rata esse potest et ex ea lege beneficio quisquam uti, nisi eam legem probaverit, h. e. professus sit, se beneficio legis uti velle. Haec quamquam iam ab aliis, tamquam Graevio, dicta sunt, tamen placuit repetere, quod in hac formula, *fundi facti sunt populi*, explicanda etiam nunc errare doctos viros inveni. Ern. Ipsum Ernestium, sicut ceteros, qui verba Ciceronis (*qui fundi populi facti non essent, civitatem non haberent*) caput esse legis Iuliae crediderunt, errare docuit Graevius his verbis: *Cui bono, quaeso, Caesar haec verba suae legi, qua civitatem Latinis dabat, adiecisset? Nemo Romanorum ac Latinorum ignorabat, nullum sociorum lege Romana teneri, nisi ipse fundus illi legi fieret, ac invito non beneficium dari et obtrudi. Cicero eum dixit, lege Furia, Voconia, aliisque Romae latis legibus socios ac foederatos non teneri, nisi illi fundi facti essent, addit: quin nec lege Iulia, quae civitatem dat Latinis ac sociis, illos teneri, qui nollent hoc beneficio uti; nec enim civitatis ius ullum populum illa lege potuisse consequi, nisi qui fundus ei legi Iuliae factus esset. Haec, quae Cicero adiecit, non legebantur in ullo capite legis Iuliae.* Haec Graevius: cuius sententiam amplexus est et confirmavit Garatonius, verba Ciceronis egregie sic interpretatus, ut *haberent* sit modus condicionalis et *qui facti non essent* i. q. *si qui facti non essent*. Dicit igitur Cicero: *Ipsa Iulia lege civitatem non haberent ii populi, qui* (vel *si qui*) *fundi ei legi facti non essent.*

Iuliae

a *C. Caesare* primum consule (a. u. 694.) et postea dictatore latae.

„Equidem existimo nihil tam esse in actis *Caesaris*, quam leges *Caesaris*." Philipp. I. 7, 17. — „De *Caesare* ipso si quaereres, quidnam egisset in urbe et in toga: leges multas responderet se et praeclaras tulisse." Philipp. I. 7, 18. — „Qui chirographa Caesaris defendisset lucri sui causa, is leges *Caesaris* easque praeclaras, ut rem publicam concutere posset, evertit." Philipp. II. 42, 109. — „Summi civitatis viri *Iulias* leges et ceteras illo consule rogatas iure latas negant." de provinc. cons. 19, 45. — „Tum leges *Iulias* contra auspicia latas et hic et in contionibus dicere (P. Clodius): in quibus legi-

bus inerat curiata illa lex, quae totum eius tribunatum continebat; quam caecus amentia non videbat. Producebat fortissimum virum M. Bibulum: quaerebat ex eo, *C. Caesare* leges ferente de caelo semperne servasset? semper se ille servasse dicebat. Augures interrogabat, quae ita lata essent, rectene lata essent? illi vitio lata esse dicebant." de Harusp. Resp. 23, 48. — „Adhuc (Cn. Pompeius) ἐσοφίζετο, se leges *Caesaris* probare; actiones ipsum praestare debere: *agrariam* legem sibi placuisse; potuerit intercedi necne, nihil ad se pertinere: *de rege Alexandrino* placuisse sibi aliquando confici; Bibulus de caelo tum servasset necne, sibi quaerendum non fuisse: *de publicanis*, voluisse illi ordini commodare; quid futurum fuerit, si Bibulus tum in forum descendisset, se divinare non potuisse." ad Att. II. 16, 2. — „Eas leges, quas ipse vobis inspectantibus recitavit, pronuntiavit, tulit, quibus latis gloriabatur eisque legibus rem publicam contineri putabat, *de provinciis*, *de iudiciis*, eas, inquam, *Caesaris* leges nos, qui defendimus acta Caesaris, evertendas putamus?" Philipp. I. 10, 24.

IULIA *agraria*.

„Leges *agrariae* a Caesare consule cum magna contentione, invito senatu et altero consule M. Bibulo, latae sunt." Liv. Epit. CIII. — „Lege *agraria* promulgata obnuntiantem collegam armis foro expulit." Sueton. Caes. 20. — „In hoc consulatu *Caesar* legem tulit, ut ager Campanus plebi divideretur, suasore legis Pompeio. ita circiter XX. civium eo deducta." Vellei. II. 44, 4. — *Νόμους ὑπὲρ τῶν πενήτων ἐς τὸ βουλευτήριον ἐσέφερε καὶ γῆν αὐτοῖς διένεμε, καὶ τὴν ἀριστεύουσαν αὐτῆς μάλιστα περὶ Καπύην ἐς τὰ κοινὰ διεμισθοῦτο τοῖς οὖσι πατράσι παίδων τριῶν, ἔμμισθον ἑαυτῷ τῇδε τῆς χάριτος πλῆθος τοσόνδε ποιούμενος. δισμύριοι γὰρ ἀθρόως ἐφάνησαν οἱ τὰ τρία τρέφοντες μόνοι.* Appian. Bell. Civ. II. 10. Plutarch. Cato min. c. 31—33. — „Campum Stellatem maioribus consecratum agrumque Campanum ad subsidia rei publicae vectigalem relictum divisit extra sortem ad viginti milibus civium quibus terni pluresve liberi essent." Sueton. Caes. 20. — „Omnis exspectatio largitionis agrariae in agrum Campanum videtur esse derivata: qui ager, ut dena iugera sint, non amplius hominum quinque milia potest sustinere: reliqua omnis multitudo ab illis abalienetur necesse est. Praeterea si ulla res est, quae bonorum animos vehementius possit incendere, haec certe est, et eo magis, quod portoriis Italiae sublatis, agro Campano diviso, quod vectigal superest domesticum praeter vicesimam?" ad Att. II. 16, 1. — „Cum tribuni plebis legem iniquissimam de eorum (Volaterranorum) agris promulgavissent: facile senatui populoque Romano persuasi, ut eos cives, quibus fortuna pepercisset, salvos esse vellent. Hanc actionem meam *C. Caesar* primo suo consulatu lege *agraria* comprobavit agrumque Volaterranum et oppidum omni periculo in perpetuum liberavit." ad Fam. XIII. 4, 2. — „Habet etiam *Campana* lex exsecrationem, in contione, candidatorum, si mentionem fecerint, quo aliter ager possideatur atque ut ex legibus *Iuliis*. Non dubitant iurare ceteri:

Laterensis existimatur laute fecisse, quod tribunatum plebis petere destitit, ne iuraret." ad Att. II. 18, 2. — „Noli enim existimare non magnum quendam motum fuisse illius petitionis tuae, de qua, ne aliquid iurares, destitisti." pro Plancio 22, 52. „Existimamus eum legem *Iuliam* significare, quam *Caesar* consul *agrariam* tulerat de [XX] viris creandis, et per seditionem, et M. Bibulo servante de caelo. In hanc Laterensis videtur iusiurandum suum dicere noluisse. Tamen M. Tullius non expressit ipsam legis Iuliae mentionem, ne Caesaris animus laederetur." Schol. Bob. p. 263. — „*Primum quaero, num senatui causam tuam permittas, quod facit Caesar.*] Commiserat senatui causam suam *C. Caesar*, id est, ut de lege *agraria* patres iudicarent." Schol. Bob. in Vatin. p. 317. — „Its censeo decernendum, uti C. Pansa A. Hirtius consules cognoscerent, qui ager iis coloniis esset, quo milites veterani deducti essent, qui contra legem *Iuliam* possideretur, ut is militibus veteranis divideretur." Philipp. V. 19, 53. — Conf. supra ad Att. II. 16, 2. Caesar Bell. Civ. I. 14. Philipp. II. 39.

Agris dividundis viginti viros constituit ex iis, qui maximos honores gessissent, unde etiam Ciceroni [mortuo Cosconio] is honor, sed frustra, oblatus est. Epist. ad Att. II. 19, 4. Ceterum conf. Fr. Fabricium in vita Ciceronis [p. 60.] de hoc vigintiviratu. — Ea lex ut valeret, hoc adiectum habebat caput, ut candidati se ipsi iure iurando exsecrarent, si impetrato quem peterent magistratu mentionem fecissent de agro Campano aliter possidendo atque ex hac lege; unde Laterensis eo anno tribunatum petere destitit. Vid. pro Plancio c. 5. et ibi Manutium. [Conf. pro Plancio 22, 52. et ad Att. II. 18, 2.] Eius fragmenta vide apud Goesium in Script. R. agr. p. 530. Ceterum multa ad hanc legem et Ciceronis ad eam pertinentia loca, in primis de vigintiviratu, illustranda habet Mazochius de Amphith. Campano p. 14 seqq. E veteribus in primis legendus Dio Cassius XXXVIII. 1—7. Ern.

Iulia *de provinciis.*

„Quae lex melior, utilior, optima etiam re publica saepius flagitata, quam, ne praetoriae provinciae plus quam annum, neve plus quam biennium consulares obtinerentur? Hac lege sublata videnturne vobis *Caesaris* acta servari?" Philipp. I. 8, 19. — "*Ότι αὐτὸς πολλοὺς τῶν Γαλατῶν ἐφεξῆς ἔτεσιν ἄρξας ἔς τε τὴν ἐπιθυμίαν ἀπ' αὐτοῦ τῆς δυναστείας μᾶλλον προήχθη, καὶ ἐς τὴν παρασκευὴν τῆς ἰσχύος ἐπηυξήθη· κατέκλεισε νόμῳ, τοὺς μὲν ἐστρατηγηκότας ἐπ' ἐνιαυτὸν, τοὺς δὲ ὑπατευκότας ἐπὶ δύο ἔτη κατὰ τὸ ἑξῆς ἄρχειν· καὶ μηδενὶ τοπαράπαν ἐπὶ πλεῖον ἡγεμονίαν τινὰ ἔχειν ἐξεῖναι.* Dio Cassius XLIII. 25. — „Tribuni plebis tulerunt de provinciis contra acta *Caesaris*, ille biennium, hic sexennium." Philipp. V. 3, 7. — „*Ipse autem ut quinquennium*, inquit (Antonius), *obtineam (provinciam).* At istud vetat lex *Caesaris*; et tu acta Caesaris defendis." Philipp. VIII. 9, 28.

„Quod igitur fecissem ad urbem, si consuetudo pristina maneret,

id, quoniam lege *Iulia* relinquere rationes in provincia necesse erat easdemque totidem verbis referre ad aerarium, feci in provincia. — Illud quidem certe factum est, quod lex iubebat, ut apud duas civitates, Laodicensem et Apameensem, quae nobis maxime videbantur, quoniam ita necesse erat, rationes confectas collatasque deponeremus." ad Fam. V. 20, 2. — „De rationibus referendis, non erat incommodum te nullas referre, quam tibi scribis a Bibulo fieri potestatem: sed id vix mihi videris per legem *Iuliam* facere posse: quam Bibulus certa quadam ratione non servat, tibi magno opere servandam censeo." ad Fam. II. 17, 2. — „Ego Laodiceae quaestorem Mescinium exspectare iussi, ut confectas rationes lege *Iulia* apud duas civitates possim relinquere." ad Att. VI. 7, 2. — „Rationes ad aerarium rettuli (Piso Caesarem alloquitur) continuo, sicut tua lex iubebat: neque alia in re legi tuae parui." in Pison. 25, 61.

„Senatum ad summam rem publicam pertinere arbitrari, a D. Bruto et ab L. Planco imperatoribus, consulibus designatis, itemque a ceteris, qui provincias obtinent, obtineri ex lege *Iulia*, quoad ex senatus consulto cuique eorum successum sit." Philipp. III. 15, 38.

„Adhuc sumptus nec in me aut publice aut privatim nec in quemquam comitum. Nihil accipitur lege *Iulia*, nihil ab hospite. Persuasum est omnibus meis serviendum esse famae meae." ad Att. V. 10, 2. — „Levantur miserae civitates, quod nullus fit sumptus in nos neque in legatos neque in quaestorem. Scito non modo nos foenum aut quod lege *Iulia* dari solet non accipere, sed ne ligna quidem." ad Att. V. 16, 3. — „Cave putes quidquam homines magis unquam esse miratos quam nullum teruncium me obtinente provinciam sumptus factum esse nec in rem publicam nec in quemquam meorum, praeterquam in L. Tullium legatum. Is ceteroqui abstinens, sed *Iulia* lege transitans semel tantum in diem, non, ut alii solebant, omnibus vicis, facit, ut mihi excipiendum sit, cum teruncium nego sumptus factum. Praeter eum accepit nemo." ad Att. V. 21, 5. — „Mitto aurum coronarium, quod te diutissime torsit, cum modo velles, modo nolles: lex enim generi tui et decerni et accipere vetabat nisi decreto triumpho. Mitto diplomata tota in provincia passim data; mitto numerum navium summamque praedae; mitto rationem exacti imperatique frumenti; mitto ereptam libertatem populis ac singulis, qui erant affecti praemiis nominatim: quorum nihil est, quod non sit lege *Iulia*, ne fieri liceat, sancitum diligenter." in Pison. 37, 90.

„Emisti grandi pecunia, ut tibi de pecuniis creditis ius in liberos populos contra senatus consulta et contra legem generi tui (*C. Caesaris*) dicere liceret." de provinc. cons. 4, 7. — „Obtinuisti provinciam consularem (Macedoniam) finibus iis, quos lex cupiditatis tuae, non quos lex generi tui pepigerat. Nam lege *Caesaris* iustissima atque optima populi liberi plane et vere erant liberi: lege autem ea, quam nemo legem praeter te et collegam tuum putavit, omnis erat tibi Achaia, Thessalia, Athenae, cuncta Graecia addicta." in Pison. 16, 37. conf. 24, 57.

Ea repetita et aucta est *Cornelia*, de qua supra. Iubebat duas rationes in provincia apud duas civitates deponere, easdemque totidem verbis ad aerarium referre (Ep. ad Div. V. 20. II. 17. ad Att. VI. 7.); ne praetoriae ultra annum, consulares ultra biennium obtinerentur: Phil. I. 8. Quae autem lex *Iulia* Phil. III. 15. commemoratur, ex qua Brutum, Plancum, aliosque provincias obtinere placebat Ciceroni, privilegium fuit, quo his provinciae istae datae sunt contra legem *Semproniam*, quae SCto decerni consulibus et praetoribus designatis provincias iubebat. Ern. Ad hanc legem *de provinciis* rettuli etiam ea, quae de provincialibus sumptibus in locis supra adlatis dicuntur, ab Ernestio legi *Iuliae de repetundis* adscripta: ad Att. V. 10. 16. 21. in Pison. 37. Eiusdem caput fuisse videtur, ne liberae civitates a provinciarum administratoribus regerentur, sed propriis legibus et magistratibus uterentur: de provinc. cons. 4. in Pison. 16.

Iulia ***de pecuniis repetundis.***

„Etiamne eius, quem (Vatinius) sua lege et suo beneficio ornatum, munitum, armatum solet gloriari, *C. Caesaris* legem *de pecuniis repetundis* non putas esse legem? Et aiunt alios esse, qui acta Caesaris rescindant, cum haec optima lex et ab illo socero eius et ab hoc assecla negligatur?" pro Sestio 64, 135. Schol. Bob. p. 310. — „Iubet lex *Iulia*, *persequi ab iis*, *ad quos ea pecunia*, *quam is ceperit*, *qui damnatus sit*, *pervenerit*. Si est hoc novum in lege *Iulia*, sicuti multa sunt severius scripta quam in antiquis legibus et sanctius, inducatur sane etiam consuetudo huius generis iudiciorum nova. Sin hoc totidem verbis translatum caput est, quot fuit non modo in Cornelia, sed etiam ante in lege Servilia: per deos immortales! quid agimus, iudices? — Ita contendo: neminem unquam, *quo ea pecunia pervenisset*, causam dixisse, qui in aestimandis litibus appellatus non esset." pro Rabir. Post. 4, 8. 9. — „Datur tibi tabella iudicii. Qua lege? *Iulia de pecuniis repetundis*. Quo de reo? De equite Romano. At iste ordo lege ea non tenetur." pro Rabir. Postumo 5, 12. — „Mitto exire de provincia, educere exercitum, bellum sua sponte gerere, in regnum iniussu populi ac senatus accedere: quae cum plurimae leges veteres, tum lex Cornelia maiestatis, *Iulia de pecuniis repetundis* planissime vetant." in Pison. 21, 50. — „Quaero ex te, sisne ex pauperrimo dives factus illo ipso anno, quo lex lata est *de pecuniis repetundis* acerrima: ut omnes intelligere possent, a te non modo nostra acta, sed etiam amicissimi tui legem esse contemptam." in Vatin. 12, 29. — „Eo, inquit, anno ditatus est, quo lex *de pecuniis repetundis* lata est, ab ipso scilicet *Caesare*." Schol. Bob. p. 321.

Multa huius legis capita fuisse, intelligi potest e Caelii epist. 8., qua unum et centesimum caput laudatur: quae epistola multum facit ad huius legis rationem cognoscendam. Huc pertinet etiam locus pro Flacco cap. 6. Ex iis legis capitibus multa servata sunt in Pandecte lib. XLVIII. tit. 11. Vid. de hac lege Lipsium ad Taciti Ann. XIV. 28. et Interpp. Suetonii ad Caes. 43. Ern. Conf. Iulia *de provinciis*.

Huius fortassis legis fragmenta quaedam continet tabula aerea in museo Mediceo, descripta a Marinio in Atti e monumenti dei fratelli arvali I. p. 40. et Klenzio in Fragm. Legis Servil. Repet. p. IV. not. 5. Vid. Haubold Antiq. Rom. Monum. Legalia p. 140.

Iulia *de sacerdotiis.*

„Existimo omnino absentium rationem sacerdotum comitiis posse haberi; nam etiam factum est antea. C. enim Marius cum in Cappadocia esset, lege Domitia factus est augur; nec, quo minus id postea liceret, ulla lex sanxit. Est etiam in lege *Iulia*, quae lex est *de sacerdotiis* proxima, his verbis: Qui petit cuiusve ratio habebitur. Aperte indicat posse rationem haberi etiam non praesentis." Epist. ad Brut. I. 5. Cf. Domitia.

Iulia *de liberis legationibus.*

„Dolabella me sibi legavit a. d. IV. Nonas. Id mihi heri vesperi nuntiatum est. Votiva ne tibi quidem placebat. Etenim erat absurdum, quae, si stetisset res publica, vovissem, ea me eversa illa vota dissolvere: et habent, opinor, liberae legationes definitum tempus lege *Iulia*, nec facile addi potest. Aveo genus legationis, ut cum velis introire exire liceat: quod nunc mihi additum est. Bella est autem huius iuris quinquennii licentia." ad Att. XV. 11, 4.

Liberae legationes dicuntur, cum senatoribus, privatae rei causa, tamquam voti solvendi, hereditatis aut syngraphae persequendae, extra Italiam abeuntibus, ius nomenque legati populi Romani SCto datur, ut eo maiori cum dignitate, securitate cet. ubique versari possint. Harum tempus olim infinitum fuit. Namque hanc ipsam ob causam liberae dici videntur, quod exire et redire liceret, cum placeret. Sed quoniam multi nimis abutebantur legationis nomine ac iure, Cicero consul rettulit ad senatum de tollendis legationibus liberis senatus consulto. In quo cum ei tribunus plebis quidam intercessisset, effecit tamen, ut annuum tempus esset, quod antea infinitum erat, de Legibus III. 8. Iulius Caesar postea de his legationibus tulit, *ut quinquennium tantum durarent.* ad Att. XV. 11. Ceterum de legationibus liberis nulla necessitas mihi videtur esse statuendi, peculiari lege sancitum esse. Nam potuit legis de provinciis caput esse de legationibus liberis, quod eae in primis ad provincialium iniuriam pertinebant. Ern. Ernestius Antonium Augustinum, ni fallor, secutus manifesto errat in eo, quod hac lege liberis legationibus quinquennium esse praestitutum dicit. Nam Cicero significat, *sibi*, Dolabellae consulis legato, additam esse licentiam, ut cum vellet introire exire liceret, utque legatus per quinquennium abesse posset; liberarum contra legationum definito tempori non facile addi posse. Quod autem tempus Caesar liberis legationibus definierit, haud constat.

Iulia *sumptuaria.*

„Venisse a *Caesare* narrahat litteras; hoc scribere, sibi certum esse Romae manere, causamque eam adscribere, ne se absente leges

suae negligerentur, sicut esset neglecta *sumptuaria.*" ad Attic. XIII. 7, 1.

„Lex *sumptuaria*, quae videtur *λιτότητα* attulisse, ea mihi fraudi fuit. Nam dum volunt isti lauti terra nata, quae lege excepta sunt, in honorem adducere, fungos, helvellas, herbas omnes ita condiunt, ut nihil possit esse suavius. In eas cum incidissem in coena augurali apud Lentulum, tanta me *διάῤῥοια* arripuit, ut hodie primum videatur coepisse consistere. Ita ego, qui me ostreis et muraenis facile abstinebam, a beta et a malva deceptus sum." ad Fam. VII. 26, 2. — „Domum si habebo, in denos dies singulos *sumptuariae* legis dies conferam." ad Fam. IX. 15, 5.

A dictatore Caesare lata est. Quamquam enim Manutius ad Cic. ad Div. VII. 26. plane vocat in dubium hanc legem, atque etiam Gellius II. 24. Octaviano tribuit Iuliam sumptuariam: tamen ex l. c. satis apparet, superiores sumptuarias leges ab eo repetitas et severius sancitas fuisse. Nam propterea ex Hispania scripsit, se postea Romae mansurum, ne leges suae negligerentur, ut neglecta esset illa, quam de sumptibus faciendis tulisset. Si ab alio lata sumptuaria neglecta esset, ut placet Manutio, unde timet Caesar, ne suae quoque contemnantur? Aliorum leges saepe neglectas scimus (vid. v. c. *frumentariae leges*); sed non facile vivo latore, in primis eo, qui potens esset, ut legem suam conservatam vellet. Itaque Caesar non putasset, hoc in his legibus ausurum quemquam, et propterea in Hispaniam abiit. Nunc eum aliter videt evenisse, et iam initium negligendarum legum suarum factum esse in *sumptuaria*, Romae manere vult, ut praesentia sua absterreat homines a tali re audenda. Denique si alius legem neglectam dicere voluit, cur sumptuariam potius nominat, quam quamcumque aliam? De hac lege Caesaris intelligendus sine dubio est etiam locus ad Div. IX. 15, 5. nam ea epistola scripta est paulo ante, quam Caesar in Hispaniam iret post bellum Africanum. Ceterum is neglectus legis eum movisse videtur, ut postea severe eam exerceret. Vid. Sueton. cap. 43. et ibi Torrent. Ern. Suetonii verba haec sunt: „Peregrinarum mercium portoria instituit. Lecticarum usum, item conchyliatae vestis et margaritarum, nisi certis personis et aetatibus perque certos dies ademit. Legem praecipue sumptuariam exercuit, dispositis circa macellum custodibus, qui obsonia contra vetitum retinerent deportarentque ad se, submissis nonnunquam lictoribus atque militibus, qui, si qua custodes fefellissent, iam apposita e triclinio auferrent." Adde Dionem Cassium XLIII. 25: *Τὰ ἀναλώματα τῶν τι ἐχόντων, ἐπὶ πλεῖστον ὑπ' ἀσωτίας ἐξηγμένα, οὐκ ἐν νόμῳ μόνον ἐμετρίασεν, ἀλλὰ καὶ τῷ ἔργῳ ἰσχυρῶς ἐν φυλακῇ ἐποιήσατο.* Conf. Sumptuariae.

Iulia *de publicanis.*

„Primus scivit (Plancius pater) legem *de publicanis* tum, cum vir amplissimus consul (*C. Caesar*) id illi ordini per populum dedit, quod per senatum, si licuisset, dedisset." pro Plancio 14, 35. — „Cum princeps esset publicanorum Cn. Plancii pater et societas eadem in

exercendis vectigalibus gravissimo damno videretur adfecta, desideratum est in senatu nomine publicanorum, ut cum iis ratio putaretur lege Sempronia et remissionis tantum fieret de summa pecunia, quantum aequitas postularet pro quantitate damnorum, quibus fuerant hostili incursione vexati. Adstitit igitur Caesar causae publicanorum. Caesaris desideriis contradixit pro vigore duritiae suae M. Cato, et diem totum prolixitate orationis suae occupavit, ut senatus decernendi spatium non haberet." Schol. Bob. p. 259. — „Paulo supra locutus sum, nihil obtineri potuisse per C. Caesarem, cum publicanis apud senatum patrocinaretur, contra dicente scilicet M. Catone. Verum postea consul idem *C. Caesar* legem tulit ad publicanorum commoda pertinentem, cui favore promptissimo Cn. Plancii pater sine dubio adstitit, quoniam res utilitatis suae agebatur." Schol. Bob. p. 261. — *Οἱ δ' ἱππεῖς ἐκ πολλοῦ τὴν βουλὴν ᾔτουν, ἄφεσίν τινα μέρους τῶν φόρων αὐτοῖς γενέσθαι· καὶ ἀποδιέτριβεν ἡ βουλή. Ὁ δὲ Καῖσαρ, ἐς οὐδὲν τότε τῆς βουλῆς δεόμενος, ἀλλὰ μόνῳ τῷ δήμῳ χρώμενος, τὰ τρίτα τῶν μισθώσεων αὐτοῖς παρῆκεν. οἱ δὲ, ὑπὲρ τὴν σφετέραν ἀξίωσιν ἀδοκήτου τῆς χάριτος αὐτοῖς γενομένης, ἐξεθείαζον αὐτόν.* Appian. Bell. Civ. II. 13. — *Τοὺς δ' ἱππέας ὁ Καῖσαρ ἀνηρτήσατο τὸ τριτημόριον σφίσι τῶν τελῶν ἃ ἐμεμίσθωντο ἀφεὶς.* Dio Cass. XXXVIII. 7. — „Publicanos remissionem petentes tertia mercedum parte relevavit: ac ne in locatione novorum vectigalium immoderatius licerentur propalam monuit." Sueton. Caes. 20. — Conf. supra ad Att. II. 16, 2.

Iuliae *iudiciariae*.

„Quid? lege, quae promulgata est de tertia decuria, nonne omnes *iudiciariae* leges *Caesaris* dissolvuntur? Et vos acta Caesaris defenditis, qui leges eius evertitis? — At quae est ista tertia decuria? — Centurionum, inquit. — Quid? isti ordini iudicatus lege *Iulia*, etiam ante Pompeia, Aurelia, non patebat?" Philipp. I. 8, 19. 20. — *Iudicia ad duo genera iudicum redegit, equestris ordinis ac senatorii: tribunos aerarios, quod erat tertium, sustulit.* Sueton. Caes. c. 41. — *Τὰ δικαστήρια τοῖς τε βουλευταῖς καὶ τοῖς ἱππεῦσι μόνοις ἐπέτρεψεν, ὅπως τὸ καθαρώτατον ὅτιμάλιστα ἀεὶ δικάζοι. πρότερον γὰρ* (lege *Aurelia*) *καὶ ἐκ τοῦ ὁμίλου τινὲς συνδιεγίνωσκον αὐτοῖς.* Dio Cass. XLIII. 25.

„Defenderunt Scaurum sex patroni, cum ad id tempus raro quisquam pluribus quam quattuor uteretur: ac post bella civilia ante legem *Iuliam* ad duodenos patronos est perventum." Ascon. in Scaur. p. 20, 9.

„In rerum quidem diffissionibus comperendinationibusque et aliis quibusdam legitimis ritibus ex ipsa lege *Iulia* et ex Sabini Massurii et ex quorundam aliorum iuris peritorum commentariis commoniti et adminiculati sumus." A Gellius XIV. 2, 1.

Iulia *de vi* et Iulia *de maiestate*.

„Quid? quod obrogatur legibus *Caesaris*, quae iubent ei, qui *de vi*, itemque ei, qui *maiestatis* damnatus sit, aqua et igni interdici?" Philipp. I. 9, 23.

Haec non est confundenda cum *Iulia* altera *de maiestate*, cuius fragmenta sunt in libris iuris civilis. Nam ea est Augusti. De lege *de vi* vid. Iul. Paull. Sentent. Rec. V. 26. ap. Schulting. Iurisprudent. Ante-Iustin. p. 520 sq. Ern.

Legem *Iuliam de vi* optime illustravit *C. G. Waechter* (Revision der Lehre von dem Verbrechen der Gewaltthätigkeit (crimen vis). Neues Archiv des Criminalrechts Vol. XIII. P. I. p. 31 seqq.) his verbis:

Geht man von der, nachher näher zu begründenden Annahme aus, dass die in dem Corpus Iuris vorkommenden leges *Iuliae de vi publica et privata* von August herrühren: so haben wir für die lex *Caesaris de vi* nur Eine Quelle, nämlich bloss das, was Cicero in seiner ersten Philippica Cap. 9. über sie sagt.

Nach dieser Stelle Cicero's hatte Antonius ein Gesetz des Inhalts vorgeschlagen: *ut et de vi et de maiestate damnati ad populum provocent, si velint.* Cicero erklärt sich sehr gegen diesen Vorschlag. Er sagt: es würden dadurch „duae maxime salutares leges quaestionesque" aufgehoben, und es würde obrogirt „legibus Caesaris, quae iubent, ei, qui de vi, itemque ei, qui maiestatis damnatus sit, aqua et igni interdici" und setzt bei: „quibus cum provocatio datur nonne acta Caesaris rescinduntur?"

Dies ist alles, was wir über die lex Caesaris de vi wissen, wenn es richtig ist, dass die in die Pandekten aufgenommenen leges Iuliae de vi publica et privata nicht von Cäsar herrühren.

Was diese letztere Frage betrifft: so schreiben Viele diese leges Iulias dem August zu, aber ohne besondere Gründe dafür anzuführen[1]). Andere dagegen behaupten, aber auch ohne Gründe anzuführen, sie seien von Cäsar gegeben worden[2]). Indessen lässt sich die Sache doch wohl ziemlich sicher und zwar dahin entscheiden, dass die leges *Iuliae de vi publica et privata* nicht von Cäsar, sondern von August herrühren und die lex *Iulia Caesaris de vi* als eine besondere von ihnen unterschieden werden muss. Wir können nämlich doch nicht anders als annehmen, dass Cicero in der oben angeführten Stelle den wesentlichen und Hauptinhalt der lex *Iulia Caesaris de vi* andeuten wollte. Dieser Hauptinhalt ist aber gerade sehr verschieden von dem, was wir über den Inhalt der leges *Iuliae de vi publica et privata* gewiss wissen. Diese letztern unterscheiden zwischen vis publica und privata, setzen für die erstere eine ganz

---

[1]) So z. B. Sigonius de iudiciis II. 33. Gravina orig. L. III. c. 91. Bach hist. iurispr. Rom. ed. Stockmann p. 348. Heineccius antiquitatt. Rom. 10. 18. §. 68.

[2]) z. B. F. C. Conradi ius provocationum ex antiquitate Rom. erutum §. 20. (Scripta minor. ed. Pernice Hal. 1823. T. I. p. 27.) Ferner Pardulfus Prateius voc. lex Iulia. Doch, meint dieser, könne auch August legem Caesaris renovirt haben, oder, sei von den leges de vi publica und privata die eine von Cäsar, die andere von August; alles, ohne Gründe anzuführen. Den letztern Gedanken hat auch Manutius.

andere Strafe fest, als für die letztere, und geben das Provocationsrecht zu, ohne für ein Verbrechen eine Ausnahme zu machen. Die lex *Iulia Caesaris* dagegen unterscheidet nach Cicero nicht zwischen vis publica und privata, setzt für die vis überhaupt eine und dieselbe Strafe fest, beschränkte aber die Provocation gerade bei Anklagen wegen vis. Es kann somit kein Zweifel sein, dass Cäsars Gesetz ein ganz anderes ist, als die leges *Iuliae de vi publica et privata*. Den einzigen Zweifel gegen dieses Resultat könnte eine Stelle aus Suetonius machen, in welcher derselbe einige Gesetze Augusts, unter diesen aber nicht eine lex de vi anführt[1]). Allein dieser Zweifel dürfte schon jedenfalls verschwinden gegen die aus dem Inhalte der leges selbst so bestimmt sprechenden Gründe. Dazu will ja Suetonius kein vollständiges Verzeichniss geben, sondern bloss Beispiele anführen, und lässt dabei auch andere wichtige Gesetze Augusts, z. B. seine leges iudiciales, weg. Auch ist der genannte Schriftsteller in seinen Nachrichten über Legislation weder sehr genau, noch vollständig, wie er namentlich von den Gesetzen *Cäsars* nur sehr wenig sagt und gerade seine lex de vi und die de maiestate nicht erwähnt.

Was nun den Inhalt der lex *Caesaris de vi* betrifft: so erklärt er sich leicht durch die Verhältnisse, unter denen die lex gegeben wurde. Empörende Gewaltthätigkeiten der Römischen Grossen unter einander zerrütteten gerade vor und zu Cäsars Zeiten am meisten den Römischen Staat. Cäsar musste daher zunächst und mit der grössten Strenge demjenigen steuern, was in der letzten Zeit die Ruhe und Ordnung am meisten störte, den Gewaltthätigkeiten. Zwei Punkte waren hier hauptsächlich in's Auge zu fassen, die Strafe der vis und die Provocationen. Bei der Verdorbenheit und Verkäuflichkeit des römischen Volkes waren Provocationen an das Volk das beste Mittel, sich Straflosigkeit zu sichern[2]). Cäsar hob daher beim crimen vis das Recht der Provocation auf. Sodann erhöhte er die Strafe der vis, indem er die Strafe, welche Pompejus einmal für einen ganz auffallenden speziellen Vorfall durchgesetzt hatte, zur allgemeinen Strafe für die im Gesetze als vis bezeichneten Handlungen machte. Auf diese Weise erklärt es sich auch durchaus, wie Cicero gerade die eben angeführten Punkte als die wesentlichen der lex *Caesaris de vi* herausheben konnte, so wie dadurch erst recht dieses gewöhnlich als etwas ganz

---

[1]) Octav. c. 34: „Leges retractavit et quaedam ex integro sanxit, ut sumptuariam, de adulteriis et de pudicitia, de ambitu, de maritandis ordinibus."

[2]) Man höre nur Cicero. Dieser sagt (Philipp. I. 9.) über Antonius Vorschlag, die Provocation wieder den vi und maiestatis damnatis einzuräumen: *Sed quid de lege* (Antonii) *disputo? quasi vero id agatur, ut quisquam provocet! id agitur, id fertur, ne quis omnino unquam istis legibus reus fiat! Quis enim aut accusator tam amens reperietur, qui reo condemnato obiici se multitudini conductae velit? aut iudex, qui reum damnare audeat, ut ipse ad operas mercenarias statim protrahatur?*

Isolirtes hingestellte[1]) Gesetz in eioe wahre historische Anknüpfung an die frühern Gesetze und an die bestehenden öffentlichen Verhältnisse gesetzt wird[2]).

Hactenus Waechterus: qui videatur etiam ad leges *Plotiam* et *Pompeiam de vi.*

IULIAE *Caesare mortuo a M. Antonio fixae.*

„Inspectantibus vobis toto Capitolio tabulae figebantur, neque solum singulis venibant immunitates, sed etiam populis universis: civitas non iam singillatim, sed provinciis totis dabatur." Philipp. II. 36, 92.

DE REGE DEIOTARO.

„Sunt ea quidem innumerabilia, quae a diversis emebantur, non insciente te: sed unum egregium *de rege Deiotaro* populi Romani amicissimo decretum in Capitolio fixum." Philipp. II. 37, 93. Conf. ad Att. XIV. 12, 1.

DE CRETA.

„Nuper fixa tabula est, qua civitates locupletissimae Cretensium liberantur, statuiturque, ne post M. Brutum proconsulem sit Creta provincia. Tu mentis es compos? tu non constringendus? An Caesaris decreto Creta post M. Bruti decessum potuit liberari, cum Creta nihil ad Brutum Caesare vivo pertineret?" Philipp. II. 38, 97.

DE EXSULIBUS.

„Et *de exsulibus* legem, quam fixisti, Caesar tulit. Nullius insector calamitatem: tantum queror, primum eorum reditus inquinatos, quorum causam Caesar dissimilem iudicarit; deinde nescio cur non reliquis idem tribuas. Neque enim plus quam tres aut quattuor reliqui sunt." Philipp. II. 38, 98. cf. Philipp. V. 4, 11.

DE SICULIS.

„Ecce autem Antonius accepta grandi pecunia fixit legem a dictatore comitiis latam, qua Siculi cives Romani: cuius rei vivo illo mentio nulla. Quid? Deiotari nostri causa non similis? Dignus ille quidem omni regno, sed non per Fulviam. Sexcenta similia." ad Attic. XIV. 12, 1.

---

1) Man sehe z. B. nur Sigonius de iudiciis II. 33. Heineccius antiquitatt. Rom. 10. 18. §. 68.

2) Es sind Viele, welche unter Berufung auf die ausgehobene Ciceronianische Stelle nicht eine lex *Caesaris de vi*, sondern eine lex *Caesaris de vi et maiestate* (als ein Gesetz) annehmen, z. B. Ernesti clavis Ciceron. v. lex Iul. de vi et mai. Bach histor. iurispr. R. ed. Stockmann. p. 193. Allein Cicero trennt ja, wie aus dem oben Angeführten erhellt, ganz bestimmt die lex *de vi* von der lex *de maiestate* und spricht von *leges* Caesaris und von *duae* leges und *duae* quaestiones.

Iulia et Papiria.

„Ex eo quod L. Papirius P. Pinarius censores multis dicendis vim armentorum a privatis in publicum averterant, levis aestimatio pecudum in multa lege *C. Iulii P. Papirii* consulum (a. u. c. 323.) constituta est." de Rep. II. 35, 60. — „Legem de multarum aestimatione pergratam populo cum ab tribunis parari consules (*L. Papirius Crassus L. Iulius*) unius ex collegio proditione excepissent, ipsi praeoccupaverunt ferre." Liv. IV. 30. Conf. Aternia Tarpeia.

Iunia *de peregrinis.*

„Male etiam, qui peregrinos urbibus uti prohibent eosque exterminant, ut *Pennus* apud patres nostros, Papius nuper. Nam esse pro cive qui civis non sit, rectum est non licere; quam legem tulerunt sapientissimi consules Crassus et Scaevola: usu vero urbis prohibere peregrinos sane inhumanum est." de Offic. III. 11, 47.

Lata est a *M. Iunio Penno*, tribuno plebis a. u. 627. (Brut. 28, 109.) De lege *Penni* orationem conscripsisse C. Gracchum docet Festus s. v. *Res publicas.* Beierum, qui et in Ciceronis et in Festi loco *Fannium* consulem a. u. 631. *Penno* substituendum censebat, erroris arguit Meyerus noster Fragm. Orat. Rom. p. 117 sq.

Iunia et Licinia.

„Ubi lex Caecilia et Didia? ubi promulgatio trinum nundinum? ubi poena recenti lege *Iunia* et *Licinia?*" Philipp. V. 3, 8. — „Festive, mihi crede, et minore sonitu quam putaram orbis hic in re publica est conversus, citius omnino quam oportuit, culpa Catonis, sed rursus improbitate istorum, qui auspicia, qui Aeliam legem, qui *Iuniam* et *Liciniam*, qui Caeciliam et Didiam neglexerunt." ad Att. II. 9, 1. — „Nunc ad ea, quae quaeris de C. Catone. Lege *Iunia* et *Licinia* scis absolutum: Fufia ego tibi nuntio absolutum iri, neque patronis suis tam libentibus quam accusatoribus." ad Att. IV. 16, 5. — „Quaero illud etiam ex te, quod privatus admisisti: postulatusne sis lege *Licinia* et *Iunia?* edixeritne C. Memmius praetor ex ea lege, ut adesses die tricesimo? cum is dies venisset, appellarisne tribunos plebis, ne causam diceres?" Vatin. 14, 33. — „Quem non tam admiror, quod meam legem contemnat, hominis inimici, quam quod se statuit omnino consularem legem nullam putare. Caeciliam Didiam, *Liciniam Iuniam* contempsit." pro Sestio 64, 135.

„*Licinia* et *Iunia* consulibus auctoribus *Licinio Murena* et *Iunio Silano* (a. u. 691.) perlata illud cavebat, ne clam aerario legem ferri liceret, quoniam leges in aerario condebantur." Schol. Bob. p. 310.

Laetoria. Vid. Plaetoria.

De libertinorum suffragiis: *Aemilia*, *Sulpicia*, *Manilia*, *Manlia*, *Clodia*.

Licinia.

„Leges sunt veteres, neque eae consulares, sed tribunicise, vobis maioribusque vestris vehementer gratae atque iucundae. *Licinia* est lex atque altera Aebutia, quae non modo eum, qui tulerit de aliqua curatione ac potestate, sed etiam collegas eius, cognatos, affines excipit, ne eis ea potestas curatiove mandetur." de lege agr. II. 8, 21. — „Ne id quidem per legem *Liciniam*, ut ipse tibi curationem ferres, facere potuisti." pro domo 20, 51.

Hanc *Liciniam* legem *C. Licinio Stoloni*, tribuno plebis a. u. c. 377. tribuit Pighius T. I. p. 243. T. II. p. 99. Ernestius eam a *L. Crasso* oratore, Bachius a *P. Crasso* consule a. u. 658. latam putat.

Licinia *de ludis Apollinaribus.*

„Ludi Apollinares Q. Fulvio Ap. Claudio (a. u. 541.) a P. Cornelio Sulla praetore urbis primum facti erant. inde omnea deinceps praetores urbani fecerant: sed in unum annum vovebant, dieque incerta faciebant. eo anno (u. c. 545.) pestilentia gravis incidit in urbem agrosque, quae tamen magis in longos morbos quam in perniciabiles evasit. eius pestilentiae causa et supplicatum per compita tota urbe est, et *P. Licinius Varus* praetor urbis legem ferre ad populum iussus, *ut hi ludi in perpetuum in statam diem voverentur*. ipse primus ita vovit, fecitque *ante diem tertium Nonas Quintiles*. is dies deinde sollennis servatus." Liv. XXVII. 23.

Licinia *de sacerdotiis.*

„Meministis, Q. Maximo fratre Scipionis et L. Mancino consulibus (a. u. 608.) quam popularis lex de sacerdotiis *C. Licinii Crassi* (tribuni plebis) videbatur: cooptatio enim collegiorum ad populi beneficium transferebatur. Atque is primus instituit in forum versus agere cum populo: tamen illius vendibilem orationem religio deorum immortalium nobis defendentibus facile vincebat. Atque id actum est praetore me (C. Laelio Sapiente) quinquennio ante quam consul sum factus." Lael. 25, 96. Conf. Domitia et Onomasticon s. v. C. Licinius Crassus.

Licinia *de sodaliciis.*

„Sed aliquando veniamus ad causam. In qua tu nomine legis *Liciniae*, quae est *de sodaliciis*, omnes ambitus leges complexus es. Nec enim quidquam aliud in hac lege nisi editicios iudices secutus es." pro Plancio 15, 36. — „Reus *de sodaliciis* petitus est (Cn. Plancius) lege *Licinia*, quam *M. Licinius Crassus* Pompei Magni collega in consulatu suo (a. u. 698.) pertulit, ut severissime quaereretur in eos candidatos, qui sibi [sodales] conciliassent, ea potissimum de causa, ut per illos pecuniam tribulibus dispertirent ac sibi mutuo eadem suffragationis emptae praesidia communicarent. Huic factioni coërcendae legis lator Crassus existimavit etiam genus iudicii multo periculosius comparandum, ut apud iudices editicios accusarentur, id est, ut pro

volnotate accusatoris ederentur tribus, ex quibus unam taotummodo reiicere posset reus, de reliquis autem iudices haberentur utique infestissimi causam dicentibus, utpote quos accusator ad voluntatem suam praelegisset edendo eas potissimum tribus, quas reo minus aequas fore arbitraretur." Schol. Bob. p. 253. cf. p. 261.

„Itaque relictus *lege Licinia* (*legi Liciniae*) maiore esse periculo videtur." ad Fam. VIII. 2, 1.

Haoc legem tam egregie illustravit *E. Wunderus* (in prolegomenis ad Plancianam lib. III. c. 3.), ut gratam permultis operam facturi nobis videremur, si totam eius dissertationem huic legum indici insereremus. Est autem haec:

De lege Licinia, qua Cn. Plancius a M. Laterense sodaliciorum reus est factus.

Quae adhuc viri docti de lege *Licinia*, quae *de sodaliciis* fuit, scripserunt, ea et perpauca sunt, neque vera omnino, ita ut ad cognoscendam legis illius ratiooem mioume sufficiant. Quo magis faciundum mihi putavi, ut quam possem diligentissume de ea hic exponerem, praesertim cum multi sint in hac oratione Planciana loci, quorum sententiam, nisi cognitam eam habemus, vix perspicere recte possumus. Erat enim Cn. Plancius lege illa a M. Laterense sodaliciorum reus factus, de qua re Cicero C. XV. §. 36. monet.

Ut autem recte et ordine disputatio nostra procedat, primum docebimus, a quo et quando lata lex illa sit, deinde qua re a ceteris ambitus legibus, ad quem sodaliciorum crimen pertinebat, discreparit, ita quidem, ut primum de crimioibus, quae debueriut conferri io eum, qui lege ista postularetur, deinde de forma ac genere iudici, quod in sodaliciorum reum exercitum sit, denique de poena videamus, qua adfectus sit, qui criminis illius convictus esset.

§. 1.

Quondo et a quo lex Licinia lata sit.

Primus, quantum scio, C. Sigonius de Iudiciis L. II. c. 30. p. 1788. Thes. Graev., quocum Ferratius III. Epp. 5. p. 169. et Ernestius in Ind. legum consentiunt, legem Liciniam a. 699. Cn. Pompeio et M. Licinio Crasso iterum consulibus a *M. Licinio Crasso* latam esse vidit. Manutius certe de legibus Rom. c. 30. haec pauca tantum de lege illa monuit: „Licinia lex, de sodaliciis lata, ad ambitum pertinuit; sanxit enim, ne quis coiret magistratus adipiscendi caussa; quod a Laterense obiectum Cn. Plancio, ostendit Cicero in oratione pro ipso." Miror autem, Schulzium in libro, cuius titulus est: *Von den Volksversammlungen der Römer. Gothae.* 1815., se non intellegere dicere, qua ratione ductus Ernestius M. Licinium legis illius latorem putarit. Monet ille p. 168 sq. de ambitus legibus expooens, postquam Ciceronis ad Q. Fr. II. 3. verba: *SCtum factum est, ut sodalitates decuriatique discederent; lexque de iis ferretur, ut, qui non discessissent, ea poena, quae est de vi, tenerentur.* adtulit, haec: „Ebendahin zielte auch die Lex Licinia.

Cfr. Cic. pro Planc. 15. Aber wenn und von wem dieses Gesetz gegeben wurde, ist, wie der eigentliche Inhalt desselben, unbekannt. Gewöhnlich nimmt man an, es sei im Jahre 698 (699) unter dem Consulat des Licinius Crassus und Cn. Pompeius gegeben worden (cf. Ernesti Index legum in Clav. Cic.); aber ich habe für diese Annahme bis jetzt keinen Beweis gefunden." Neque sane Ernestius ullam adtulit rationem, qua commotus legem illam a M. Licinio Crasso iterum consule perlatam putarit. Nihilominus vere dixisse Ernestium, paucis doceri potest. Scribit Cicero C. XX. §. 49.: *quae comitia primum habere coepit consul cum omnibus in rebus summa auctoritate tum harum ipsarum legum ambitus auctor.* Cum in antecedentibus de nulla nisi de Licinia lege loquatur, manifestumst, verbis *harum ipsarum legum* ipsam illam legem Liciniam potissimum significari. Iam cum supra Lib. III. C. I. §. 2. evidentissimis argumentis conprobarimus, consulis nomine, qui comitia illa habere coepisse dicatur, alium nisi M. Licinium Crassum iterum consulem significatum esse non posse, nullus relinquitur dubitandi locus, quin lex Licinia, quae fuit de sodaliciis, a M. Licinio II. consule an. 699. [698.] lata sit.

[Adde, quod supra adtulimus, Scholiastae Bobiensis disertissimum testimonium.]

Ceterum ex veteribus scriptoribus solus videtur Dio Cassius de lata illa lege monuisse, qui Lib. XXXIX. c. 37. p. 523. ed. Sturz. de Pompeio et Crasso iterum consulibus scribit: *ταῦτά τε οὖν κυρωθῆναι ἐποίησαν, καὶ μετὰ τοῦτο πικρότερα ἐπιτίμια τοῖς δεκάζουσί τινας ἐπέταξαν, ὥσπερ τοι αὐτοὶ ἔλαττον, ὅτι οὐ χρήμασιν, ἀλλὰ βίᾳ τὴν ἀρχὴν εἰλήφεσαν, ἁμαρτόντες.* Neque quod ambos consules acerbiores de ambitu leges tulisse scribit, aliquid offensionis habet. Solet enim Dio fere ubique ab ambobus factum consulibus dicere, quod alterutri tantum adsignandum erat. Illud quodammodo contra nos facere videri potest, quod Dio leges illas non tam de sodaliciis quam de ambitu latas scribit. Verum in ea re non puto haerendum esse, praesertim cum ex Ciceronis verbis *harum ipsarum legum ambitus auctor* M. Licinium non unam de sodaliciis legem, verum plures ad coercendum ambitum, quas Dionem probabilest spectasse, tulisse appareat.

§. 2.

De crimine sodaliciorum.

Quamquam recte Manutius in argumento huius orationis, quemadmodum perduellio maxumum inter maiestatis crimina fuerit, ita sodalicia gravissumum ambitus crimen fuisse monuit, tamen ex eo nondum apparet, quomodo sodalicia ab ambitu discreparint. Quaedam de isto discrimine C. Sigonius de Iudiciis L. II. c. 30. p. 1784. Thes. Graev. recte monuit; quae quo magis plerisque viris doctis incognita sunt, eo minus alienum putavi hic repetere.

„Praeter profusam benignitatem adhibitast in comitiis, ultumis maxume rei p. temporibus, quasi vis quaedam, quae quia sodalibus

contractis adhibebatur, proprio nomine *sodaliciorum* est appellata. Sodales autem hoc in loco erant quasi eiusdem factionis et condicionis. Si quis autem tribulis decuriasset et conscripsisset, ut corrumperet populum, quoniam multitudine cogere videbatur, vis videbatur; quoniam pecunia contendebat, ad ambitum pertinebat. Erant tamen sodalicia ab ambitu diversa. Nam in sodaliciis per sodalis decuriatos et conscriptos res agebatur, in ambitu per sequestris et divisores. Itaque scriptum est aput Asconium, Milonem eodem tempore de ambitu et de sodaliciis aput diversos quaesitores et a diversis accussatoribus esse postulatum. Et Mamertinus dixit ad Iulianum imperatorem: *An vero, si centuriatis comitiis consul creatus essem, gloriosius mihi universi populi suffragiis declaratus viderer? Minume; siquidem etiam illis priscis temporibus multorum ambitu fuit campus infamis. Nota divisorum flagitia, notae libellorum praestigiae, tum operarum ad vim et seditionem manus emptae.* Sodalitates etiam ad ambitum pertinere, ostendit Cicero pro Plancio (C. XV. §. 37.), cum dicit: *Hoc igitur sensimus: cuiuscumque tribus largitor esset, et per hanc consensionem, quae magis honeste quam vere sodalitas nominaretur, quam quisque tribum turpi largitione corrumperet, eum maxume iis hominibus, qui eius tribus essent, esse notum.* Ad vim autem spectasse cum addit (C. XVIII. §. 45.): *Decuriatio tribulium, descriptio populi, suffragia largitione devincta severitatem senatus, et bonorum omnium vim ac dolorem excitarunt. Haec doce —, decuriasse Plancium, conscripsisse, sequestrem fuisse, pronuntiasse, divisisse.* Decuriatio enim, et descriptio populi ad vim adhiberi solebat; ut pro Sestio (C. XV. §. 34.) *cum vicatim homines conscriberentur, decuriarentur, ad vim, ad manus, ad caedem, ad direptionem incitarentur.* pro domo (c. V. §. 13.): *cum, desperatis ducibus, decuriatos ac descriptos haberes exercitus perditorum.* et in II. Phil.: *cuius etiam familiares de vi condemnati sunt, quod tui nimis studiosi fuissent.* et pro Plancio (C. XIX. §. 46.): *Ego Plancium et ipsum gratiosum esse dico et habuisse in petitione multos cupidos sui gratiosos; quos tu si sodalis vocas, officiosam amicitiam nomine inquinas criminoso.* et §. 47.: *Iam ut ego doceo, gratiosum in sua tribu Plancium —: sic tu doce, sequestrem fuisse, largitum esse, conscripsisse, tribulis decuriasse.*"

Haec Sigonius, quibus, quo planior res fiat, haec addenda puto. Ambitus, monente Festo, crimen adfectati honoris fuit. Itaque in ambitus crimen vocabatur, quicumque inlicito modo laboraverat, ut honos, quem petebat, sibi mandaretur.

Is modus duplex potissumum fuit: aut enim sola largitione, id est nummis aliisve muneribus, quae populo dividebant dividendave curabant, suffragia eius devinciebant, aut vim, quam ipsam sibi largitione parabant, ad consequendum, quem volebant, honorem adhibebant.

Vis autem cernebatur in eo, quod certi quidam homines, sodales dicti, quos candidati largitione corruperant, multitudinem cogebant, ut ei, a quo erant corrupti, honorem deferret. Id quo facilius fieri

posset, tribules a candidato decuriabantur populusque describebatur, ita ut unicuique sodalium certa pars tribus et populi adsignaretur, cuius ut suffragia candidatus ferret, quocumque modo efficere debebant. Vide quae in Comment. ad verba C. XVIII. §. 45. *decuriatio tribulium, descriptio populi* adnotavi.

Itaque in istiusmodi comitiis, in quibus candidati sodalium opera ad consequendos honores utebantur, multitudo non tam acceptis nummis adduci, quam vi cogi solebat, ut candidatis, qui sodalibus utebantur, honorem, quem petebant, mandaret.

De veritate rei, quam exposui, persuadebit sibi, qui hos orationis Plancianae locos adtente perlegerit. C. XXII. §. 54. *Nam quod questus es, pluris te testis habere de Voltinia quam quot in ea tribu puncta tuleris.* ad quae conferenda quae in Comm. exposui. C. XVIII. §. 45. *neque hoc liberis nostris interdicendumst, ne observent tribulis suos, ne diligant, ne conficere necessariis suis suam tribum possint, ne par ab iis munus in sua petitione respectent.* C. XIX. §. 46. *Ego Plancium, Laterensis, et ipsum gratiosum esse dico et habuisse in petitione multos cupidos sui gratiosos; quos tu si sodalis vocas, officiosam amicitiam nomine inquinas criminoso; sin, quia gratiosi sint, accussandos putas, noli mirari, te id, quod tua dignitas postularit, repudiandis gratiosorum amicitiis non esse adsecutum. Iam ut ego doceo, gratiosum in sua tribu Plancium, quod multis benigne fecerit, pro multis spoponderit, in operas plurumos patris auctoritate et gratia miserit, quod denique omnibus officiis per se, per patrem, per maiores suos totam Atinatem praefecturam conprehenderit: sic tu doce, sequestrem fuisse, largitum esse, conscripsisse, tribulis decuriasse.* Quo in loco adtendendum ad egregiam oratoris artem, qua cupidos tantum fuisse Planci et gratiosos studet conprobare, quos non dubiumst quin recte Laterensis sodalis fuisse dixerit.

Iam utraque ambeundi ratio etsi periculosa rei publicae erat, tamen maiorem ei candidatos, qui operarum manus ad vim emebant, quam qui sola largitione populum corrumpebant, adferre perniciem, non poterat obscurum esse. Nihilominus diu in quaestionibus de ambitu nulla discriminis illius habebatur ratio, nec maius [scr. *minus*], qui largitione, quam ei, qui vi populi suffragia consecutus erat, inpendebat periculum. Tandem cum intellectum esset, quanto plus haec altera ambeundi ratio ad evertendam rempublicam conferret, exeunte saeculo septumo gravius in eos exerceri iudicium coepit, qui sodalium opera bonores consecuti esse arguebantur.

Factum id est lege Licinia de sodaliciis, quae ipsa ut ferretur, senatus auctor fuit (cfr. Planc. C. XV. §. 36. 37. C. XVI. §. 39. extr. C. XVII. §. 41. C. XVIII. §. 44. 45.) qui iam anno ante, referente Cicerone ad Q. Fr. II. 3, 6. decreverat, *ut sodalitates decuriatique discederent, lexque de iis ferretur, ut, qui non discessissent, ea poena, quae est de vi, tenerentur.*

Itaque lata hac lege, qui honorem adfectaverant, bis poterant

postulari, et de ambitu et de sodaliciis. Atque factum hoc revera nonnumquam esse, veteres scriptores memoriae prodiderunt. Ita Asconius Pedianus in Arg. or. Mil. p. 190. ed. Lugd. et p. 205. [p. 40 et p. 54. ed. Bait.] Milonem et de ambitu et de sodaliciis et de vi accussatum scribit esse. Idem aine dubio M. Messallae accidit, qui cum reus ambitus esset factus et turpiter iudicum sententiis absolutus, postmodo lege Licinia de sodaliciis postulatus est. Nam in hunc sensum manifesto accipiunda Caeli verba sunt, quae in epist. ad Ciceronem scripta (ad Div. VIII. 2.) leguntur: *Quid alios putas? clamoribus scilicet maxumis iudices corripuerunt; et ostenderunt, plane esse quod ferri non posset. Itaque relictus lege Licinia maiore esse periculo videtur.* Neque enim *relictus* hic potest esse *absolutus*, quo sensu Manutius Kortiusque acceperunt. Sensum recte perspexit Ernestius, qui pro *lege Licinia* scribendum *legi Liciniae* idque ad *relictus* referendum putavit.

Post ea, quae exposuimus, vel sponte intellegetur, non recte Manutium de Legg. Rom. c. 30. lege de sodaliciis lata sancitum esse dicere, *ne quis coiret magistratus adipiscendi caussa*, similiterque Ernestium errare, qui in Arg. or. Plancianae haec scripserit: „Qua ille ignominia conmotus Plancium ex lege Licinia *de sodaliciis*, h. e. coitionibus ad corrumpenda populi suffragia factis (nam quorum opera tribus corrumpebantur, sodales et sequestres dicebantur, vid. pro Caelio c. 7.) accussavit, quod inter ambitus crimina gravissumum est."

Nisi forte ambo in eo tantum peccarunt, quod verbum *coeundi* et *coitionis* falso sensu usurparunt, idemque *coitionem* quod *sodalicia* significare crediderunt. Quod mihi eo prohabilina videtur, cum Ernestius in Clav. Cic. etiam vim nominis *coitionis* non recte exposuerit. Monuit ille ibi: „Est enim *coitio*, cum homines congregantur rei malae perficiundae, veluti tribuum corrumpeudarum caussa."

At hoc non vere dictum. Nam verbum *coitionis* quotiens de ambitus reis usurpatur, non significat aliquam societatem candidati cum sodalibus vel operis campestribus ad corrumpenda populi suffragia initam, verum coniunctionem candidati cum conpetitore eo consilio factam, ut reliquos conpetitores de honore deiciant. Id ita esse, non solum veterum scriptorum loci, in quibus verbum illut usurpatum, verum ipsa etiam, quae ei subest, vis propria docet. Nam *coire* qui cum aliquo dicitur, cum sliquo ad aliquid coniunctim ire, aliquid coniunctim cum eo petere intelligitur. Itaque coire candidatus cum sodalibus non potest dici, siquidem non una cum sodalibus aliquid petit, set tantum in petitione ab iis adiuvatur. Ceterum vide quae ad rationem coitionis accuratius intellegendam in Comm. ad C. XXII. §. 53. *dubitabitis, inquit, quin coitio facta sit* a me monita sunt. Loci autem, in quibus verbum *coeundi coitionis*que eo, quo dixi, sensu usurpatum, hi sunt:

Liv. III. 35. *Deiectisque honore per coitionem duobus Quintiis — nequaquam splendore vitae pares decemviros creat* cet.

Cic. pro Planc. C. XXII. §. 53. *dubitabitis, inquit, quin coitio facta sit, cum tribus plerasque cum Plotio tulerit Plancius?* quibus-

cum conferenda sunt, quae paulo post §. 54. Cicero dicit, verbum *coitionis* ipse optume explicans: *quam convenit nondum cognita populi voluntate hos, quos iam tum coniunctos fuisse dicis, iacturam suarum tribuum, quo vos adiuvaremini, fecisse.*

Cic. ad Att. I. 17. *Lucceium scito consulatum habere in animo statim petere. Duo enim soli dicuntur petituri. Caesar cum eo coire per Arrium cogitat; et Bibulus cum hoc se putat per Pisonem posse coniungi.*

Cic. ad Q. Fr. III. 1. *Quod scribis te audisse in candidatorum consularium coitione me interfuisse, id falsum est. Eiusmodi enim pactiones in ea coitione factae sunt, quas postea Memmius patefecit, ut nemo bonus interesse debuerit; et simul mihi committendum non fuit, ut iis coitionibus interessem, quibus Messalla excluderetur.*

Eadem de re Cicero etiam ad Att. IV. 18. scripsit.

Itaque manifestumst, primum legis Liciniae, quae de sodaliciis fuit, caput non illud, ne quis coiret, verum hoc esse debuisse, ne quis in petitione sodalitatibus ad extorquenda populi suffragia uteretur. Nihilominus non dubito, quin illut quoque in lege ista perscriptum sancitumque fuerit, ne quis coiret. Nam coitio illa ad vim pertinebat, siquidem, ut alii candidati honore deicerentur, effecit. Fuit autem lex Licinia eorum caussa lata, qui ad adipiscendum honorem vim adhibuissent. Accedit, quod coitio illa fieri vix potuit, nisi ita, ut candidati, qui coissent, sodalibus ad rem, quam volebant, peragundam uterentur. Denique, quo sententia mea prorsus confirmatur, ex ipsa oratione Planciana discimus, Laterensem id ipsum Plancio obiecisse, quod coitionem fecisset. Vide C. XXII. §. 53.

§. 3.

De genere iudici, quod in sodaliciorum reos lege Licinia exercitum sit.

Quemadmodum gravius sodaliciorum quam ambitus crimen fuit, ita acerbius etiam in sodaliciorum reos, quam in eos, qui de ambitu postulati erant, iudicium constitutum erat. Neque qua in re posita fuerit huius iudici acerbitas, etsi non est ab iis, qui de lege Licinia exposuerunt, satis intellectum, coniectura tantum divinari, verum ex hac ipsa oratione satis superque demonstrari potest. Scribit Cicero C. XV. §. 36:

Set aliquando veniamus ad caussam, in qua tu nomine legis Liciniae, quaest de sodaliciis, omnis ambitus leges conplexus es. Neque enim quicquam aliut in hae lege nisi editicios iudices secutus es. Quod genus iudiciorum si est aecum ulla in re, nisi in hac tribuaria, non intellego, quamobrem senatus hoc uno in genere tribus edi voluerit ab accussatore neque eandem editionem transtulerit in ceteras caussas, de ipso denique ambitu reiectionem fieri voluerit iudicum alternorum, cumque nullum genus acerbitatis praetermitteret, hoc tamen unum praetereundum putarit; et C. XVI. §. 38. haec:

Tu autem Laterensis, quas tribus edidisti? Terentinam, credo: fuit certe id aecum et certe expectatumst et fuit dignum constantia tua. Cuius tu tribus venditorem et corruptorem et sequestrem Plancium fuisse clamitas, eam tribum profecto, severissumorum praesertim hominum et gravissumorum, edere debuisti. At Voltiniam: lubet etenim tibi nescio quid etiam de illa tribu criminari; hanc igitur ipsam cur non edidisti? quid Plancio cum Lemonia, quid cum Ufentina, quid cum Crustumina? nam Maeciam non quae iudicaret, set quae reiceretur, esse voluisti.

Ex his Ciceronis verbis primum apparet, secundum legem Liciniam in sodaliciorum iudicio iudices editicios iudicasse. Id etsi omnes viderunt, tamen quales fuerint, qui dicti sint editicii, non est a viris doctis recte expositum. Male Manutius ad hunc locum: *Editicii sunt, quos in hac una de sodaliciis caussa delectos ex omni populo accusator edebat reo.* Nec vere idem ad or. Muren. C. XXIII. §. 47: *editicios iudices, ut accussator ipse ederet, quos de ambitu iudicare vellet, quod senatus repudiavit.* Eadem fere Schützius in Ind. Lat. sub v. *editicius*. Magis etiam a vero aberravit Adamus in Antiq. Rom. ed. a Meyer. T. I. p. 467.: *Bisweilen erlaubte das Gesetz dem Ankläger und dem Angeklagten die Richter zu wählen. In diesem Falle sagte man von ihnen: iudices edere, und die Richter wurden Editicii genannt.* Cic. pro Muren. 23. Planc. 15. 17. *So durfte nach dem Servilischen Gesetz des Glaucia gegen die Gelderpressungen der Ankläger aus der ganzen Anzahl Richter* 100 *und aus diesen Hunderten der Angeklagte* 50 *ernennen. Nach dem Licinischen Gesetz de Sodaliciis war es dem Ankläger erlaubt, die Geschwornen aus dem ganzen Volk zu ernennen.* Cic. pro Planc. 17. Melius, set tamen non ita, ut omnino satisfaciat, Servius ad Verg. Eclog. III. 50. *Editicius*, inquit, *iudex est, quem una pars eligit.*

Eo minus autem opus est, ut horum virorum errores multis corrigam, quo apertius Cicero ipse in hac oratione, qui fuerint iudices editicii, demonstrat. Scribit enim C. XVII. §. 41:

Nos neque ex delectis iudicibus, set ex omni populo, neque editos ad reiciendum, set ab accussatore constitutos iudices ita feremus, ut neminem reiciamus?

Itaque iudices editicii sunt, qui ab accussatore ita sunt constituti, ut nemo eorum reici ab reo possit; quam contra editi dicuntur, qui sunt ab accussatore delecti ita, ut reici ab reo possint[1]).

Porro quod secundo loco quaerendum, unde delecti fuerint iudices, qui dicti sunt editicii, ex hac ipsa oratione certo intellegitur. Errant autem, qui ex omni populo lectos dicunt idque a Cicerone §. 40. *Tu*

---

[1]) Mire errat Ferratius Epist. I. 5. p. 21. monens: „Ut enim Liciniae legis de sodaliciis acerbitatem amplificet, per quam accusator tribus edebat, ex quibus praetor indices sortiretur in reum."

deligas ex omni populo etc. significari putant. Nam verba illa non sine rei exaggeratione dicta sunt. Immo, ut brevis sim, res haec fuit. Edebat accussator in sodaliciorum iudicio quattuor tribus, quarum unam reus reiciebat; ex tribus reliquis legebat accussator iudices ita, ut nemo eorum a reo reici posset. Ita Laterensis Lemoniam, Ufentinam, Crustuminam, et Maeciam ediderat, quarum postremam Plancius reiecerat. Patet hoc ex verbis C. XVI. §. 38. supra adlatis et ex adnotatione interpretis Ambrosiani, qui ad C. XV. §. 36. *Neque enim quicquam — secutus es* p. 161 sq. ed. Mai. haec scripsit:

Ad ea, quae sunt necessaria, conclusis prioribus transit, et potuisse Laterensem de ambitu accussare significat, nisi maluisset idcirco reum lege Licinia facere, ut haberet iudices editicios; de cuius forma et acerbitate iam sumus in argumento [p. 253. Or.] *praelocuti. Differentia igitur accussatoris ostenditur ideo invadentis in legem Liciniam, quod ambitus probari non possit; de quo iudices ex reiectione haberi soleant, aequalem scilicet numerum reicientibus tam accussatore quam reo. Verum specta licentius omnem contextum huius . . . . ut intellegas, oratorem more speciem quandam . . . . in modum praescriptivum facta senatus consulti mentione, qui secundum legem Liciniam quattuor edi tribus ab accussatore voluerit, ex quibus reo liceret unam repudiare, ut de tribus reliquis iudicum haberet editionem; tamen ab accussatore sic fieri voluisse, ut eas ederet, quas corruptas a candidato criminaretur. Hic vero Laterensis noluerat ipsas edere, quibus dicebat pecuniam datam. Utique consulte, ne reo, a quo pecuniam sumpserant, favore tacito patrocinarentur. Quasi negare itaque temptavit, accussari posse lege Licinia Plancium, quando sint aliae tribus editae, nec illae potissumum, quae sumpsisse pecuniam dicerentur, et quas ideo vel maxume senatus edi voluisset, ut et iudicarent et testimonium vel contra reum vel pro reo ex ipsa veritate perhiberent, qui sine dubio, quid esset aput tribulis suos gestum, optume scirent.*

Itaque sponte iam concidunt, quae Manutius et Garatonius, decepti varietate scripturae, quae C. XVI. §. 38. in verbis *nam Maeciam*, pro quibus vitiose in libris malae notae *nam tertiam* legitur, de tribus tribubus ab accussatore editis commenti sunt. Qua de caussa adnotationes eorum in imum marginem hic reicere satis putavi[1]).

---

[1]) Manutius: „indicat hic locus, ubi tres tribus accussator ederet, tertiam a reo reici potuisse." Similiter Garatonius Cur. Sec. p. 28—30. „Bav. *nam etiam* cum aliis mendose, tamen ex vera lectione *Maeciam*, quam Erf. conservavit, cui quidem propius accedunt Oxon. quinque. Tres enim habent *Metiam*, unus *mociam* et alter *ui eciam*. Atque illut *ui* ex *M* seu *m* profluxit, ex quo alii numeralem notam III. effecerunt, quae multis fraudi fuit; inprimis ipsi Manutio, qui cum *tertiam* invenisset, de Crustumina intellexit, quae tertio nominatur loco; Maecia quarto nunc additast. Quamquam haec cum sequentibus videntur pugnare. Quod si duae tantum tribus ad iudicandum erant edendae, ut suspicari licet, consulto Manutius lectionem illam suam delegerit, eaque verior existumanda. Quid est enim, quod

Ceterum erunt fortasse, qui hoc praeterea scriptum in lege Licinia fuisse putent, eas tantum ab accussatore tribus debere edi, quas is a reo corruptas criminaretur, enm id frequenter Cicero Laterensi exprobret, quod, eum non ediderit quas largitione corruptas criminatus esset, contra legis sententiam fecerit. Adferent illi ad stabiliendam sententiam suam hos locos:

C. XVI. §. 39. *Dubitatis igitur, iudices, quin vos M. Laterensis suo iudicio, non ad sententiam legis, set ad suam spem aliquam de civitate delegerit?*

C. XVII. §. 42. *Neque ego nunc legis iniquitatem queror, set factum tuum a sententia legis doceo discrepare; et illut*

---

in duabus tantum omnis haec disputatio versatur? hic autem locus non anceps est? permutationes non licet has in utramvis partem trahere? Mihi tamen omnia consideranti neque dubitatio penitus eripitur, neque codicis Erf. auctoritas, quam praecipuam duco, et aliorum mendis augeri probabilius puto quam minui. Neque vero, quod hic Voltinia tantum ac Terentina profertur, necessario consequitur, duas alias tribus edi non potuisse, ut una reiecta tres denique indicarent. Set ne alia maior et apertissuma exoriatur repugnantia, statuendum omninost, accussatorem primo tribuum, quas vellet, nomina lege Licinia edidisse, quarum reicere unam reo licuerit; ex reliquis deinde illum iudices delegisse, quorum reiei nemo posset. Postquam igitur, sive Crustuminam malis sive Maeciam Plancius reiecisset, ex aliis tribubus iudices habuit repentinos. At hoc apertum est; illut obscurum, quomodo Laterensis certam tribum, quae a Plaucio reiceretur, designare potuerit. Eratne ipse in ea tribu? an homines Plancio maxume inimici? Haec certe reiectio reum haut mediocriter sublevabat. Tamen non est eo contentus orator, et tribus reo devinctas necessitudine omni flagitat, legemque ipsam Liciniam, etsi videri non volt, auctoritate senatus expromenda tacite reprehendit, quae ad voluntatem summi consili perscripta non esset, accussatorem volt senatoris in indicio personam sumere. Set lex aequa erat; ambitum, pestem rei p. taeterrumam, tot leges coercere non poterant; honesto etiam sodaliciorum invento nomine tegebatur; remedio erat opus valido et salutari; neque tamen ulla fuit umquam tanta legum acerbitas, quae pestem illam extingueret. Plebs etenim largitione corrumpebatur, neque in corruptos poena erat, set in corruptores; in iis autem ordinibus, qui tum iudicabant, multi erant, qui magistratus ambitu consequi vellent. In hac denique sodaliciorum caussa cum crimen esset occultius, ad commune malum id accedebat, quod, si tribus edebantur reo coniunctae maxume, indulgentiores propter necessitudinem futuri indices videbantur. Lex itaque accussatorum diligentiam severitate adiuvandam censuit; nos oratoriam illam Hortensi disputationem acutam et speciosam, set accussatori haut satis utilem existumamus; quam quidem Cicero astute in rem suam convertit, quod accussator dabat, arripiens. Nam ille de Terentina et Voltinia, quas non ediderat, criminabatur; suspectam scilicet earum tribuum plebem habebat, caute indices repudiaverat. Hic auctoritatem senatus, cum legem non posset, opponit, quod eaedem Plancio totae essent deditae. Hoc est profecto ad innocentiam tuendam egregium; set erimini vindicando, quam ob rem lex erat lata, non esset. Ita summi oratoris artificium latens eruitur, quo viam sibi communit defensionis amplissumam."

acerbum iudicium si, quemadmodum senatus censuit populusque iussit, ita fecisses, ut huic et suam et ab hoc observatas tribus ederes, non modo non quererer, set hunc iis iudicibus editis, qui testes idem esse possent, absolutum putarem.

Ibidem. *Cum enim has tribus edidisti, ignotis et iudicibus uti malle quam notis iudicavisti; fugisti sententiam legis.*

C. XVIII. §. 45. *tum mirabor, te iis armis uti, quae tibi lex dabat, noluisse.*

Ex his praecipue is locus, qui §. 42. extat, maxumeque verba, *si, quemadmodum senatus censuit populusque iussit*, paene flagitare videbuntur, ut in ipsa lege perscriptum sancitumque statuamus fuisse, ut ne aliae, quam quae a reo corruptae arguerentur, tribus ab accussatore ederentur. Nihilo minus quicquam ego ea de re in lege Licinia fuisse scriptum nego, Ciceronemque verbis, *si, quemadmodum* cet., more oratorio dictis nihil aliut quam *secundum legis sententiam* voluisse significare arbitror. Nam non fuisse scriptum illut in lege, certo inde intellegitur, quod in reliquis locis omnibus, ubi de illa iudicum editione sermost, ita Cicero loquitur, ut Laterensem numquam auctoritatem senatus, set consilium violasse, neque contra legem, set tantum contra legis sententiam fecisse dicat. Pertinent huc etiam hi loci:

C. XVI. §. 39. *Quid enim potes dicere, cur ista editio non summam habeat acerbitatem remota ratione illa, quam in decernendo secuti sumus?*

C. XVIII. §. 44. *Neque ego nunc consilium reprehendo tuum, quod eas tribus, quibus hic maxume notus, non edideris, set a te doceo consilium non servatum senatus.*

Atqui si disertis verbis illut in lege Licinia scriptum fuisset, neque Laterensis tribus, quas edidit, edere potuisset, et Cicero, si edidisset, neglectam auctoritatem senatus ac violatam esse legem clamasset. Neque vero obscurumst, qua ratione Cicero Laterensem *in* delegendis iudicibus fugisse sententiam legis dicere potuerit. Fuisse enim hanc legis sententiam, ut eae tribus, quae corruptae a reo arguerentur, ab accussatore ederentur, inde conlegit Cicero, quod in solo sodaliciorum crimine tribuario ab accussatore edi tribus licuit. Itaque ille sic ratiocinatus est: Si in hac sola re tribuaria (cfr. §. 36.) tribus edi licet ab accussatore, non potest eius rei alia caussa esse, quam haec, quod in sodaliciorum crimine tribuario tribus optume *iudicare* possunt. Possunt autem propterea, quod sciunt, quid ab eo, qui accussatur, in comitiis commissum sit. Certissuma autem in illius delicto (cfr. §. 46.) scientia eorum debet esse, qui earum ipsarum tribuum sunt, quas reus adhibita sodalium opera tulisse arguitur. Itaque hoc consilio uecessest lex lata sit, ut idem testes et iudices sint (cfr. §. 37.). Nam id si non est, intellegi non potest, cur non in ceteras caussas istiusmodi iudicum editio translata sit (cfr. §. 36.).

Neque negari potest, acerbissumum hoc genus iudici futurum fuisse remota ratione illa, quam senatum in decernendo secutum Cicero scribit. Ita enim fieri potuit, ut, quos maxume reo infensos sciret, iudices

accusator deligeret, ita ut verendum esset, ne sola malignitate ducti reum condemnarent. Atque haec sane videtur caussa fuisse, ob quam olim Ser. Sulpicio, eum iudices editicios esse vellet, repugnatumst. Scribit enim Cicero pro Mur. C. XXIII. §. 47: *Idem editicios iudices esse voluisti, ut odia occulta civium, quae tacitis nunc discordiis continentur, in fortunas optumi cuiusque erumperent.* Cum quibus conparanda sunt, quae idem in or. Planc. §. 40. questus est.

Itaque Laterensis etsi senatus consilium non servavit, eum alias, quam quas corruptas criminabatur tribus, edidit, tamen contra legis verba fecisse non potest dici. Prudenter autem egisse eum, qui quas tribus, eum essent a Plancio largitione devinctae, benevolos fore iudices praeviderat, non ediderit, neque ipsum Ciceronem fugit (§. 44.) et ab interprete Ambrosiano recte est admonitum.

§. 4.

De poena, quae adversus sodalicia lege Licinia constituta fuerit.

Quae poena lege Licinia adversus eos constituta fuerit, qui sodaliciorum damnati erant, ipsa oratio Planciana docet, in qua C. III. §. 8. scriptum: *tum enim magistratum non gerebat is, qui ceperat, si patres auctores non erant facti; nunc postulatur a vobis* (iudicibus) *ut eius exilio, qui creatus sit, iudicium populi Romani reprehendatis.* Illut incertum, quot annorum exilium fuerit. Atque eum conpertum habeamus, lege Tullia, qui ambitus damnati essent, exilio decennali multatos esse, de qua re vide quae in Comm. ad C. XXXIV. §. 83. adnotata sunt, erunt fortasse, qui atrociorem debere poenam adversus eos, qui sodaliciorum convicti essent, decretam esse statui. Verum quamquam maioris facinoris reus putabatur, qui de sodaliciis quam qui de ambitu accusabatur, tamen ego non dubito, quin atrocior poena, quam profecto sodaliciorum rei merebant, in acerbiore iudicio, quod in eos exercebatur, posita fuerit. Acerbius autem hoc iudicium erat propterea, quod a iudicibus, quos solus accusator ex tribus tribubus delegerat, exercebatur, cum de ambitu reiectio fieri iudicum alternorum soleret, ideoque ambitus rei multo facilius quam qui de sodaliciis postulati erant defendi et absolvi possent. Cfr. or. Planc. C. XV. §. 36. ibique interpres Ambrosianus.

Licinia *sumptuaria*. Vid. Sumptuariae.

Licinia et Iunia. Vid. Iunia et Licinia.

Licinia et Mucia *de civibus redigundis.*

„Legem *Liciniam* et *Muciam* de civibus regundis [fort. *redigundis*] video constare inter omnes, quam duo consules omnium quos vidimus sapientissimi tulissent, non modo inutilem sed perniciosam rei publicae fuisse." pro Cornelio fragm. 10. p. 449. — „*L. Licinium Crassum* oratorem et *Q. Mucium Scaevolam* Pontificem Maximum eundemque et oratorem et iuris consultum significat. Hi enim legem

eam, de qua loquitur, de regendis in sua civitate [fort. *de redigendis in suas civitates*] sociis, in suo consulatu (a. u. 658.) tulerunt. Cum summa cupiditate civitatis Romanae Italici populi tenerentur et ob id magna pars eorum pro civibus Romanis se gereret, necessaria lex visa est, ut in suae quisque civitatis ius redigeretur. Verum ea lege ita alienati animi sunt principum Italicorum populorum, ut ea vel maxima causa belli Italici, quod post triennium exortum est, fuerit." Ascon. in Cornel. p. 67. — „Nihil acerbius socii et Latini ferre soliti sunt, quam se, id quod perraro accidit, ex urbe exire a consulibus iuberi. Atque illis erat tum reditus in suas civitates, ad suos Lares familiares, et in illo communi incommodo nulla in quemquam propria ignominia nominatim cadebat." pro Sestio 13, 30. „Huiusmodi leges ferri dicebantur *de civibus redigendis:* qualem tulerat *L. Licinius Crassus* et *Q. Mucius Scaevola*, ut redire socii et Latini in civitates suas iuberentur." Schol. Bob. pro Sestio p. 296. — „Esse pro cive, qui civis non sit, rectum est non licere: quam tulerunt legem sapientissimi consules *Crassus* et *Scaevola*." de Offic. III. 11, 47. — „Cum paucis annis post hanc civitatis donationem acerrima de civitate quaestio *Licinia* et *Mucia* lege venisset: num quis eorum, qui de foederatis civitatibus esset civitate donatus, in iudicium est vocatus?" pro Balbo 21, 48. — „Quod si acerbissima lege Servilia principes viri, gravissimi et sapientissimi cives, hanc Latinis, id est foederatis, viam ad civitatem populi iussu patere passi sunt, (ut damnato cive Romano ipsi cives Romani fierent,) neque est hoc reprehensum *Licinia* et *Mucia* lege, cum praesertim genus ipsum accusationis et nomen et eiusmodi praemium, quod nemo assequi posset nisi ex senatoris calamitate, neque senatori neque bono cuiquam nimis iucundum esse posset: dubitandum fuit, quin, quo in genere iudicum praemia rata essent, in eodem iudicia imperatorum valerent?" pro Balbo 24, 54. — „Est enim Atticus (Lysias), quoniam certe Athenis est et natus et mortuus et functus omni civium munere: quamquam Timaeus eum quasi *Licinia* et *Mucia* lege repetit Syracusas." Brut. 16, 63.

De hac lege vid. in primis Balduini Iurispr. Muc. p. 100. ubi de toto hoc legis genere, quod est de civitate, egit. Ern.

Liciniae et Sextiae.

„Creati tribuni *C. Licinius* et *L. Sextius* (a. u. c. 377.) promulgavere leges (anno demum 386. per ingentia certamina, dissuadente in primis Ap. Claudio Crasso, perlatas: Liv. VI. 42.) omnes adversus opes patriciorum et pro commodis plebis, unam *de aere alieno*, ut deducto eo de capite, quod usuris pernumeratum esset, id quod superesset triennio aequis pensionibus persolveretur; alteram *de modo agrorum*, ne quis plus quingenta iugera agri possideret; tertiam, ne tribunorum militum comitia fierent, consulumque utique alter ex plebe crearetur. cuncta ingentia, et quae sine certamine maximo obtineri non possent." Liv. VI. 35.

Licinia *de modo agrorum.*

„Quid legem *Liciniam* excitavit de quingentis iugeribus nisi ingens cupido agros continuandi?" Liv. XXXIV. 4. — „Quid salubrius visum est rogatione illa *Stolonis* iugerum de numero praefinito?" A. Gell. XX. 1, 23.

C. Gracchus „vetabat quemquam civem plus quingentis iugeribus habere, quod aliquando lege *Licinia* cautum erat." Vellei. II. 6, 3. — *Μόλις ποτὲ, τῶν δημάρχων εἰσηγουμένων, ἔκριναν, Μηδένα ἔχειν τῆσδε τῆς γῆς (τῆς δορικτήτου) πλέθρα πενταχοσίων πλείονα, μηδὲ προβατεύειν ἑκατὸν πλείω τὰ μείζονα καὶ πενταχοσίων τὰ ἐλάσσονα.* Appian. Bell. Civ. I. 8. Conf. supra Liv. VI. 35. Plutarch. in v. Camilli c. 39. in v. Ti. Gracchi c. 8. Varro R. R. I. 2, 9.

„*C. Licinius Stolo* a M. Popillio Laenate (a. u. 396.) sua lege decem milibus aeris est damnatus, quod mille iugerum agri cum filio possideret emancipandoque filium fraudem legi fecisset." Liv. VII. 16. — „*C. Licinius Stolo*, cuius beneficio plebi petendi consulatum potestas facta est, cum lege sanxisset, ne quis amplius quam quingenta agri iugera possideret, ipse mille comparavit, dissimulandique criminis gratia dimidiam partem filio emancipavit. Quam ob causam a M. Popillio Laenate accusatus primus sua lege cecidit." Valer. Max. VIII. 6, 3. Conf. Plin. H. N. XVIII. 3.

Licinia et Sextia *de decemviris ex parte de plebe creandis.*

„Refecti decimum iidem tribuni, *Sextius* et *Licinius*, (a. u. c. 386.) de decemviris (pro duumviris) sacrorum ex parte de plebe creandis legem (promulgatam iam a. u. c. 383. Liv. VI. 37.) pertulere. creati quinque patrum, quinque plebis; graduque eo iam via facta ad consulatum videbatur." Liv. VI. 42.

Licinia et Sextia *de altero consule ex plebe creando.*

„Aliquot deinde annis post bellum Senonicum Thebani Lacedaemonios duce Epaminonda apud Leuctra superaverunt: ac brevi post tempore in urbe Roma lege *Licinii Stolonis* consules creari etiam ex plebe coepti, cum antea ius non esset nisi ex patriciis gentibus fieri consules." A. Gellius XVII. 21, 26. 27. — „Lex erat *Licinii Stolonis*, ut unus (consul) fieret de patriciis, alius de plebeis." Schol. Bob. in orat. pro Scauro p. 375. — Conf. supra Liv. VI. 35. Plutarch. in v. Camilli c. 42.

„Plebes consulatum (a. u. 387.) *L. Sextio*, cuius lege partus erat, dedit." Liv. VII. 1. — „Extremo anno (u. c. 400.) comitia consularia certamen patrum ac plebis diremit, tribunis negantibus passuros comitia haberi, ni secundum *Liciniam* legem haberentur, dictatore obstinato tollere potius totum e re publica consulatum quam promiscuum patribus ac plebi facere. prolatandis igitur comitiis cum dictator magistratu abisset, res ad interregnum rediit. infestam inde patribus plebem interreges cum accepissent, ad undecimum interregem seditionibus certatum

est. legis *Liciniae* patrocinium tribuni iactabant. propior dolor plebi fenoris ingravescentis erat, curaeque privatae in certaminibus publicis erumpebant. quorum taedio patres L. Cornelium Scipionem interregem concordiae causa observare legem *Liciniam* comitiis consularibus iussere. P. Valerio Publicolae datus e plebe collega C. Marcius Rutilus." Liv. VII. 21. — „Dictatorem quoque hic annus (u. c. 402.) habuit M. Fabium, nullo terrore belli, sed ne *Licinia* lex comitiis consularibus observaretur. magister equitum dictatori additus Q. Servilius. nec tamen dictatura potentiorem eum consensum patrum consularibus comitiis fecit quam censoriis fuerat. M. Popillius Laenas a plebe consul, a patribus L. Cornelius Scipio datus." Liv. VII. 22. — „Priusquam inirent novi consules (a. u. 404.) magistratum, triumphus a Popillio de Gallis actus magno favore plebis; mussantesque inter se rogitabant num quem plebeii consulis paeniteret. simul dictatorem (L. Furium Camillum) increpabant, qui legis *Liciniae* spretae mercedem consulatum, privata cupiditate quam publica iniuria foediorem, cepisset, ut se ipse consulem dictator crearet." Liv. VII. 25. — „Certatum suadenda dissuadendaque lege (Ogulnia) inter Ap. Claudium maxime ferunt et inter P. Decium Murem. qui cum eadem ferme de iure patrum ac plebis, quae pro lege *Licinia* quondam contraque eam dicta erant, cum plebeiis consulatus rogabatur, disseruissent" cet. Liv. X. 7.

Licinia *de creandis triumviris epulonibus.*

„Romae eo primum anno (u. c. 557.) triumviri epulones facti *C. Licinius Lucullus* tribunus plebis, qui legem de creandis his tulerat, et P. Manlius et P. Porcius Laeca. iis triumviris, item ut pontificibus, lege datum est togae praetextae habendae ius." Liv. XXXIII. 42.

„Pontifices veteres propter sacrificiorum multitudinem tres viros epulones esse voluerunt, cum essent ipsi a Numa, ut etiam illud ludorum epulare sacrificium facerent, instituti." de Orat. III. 19, 73.

Hanc legem Pighius (Ann. Rom. T. II. p. 260.) *Romuleiam*, Bachius aliique *Manliam* vocant, decepti scilicet pravis lectionibus, quae ante Drakenborchium Livii editiones occupabant.

Liviae.

„*M. Livius Drusus*, tribunus plebis (a. u. c. 662.), ut maioribus viribus senatus caussam susceptam tueretur, socios et Italicos populos spe civitatis Romanae sollicitavit: iisque adiuvantibus per vim legibus *agrariis frumentariis*que latis *iudiciariam* quoque pertulit, *ut aequa parte iudicia penes senatum et equestrem ordinem essent.*" Liv. Epit. lib. LXXI. — *Λίβιος Δροῦσος δημαρχῶν, ἀνὴρ ἐπιφανέστατος ἐκ γένους, δεηθεῖσι τοῖς Ἰταλιώταις νόμον αὖθις εἰσενεγκεῖν περὶ τῆς πολιτείας ὑπέσχετο. τούτου γὰρ δὴ μάλιστα ἐπεθύμουν, ὡς ἐνὶ τῷδε αὐτίκα ἡγεμόνες ἀντὶ ὑπηκόων ἐσόμενοι. ὁ δὲ, τὸν δῆμον ἐς τοῦτο προθεραπεύων, ὑπήγετο ἀποικίαις πολλαῖς ἔς τε τὴν Ἰταλίαν καὶ Σικελίαν,*

ἐψηφισμέναις μὲν ἐκ πολλοῦ, γεγονυίαις δὲ οὔπω. τήν τε βουλὴν καὶ τοὺς ἱππέας, οἳ μάλιστα δὴ τότε ἀλλήλοις διὰ τὰ δικαστήρια διεφέροντο, ἐπὶ κοινῷ νόμῳ συναγαγεῖν ἐπειρᾶτο· σαφῶς μὲν οὐ δυνάμενος ἐς τὴν βουλὴν ἐπανενεγκεῖν τὰ δικαστήρια, τεχνάζων δ' ἐς ἑκατέρους ὧδε· τῶν βουλευτῶν διὰ τὰς στάσεις τότε ὄντων μόλις ἀμφὶ τοὺς τριακοσίους, ἑτέρους τοσούσδε αὐτοῖς ἀπὸ τῶν ἱππέων εἰσηγεῖτο ἀριστίνδην προσκαταλεγῆναι, καὶ ἐκ τῶνδε πάντων ἐς τὸ μέλλον εἶναι τὰ δικαστήρια. εὐθύνας τε ἐπ' αὐτῶν γίγνεσθαι δωροδοκίας προσέγραφεν, ἐγκλήματος ἴσα δὴ καὶ ἀγνοουμένου διὰ τὸ ἔθος τῆς δωροδοκίας ἀνέδην ἐπιπολαζούσης. Appian. Bell. Civ. I. 35. — „*M. Livius Drusus* tribunus plebis Latinis civitatem, plebi agros, equitibus curiam, senatui iudicia permisit. — Philippo consuli legibus *agrariis* resistenti ita collum in comitio obtorsit, ut multus sanguis efflueret e naribus. — Idem ex gratia nimia in invidiam venit. nam plebes acceptis agris gaudebat, expulsi dolebant; equites in senatum lecti laetabantur, sed praeteriti querebantur; senatus permissis iudiciis exsultabat, sed societatem cum equitibus aegre ferebat." Aurelius Victor de viris illustr. cap. 66. — „Ergo est lex iustorum iniustorumque distinctio, ad illam antiquissimam et rerum omnium principem expressa naturam; ad quam leges hominum diriguntur, quae supplicio improbos afficiunt, defendunt ac tuentur bonos. *Q.* Praeclare intelligo: nec vero iam aliam esse ullam legem puto non modo habendam, sed ne appellandam quidem. *M.* Igitur tu Titias et Appuleias leges nullas putas? *Q.* Ego vero ne *Livias* quidem. *M.* Et recte, quae praesertim uno versiculo senatus puncto temporis sublatae sint: lex autem illa, cuius vim explicavi, neque tolli neque abrogari potest." de Legg. II. 6, 14. — „Quid religiosius quam cum populo, cum plebe, agendi ius aut dare aut non dare? quid? legem, si non iure rogata est, tollere? ut Titiam decreto collegii; ut *Livias* consilio Philippi consulis et auguris." de Legg. II. 12, 31. — „Decrevit senatus, *M. Drusi* legibus, quae contra legem Caeciliam et Didiam latae essent, populum non teneri." pro domo 16, 41. — „Quid si etiam pluribus de rebus uno sortitu rettulisti? tamenne arbitraris, id, quod *M. Drusus* in legibus suis plerisque, bonus ille vir, M. Scaurus, et L. Crassus consularis non obtinuerint, id te posse, omnium facinorum et stuprorum omnium Decumis et Clodiis auctoribus obtinere?" pro domo 19, 50. — „Alterum (quattuor generum, in quibus per senatum more maiorum statuitur aliquid de legibus), quae lex lata esse dicatur, ea non videri populum teneri; ut L. Marcio Sex. Iulio coss. de legibus *Liviis*." pro Cornel. Fragm. 11. p. 449. „Puto vos reminisci has esse leges *Livias*, quas illis consulibus *M. Livius Drusus* tribunus plebis tulerit. Qui cum senatus partes tuendas suscepisset et leges pro optimatibus tulisset, postea eo licentiae est progressus, ut nullum in his morem servaret. Itaque Philippus consul, qui ei inimicus erat, obtinuit a senatu, ut leges eius omnes uno senatus consulto tollerentur. Decretum est enim, contra auspicia esse latas neque iis teneri populum." Ascon. in Cornel. p. 68. Conf. Florus III. 17. Plutarch. v. C. Gracchi c. 9 seqq.

Livia *iudiciaria.*

„*M. Livius Drusus*, vir nobilissimus, eloquentissimus, sanctissimus, - - - cum senatui priscum restituere cuperet decus et iudicia ab equitibus ad eum transferre ordinem (quippe eam potestatem nacti equites Gracchanis legibus, cum in multos clarissimos atque innocentissimos viros saevissent, tum P. Rutilium virum non saeculi sui sed omnis aevi optimum, interrogatum lege repetundarum, maximo cum gemitu civitatis damnaverant), in iis ipsis, quae pro senatu moliebatur, senatum habuit adversarium." Vellei. Paterc. II. 13, 2. — „Senatus cum impotentiam equestris ordinis in iudiciis exercendis ferre nollet, omni vi niti coepit, ut ad se iudicia transferrentur, sustinente causam eius *M. Livio Druso* tribuno plebis, qui ut vires sibi acquireret, perniciosa spe largitionum plebem concitavit." Liv. Epit. LXX. — „*M. Druso* unam in equestrem ordinem quaestionem ferenti *si quis ob rem iudicatam pecuniam cepisset*, aperte equites Romani restiterunt." pro Rabir. Postumo 7, 16. — „O viros fortes, equites Romanos! qui homini clarissimo et potentissimo *M. Druso* tribuno plebis restiterunt, cum ille nihil aliud ageret cum illa cuncta, quae tum erat nobilitas, nisi uti, qui rem iudicassent, huiuscemodi quaestionibus (de corruptis iudiciis) in iudicium vocarentur. Tunc C. Flavius Pusio, Cn. Titinnius, C. Maecenas, illa robora populi Romani, ceterique eiusdem ordinis — apertissime repugnarunt." pro Cluentio 56, 153.

Apparet ex locis allatis duo capita *iudiciariae* legis fuisse: alterum, ut aequa parte iudicia penes senatum et equestrem ordinem essent, quod efficere voluit auctor trecentis equitibus ἀριστίνδην (i. e. *optimo quoque*, non, ut perperam hanc vocem interpretatur Pighius Annal. Rom. T. III. p. 218., *viritim*) in senatum sublegendis; alterum, ut in iudices quaestio de pecunia ob rem iudicatam capta institueretur. Huius alterius capitis praeter Ciceronem meminit Appianus loco supra indicato.

Lusconis *de ambitu.* Vid. Aufidia.

Lutatia *de vi.* Vid. Plotia *de vi.*

Maenia.

„Is (M'. Curius Dentatus) tribunus plebis, interrege Appio Caeco diserto homine comitia contra leges habente, cum de plebe consulem non accipiebat, patres ante auctores fieri coegit: quod fuit permagnum nondum lege *Maenia* lata." Brut. 14, 55.

„Patres apud maiores nostros tenere non potuerunt, ut reprehensores essent comitiorum." pro Plancio 3, 8. — „Libera ab auctoribus patriciis suffragia maiores vestri paraverunt." Licinius Macer in Sallust. fragm. lib. III. p. 972. ed. Cort.

Lata est a *Maenio* tribuno plebis a. u. c. 466. ut patres ante inita a populo suffragia fierent auctores eius rei, quam populus iussurus

esset, neque adeo reprehendere comitia, h. e. irrita facere, possent. Ad hanc legem respicit

Livius I. 17.: *Decreverunt ut, cum populus regem iussisset, id sic ratum esset, si patres auctores fierent. hodieque in legibus magistratibusque rogandis usurpatur idem ius, vi adempta: priusquam populus suffragium ineat, in incertum comitiorum eventum patres auctores fiunt.*

Ceterum lex *Maenia* confirmavit tantum et repetiit legem *Publiliam* in eandem sententiam iam a. u. 414. a Q. Publilio Philone dictatore latam: Liv. VIII. 12. Vid. Gronov. Obs. I. 25. qui locum illum Ciceronis egregie illustrat. Ern. Conf. Publiliae.

De Maiestate: *Appuleia*, *Varia*, *Cornelia*, *Iulia*.

Mamilia *de limitibus*.

„Ex hac autem non rerum sed verborum discordia controversia nata est de finibus: in qua quoniam usucapionem XII. tabulae intra quinque pedes esse noluerunt, depasci veterem possessionem Academiae ab hoc acuto homine non sinemus, nec *Mamilia* lege singuli sed ex XII. tres arbitri fines regemus." de Legg. I. 21, 55.

Mamilia de regundis finibus agrorum, h. e. fundorum; qua constitutum est, ut in finibus agrorum quinque pedes in latitudinem relinquerentur, ut legg. XII. tabb. constitutum esset, et singuli arbitri regendis finibus darentur, cum e legg. XII. tabb. tres essent, si de finibus orta controversia esset. Ciceronis locum non vidit Cl. Heineccius H. I. C. R. p. 85. 86., ubi pluribus de hac lege (ex Goesio) disserere instituit, quod a paucis intelligatur. Nihil igitur de arbitris. Ceterum de hac lege vid. Goesius ad Script. agr. p. 339. et in not. p. 182. 191. ect. Primus fragmentum eius protulit Lipsius Elect. I. 15. Lata est a. u. 643. Ern. Conf. Pighius (Ann. Rom. T. II. p. 393.): qui eam *C. Mamilio* tribuno plebis a. u. 588. tribuit.

Mamilia *de Iugurthae fautoribus*.

„Inter ea Romae *C. Mamilius Limetanus* tribunus plebis (a. u. 643.) rogationem ad populum promulgat, *uti quaereretur in eos, quorum consilio Iugurtha senati decreta neglegisset, quique ab eo in legationibus aut imperiis pecunias accepissent, qui elephantos, quique perfugas tradidissent, item qui de pace aut bello cum hostibus pactiones fecissent.* Huic rogationi partim conscii sibi, alii ex partium invidia pericula metuentes, quoniam aperte resistere non poterant, quin illa et alia talia placere sibi faterentur, occulte per amicos ac maxime per homines nominis Latini et socios Italicos impedimenta parabant. Sed plebes incredibile memoratu est quam intenta fuerit quantaque vi rogationem iusserit, decreverit, voluerit: magis odio nobilitatis, cui mala illa parabantur, quam cura rei publicae. tanta lubido in partibus. Igitur ceteris metu perculsis M. Scaurus, quem legatum Bestiae supra docuimus, inter laetitiam plebis et suorum fugam, trepida etiam tum

civitate, cum ex *Mamilia* rogatione tres quaesitores rogarentur, effecerat, uti ipse in eo numero quaereretur. Sed quaestio exercita aspere violenterque ex rumore et lubidine plebis. ut saepe nobilitatem, sic ea tempestate plebem ex secundis rebus insolentia ceperat." Salust. Iug. c. 40.

„Ea tempestate plebes, nobilitate fusa per legem *Mamiliam*, novos extollebat." Salust. Iug. c. 65. — „Salustius auctor est in bello Iugurthino L. Opimium *Mamilia* lege damnatum, quod videretur in ea legatione, qua cum ceteris functus est apud Iugurtham, pecunia esse corruptus." Schol. Bob. p. 311. — „Rogatione *Mamilia*, Iugurthinae coniurationis invidia, cum pro sese ipse dixisset, (C. Galba) oppressus est." Brut. 33, 127. — „Invidiosa lege *Mamilia* quaestione C. Galbam sacerdotem et quattuor consulares, L. Bestiam, C. Catonem, Sp. Albinum civemque praestantissimum L. Opimium, Gracchi interfectorem, a populo absolutum, cum is contra populi studium stetisset, Gracchani iudices sustulerunt." Brut. 34, 128.

In editt. volg. (Ciceronis) est *Manilia*, quae nomina confunduntur saepissime in libris. Apud Salustium optimi codices et plerique habent *Mamilius*, sed nonnulli tamen *Manillius* et *Mallius*. Item apud Gellium VI. 11. *Mamilius* defendit etiam Pighius Annal. T. III. p. 123. Vid. plura apud Cortium ad Salust. l. c. De nominum illorum confusione vid. et Gruter. ad Cic. de Or. I. 58. Interpp. ad Liv. XXVII. 35. et mox in *Manilianis* Legibus. Ern.

Maniliae.

„*Nam cum is* (C. Manilius) *tribunus plebis* (a. u. 686.) *duas leges tulisset in eo magistratu, unam perniciosam, alteram egregiam.*] Dictum est etiam supra de his legibus: quarum una *de libertinorum suffragiis*, altera *de bello Mithridatico Cn. Pompeio extra ordinem mandando.*" Asconius in Cornel. p. 65 seq.

Manilia *de libertinorum suffragiis.*

Τῷ ἔθνει τῷ τῶν ἀπελευθέρων παρασκευάσας τινὰς ἐκ τοῦ ὁμίλου ψηφίσασθαι μετὰ τῶν ἐξελευθερωσάντων σφᾶς ἔδωκε. ἐπεὶ δὲ Λούκιος Τούλλιος καὶ Αἰμίλιος Λέπιδος ὑπατεύειν ἤρξαντο, τὸν νόμον αὐτοῦ ἀπεψηφίσαντο. Dio Cass. XXXVI. 25. — „Legem *de libertinorum suffragiis* Cornelius *C. Manilio* dedit," i. e. illius legis Manilio auctor fuit. Cornel. fragm. 3. p. 448. — „P. Sulpicium hanc eandem legem in tribunatu significavimus tulisse." Ascon. in Cornel. p. 64. — „*Manilius*, sicut iam ostendimus, post pauculos statim dies, quam inierat tribunatum, legem eandem Compitalibus pertulit." Ascon. p. 65.

De argumento huius legis conferantur leges *Sulpicia* et *Manlia:* per quas ab aliis seditiosis tribunis plebis eadem res tentata est.

Manilia *de bello Mithridatico per Cn. Pompeium administrando.*

„Cum esset in fine bellum Piraticum et L. Lucullus idem bellum adhuc administraret, *Manilius* tribunus plebis semper venalis et alienae

minister potentiae legem tulit, *ut bellum Mithridaticum per Cn. Pompeium administraretur.*" Vellei. II. 33, 1. — „*C. Manilius* tribunus plebis magna indignatione nobilitatis legem tulit, *ut Pompeio Mithridaticum bellum mandaretur.*" Liv. Epit. C. — *Γράφει νόμον εἷς τῶν δημάρχων, Μανίλιος, ὅσης Λεύκουλλος ἄρχει χώρας καὶ δυνάμεως Πομπήϊον παραλαβόντα πᾶσαν, προςλαβόντα δὲ καὶ Βιθυνίαν, πολεμεῖν Μιθριδάτῃ καὶ Τιγράνῃ τοῖς βασιλεῦσιν, ἔχοντα καὶ τὴν ναυτικὴν δύναμιν καὶ τὸ κράτος τῆς θαλάσσης ἐφ' οἷς ἔλαβεν ἐξ ἀρχῆς.* Plutarch. Pompei. 30. — *Τὸν τοῦ Τιγράνου καὶ τὸν τοῦ Μιθριδάτου πόλεμον, τήν τε Βιθυνίαν καὶ τὴν Κιλικίαν ἅμα ἀρχὴν αὐτῷ προσέταξεν.* Dio Cass. XXXVI. 25. Conf. Appian. Bell. Mithrid. c. 97.

Hanc legem suasit Cicero ea oratione, quae vulgo *pro lege Manilia* inscribitur, eamque in primis illustrant, quae R. Klotzius in argumento orationis *de imperio Cn. Pompei* (sic enim illi vocatur) et in enarrationis principio exposuit.

Manilia *de suffragiorum confusione.*

„Confusionem suffragiorum flagitasti, prorogationem legis *Maniliae*, aequationem gratiae, dignitatis, suffragiorum." pro Murena 23, 47.

Haec est eadem, quae in Corneliana dicitur *de libertinorum suffragiis.* Ea enim lege, cuius ei auctorem Cornelium fuisse dicebat accusator, sancitum est, ut libertinis in omnibus tribubus suffragium esset, ut Asconius in Milonianam prodidit. Ante enim libertini omnes in tribubus quattuor urbanis suffragia ferebant, in quas cum reliqua faece coniecti erant a censore Fabio, qui hoc salubri instituto Maximi cognomen meruit. Ern. Locus est hactenus perobscurus. Quod ait Camerarius de novis hominibus promovendis: id aptare huic loco studuit Paganinus Gaudentius Iurid. Exposit. I. 25. Forte idem sensit Lambinus, qui *Mamilia* legendum putabat: id enim ei legi nomen est apud Salust. Iug. 65, 5. licet *Maniliam* ibi cum aliis legerit Gaudentius. Sed nullam ea de re sanctionem umquam fuisse, recte iampridem Ant. Augustinus existimarat. Error ex male intellecto Salustio profluxit, quem non alia de lege loqui eo loco, quam de qua iam dixerat 40, 1. 4. luce clarius est, et monuerunt Rivius et Cortius. Probabilius huc advocat in Legum Indice summus Ernestius legem illam *C. Manilii* tribuni plebis, *ut libertinis in omnibus tribubus esset suffragium:* eique adsentitur Cl. Bachius Hist. Iur. II. 2. sect. 1. §. 80. Verum, si conferas quae habemus de hac lege testimonia Ciceronis pro C. Cornelio, Asconii ad Cic. ibid. et ad c. 8. pro Milone, Dionis denique lib. XXXVI.: non eam facies iniuriam Servio, ut legem rei publicae perniciosissimam, et nonnisi per vim aut per populi partes praevalentes olim, senatu adverso et contra obnitente, latam referri voluerit. Quod eam P. Sulpicius, qui Sullae poenas temeritatis dedit, gentilis Servii, antea tulerit, nihili est. Non puto tam impudentem fuisse Servium, ut in senatu haec postularet, neque tam perdite popularem, ut libertinorum gratiam, commoda, dignitatem augere studeret. Severum hominem atque prudentem omnia, quae de illo

novimus, fuisse demonstrant. Denique rogo, an perniciosa illa lege Manilia saltem ambitus minueretur, quem tollere Sulpicius enitebatur? Itaque praestat adhuc omnibus, quantum intelligo, coniectura Manutii, quam Graevius et, qui unam illam in suas edd. intulerunt, Verburgius et Olivetus adprobarunt. [Petierat Servius, non ut latis suffragiis centuriae numerarentur, quod fieri solebat, sed ut omnia centuriarum omnium suffragia confunderentur, iisque numeratis quis consul factus esset, quis reiectus, intelligeretur: ita fiebat, ut ambitus tolleretur, cum nullius centuriae beneficium appareret. Manut.] Verum, quid sibi hoc loco velit *prorogatio legis*, me fateor nondum intelligere. Ernestius explicat, *continuationem in tempus longius*, quasi lex Manilia iam obtineret: Manutius, *legis abrogatae restitutionem*, quod sane insolens mihi videtur et novum: alii *legis promulgandae dilationem*, quod nequeo cum sententia loci componere. Neque facile ista depelletur obscuritas, donec ipsam rem ignorabimus. Garat.

Manilianae *venalium vendendorum.*

„Nec quisquam est eorum, qui, si iam sit ediscendum sibi aliquid, non Teucrum Pacuvii malit, quam *Manilianas venalium vendendorum* leges ediscere." de Orat. I. 58, 246.

Erant formulae, quibus uti possent in rebus vendendis emendisque, qui se decipi nollent: unde *actiones* vocantur a Varrone R. R. II. 5, 11: unde et verbosiores fuisse discimus. Exemplum talis legis est apud eundem II. 3, 5. Auctorem habebant *M'. Manilium*, ICtum eum, qui a. u. 604. consul cum L. Marcio Censorino fuit. De scriptura, utrum *Manil.* an *Mamil.*, vid. Victor. ad Varr. l. c., variant enim libri. Ern.

Manlia *de vicesima manumissorum.*

„Ab altero consule (*Cn. Manlio Capitolino Imperioso* a. u. 396.) nihil memorabile gestum, nisi quod legem novo exemplo ad Sutrium in castris tributim *de vicesima eorum qui manumitterentur* tulit. patres, quia ea lege baud parvum vectigal inopi aerario additum esset, auctores fuerunt. ceterum tribuni plebis, non tam lege quam exemplo moti, ne quis postea populum sevocaret capite sanxerunt, nihil enim non per milites iuratos in consulis verba, quamvis perniciosum populo, si id liceret, ferri posse." Liv. VII. 16.

Ex hac lege vicesima pars pretii, quo manumissi vendi potuissent, si servi venissent, vel etiam quo empti essent, aerario pendenda erat ab ipsis manumissis et auro solvenda: unde *aurum vicesimarium* Liv. XXVII. 10. Ceterum de hac lege vid. P. Burmannus de Vectigal. Pop. Rom. c. X.

Manlia *de libertinorum suffragiis.*

„Constantiam L. Domitii, quam in praetura (a. u. 695.) praestitit, significat. Nam eo tempore cum *Cn. Manlius* tribunus plebis, subnixus libertinorum et servorum manu, perditissimam legem ferret, *ut*

libertinis in omnibus tribubus suffragium esset, idque per tumultum ageret, et clivum Capitolinum obsideret, discussaerat perruperatque coetum Domitius ita, ut multi Manlianorum interficerentur." Ascon. in Milon. p. 46.

Conferantur Sulpicia et Manilia eiusdem argumenti.

Manlia *de creandis triumviris epulonibus*. Vid. Licinia *de cr. tr. epulonibus* (p. 213.).

Marcia *de Liguribus*.

„Consules (C. Popillius et P. Aelius a. u. 581.) ad id tempus in provinciam (Ligures) non exierant, quia neque uti de M. Popillio (alterius consulis fratre, qui consul a. 580. Liguribus deditis arma omnibus ademerat, oppidum diruerat, ipsos bonaque eorum vendiderat) referrent senatui obsequebantur et nihil aliud decernere prius statutum patribus erat. aucta etiam invidia est Popillii litteris eius, quibus iterum cum Statellis Liguribus proconsul pugnasse se scripsit ac sedecim milia eorum occidisse; propter cuius iniuriam belli ceteri quoque Ligurum populi ad arma ierunt. tum vero non absens modo Popillius, qui deditis contra ius ac fas bellum intulisset et pacatos ad rebellium incitasset, sed consules, quod non exirent in provinciam, in senatu increpiti. hoc consensu patrum accensi *M. Marcius Sermo* et *Q. Marcius Scylla* tribuni plebis et consulibus multam se dicturos, nisi in provinciam exirent, denuntiarunt, et rogationem quam de Liguribus deditis promulgare in animo haberent, in senatu recitarunt. sanciebatur ut qui ex Statellis deditis in libertatem restitutus ante kalendas Sextiles primas non esset, cuius dolo malo is in servitutem venisset, ut iuratus senatus decerneret qui eam reum quaereret animadverteretque. ex auctoritate deinde senatus eam rogationem promulgarunt. — Rogationem *Marciam* de Liguribus magno consensu plebes scivit iussitque. — M. Popillius rogatione *Marcia* bis apud C. Licinium (praetorem, quem ea rogatione quaerere patres iusserant) causam dixit: tertio praetor, gratia consulis absentis et Popilliae familiae precibus victus, idibus Martiis adesse reum iussit, quo die novi magistratus inituri erant honorem, ne diceret ius qui privatus futurus esset. ita rogatio de Liguribus arte fallaci elusa est." Liv. XLII. 22.

Marcia *agraria*.

„In primis autem videndum erit ei, qui rem publicam administrabit, ut suum quisque teneat neque de bonis privatorum publice deminutio fiat. Perniciose enim *Philippus* in tribunatu, cum legem *agrariam* ferret, quam tamen antiquari facile passus est et in eo vehementer se moderatum praebuit: sed cum in agendo multa populariter, tum illud male, non esse in civitate duo milia hominum, qui rem haberent. Capitalis oratio et ad aequationem bonorum pertinens: qua peste quae potest esse maior?" de Offic. II. 21, 73.

Est *L. Marcii Philippi*, tribuni plebis a. u. c. 649.

MARIA.

„Pontes etiam lex *Maria* fecit angustos." de Legg. III. 17, 38.
Lata a *C. Mario* tribuno plebis eo, qui postea saepe consul fuit, a. u. 634. ambitum coërcet et libertatem suffragii ferendi auget. Iussit enim, ut pontes angustiores fierent, quibus suffragium ferentes transibant; ne quis scilicet inspicere tabellam posset, ne rogare de suffragio aut appellare ferentem. Ea lex, quia potentiae procerum opposita erat, a Cotta et Metello coss. oppugnata senatus consulto est, sed frustra. Vid. Plutarch. in Mario [c. 4.] p. 407. ed Wechel. ERN.

MEMMIA *de Iugurtha Romam ducendo.*

„Haec atque alia huiuscemodi saepe dicundo *Memmius* (tribunus plebis a. u. 642.) populo persuadet, uti L. Cassius, qui tum praetor erat, ad Iugurtham mitteretur, interposita fide publica Romam duceret, quo facilius indicio regis Scauri et reliquorum, quos pecuniae captae arcessebant, delicta patefierent. — — At Cassius perlata rogatione a *C. Memmio* ac perculsa omni nobilitate ad Iugurtham proficiscitur" cet. Salust. Iug. 32.

MEMMIA *de calumniatoribus.* Vid. REMMIA.

MESSIAE

C. Messii tribuni plebis a. u. c. 696.

MESSIA *de revocando Cicerone.*

„Multa de me *C. Messius* et amicitiae et rei publicae causa dixit: legem separatim initio de salute mea promulgavit." post red. in sen. 8, 21.

MESSIA *de Cn. Pompeii imperio.*

„Legem consules conscripserunt, qua Pompeio per quinquennium omnis potestas rei frumentariae toto orbe terrarum daretur: alteram *Messius*, qui omnis pecuniae dat potestatem et adiungit classem et exercitum et maius imperium in provinciis quam sit eorum, qui ea obtineant. Illa nostra lex consularis nunc modesta videtur, haec Messii non ferenda. Pompeius illam velle se dicit, familiares hanc." ad Att. IV. 1, 7.

METILIA.

„*M. Metilius* tribunus plebis (a. u. c. 536.) id ferendum esse negat: non praesentem solum dictatorem (Q. Fabium) obstitisse rei bene gerendae, sed absentem etiam gestae obstare; et in ducendo bello sedulo tempus terere, quo diutius in magistratu sit solusque et Romae et in exercitu imperium habeat. — — — M. Minucium magistrum equitum, ne hostem videret, ne quid rei bellicae gereret, prope in custodiam habitum. — — — Quas ob res, si antiquus animus plebi Romanae esset, audaciter se laturum fuisse de abrogando Q. Fabii imperio:

nunc modicam rogationem promulgaturum *de aequando magistri equitum et dictatoris iure.* — — — Luce orta cum plebis concilium esset, magis tacita invidia dictatoris favorque magistri equitum animos versabat, quam satis audebant homines ad suadendum quod volgo placebat prodire; et favore superante auctoritas tamen rogationi deerat. unus inventus est suasor legis C. Terentius Varro, qui priore anno praetor fuerat, loco non humili solum sed etiam sordido ortus. — — — Scitique plebis unus gratiam tulit. Omnes eam rogationem, quique Romae quique in exercitu erant, aequi atque iniqui, praeter ipsum dictatorem, in contumeliam eius latam acceperunt. ipse qua gravitate animi criminantes se ad multitudinem inimicos tulerat, eadem et populi in se saevientis iniuriam tulit; acceptisque in ipso itinere litteris senatus de aequato imperio, satis fidens haudquaquam cum imperii iure artem imperandi aequatam, cum invicto a civibus hostibusque animo ad exercitum rediit." Liv. XXII. 25 seq. Cf. Plutarchus in vita Fabii c. 9.

Militares.

„Si iustas inimicitias putabas, cur, cum tribunus militum Flaccus esset, in illius legione miles fuisti, cum tibi per leges *militares* effugere liceret iniquitatem tribuni?" pro Flacco 32, 77.

Apud Lipsium de re milit. XV. 15. de legibus militaribus agitur, sed de legibus furti tantum, nihil de ceteris aut de ea, ad quam respexit Cicero. Ea autem haec fuit, ut, si quis forte in eius tribuni legionem miles allectus esset, quem sibi putaret inimicum, eamque rem plane facere posset, ut is, inquam, ex ea legione in aliam transire posset, ne iniquitati obnoxius esset. Ern.

Conf. Atilia Marcia, Decia, Sacratae.

Minucia *de triumviris mensariis.*

„Romae (a. u. 537.) propter penuriam argenti triumviri mensarii, rogatione *M. Minucii* tribuni plebis, facti L. Aemilius Papus et M. Atilius Regulus et L. Scribonius Libo." Liv. XXIII. 21.

Mucia *de L. Tubulo.*

„An tu me de L. Tubulo putas dicere? qui cum praetor quaestionem inter sicarios exercuisset, ita aperte cepit pecunias ob rem indicandam, ut anno proximo (u. c. 612.) *P. Scaevola* tribunus plebis ferret ad plebem, vellentne de ea re quaeri. Quo plebi scito decreta a senatu est consuli quaestio Cn. Caepioni. Profectus in exsilium Tubulus statim, nec respondere ausus: erat enim res aperta." de Finn. II. 16, 54.

Conf. Onomasticon s. v. P. Mucius Scaevola et L. Hostilius Tubulus.

Mucia et Licinia. Vid. Licinia et Mucia.

De multa: *Aternia* et *Tarpeia*, *Iulia* et *Papiria.*

Nummariae: *Minucia*, *Cornelia.*

OCTAVIA *frumentaria.*

„C. Gracchi frumentaria magna largitio; exhauriebat igitur aerarium: modica *M. Octavii* et rei publicae tolerabilis et plebi necessaria; ergo et civibus et rei publicae salutaris." de Offic. II. 21, 72. — *M. Octavius Cn. f.* tantum auctoritate dicendoque valuit, ut legem Semproniam frumentariam populi frequentis suffragiis abrogaverit." Brut. 62, 222.

Ex priore loco apparet Semproniam legem *Octavia* non totam abrogatam, sed quodam modo moderatam esse, maiore pretio, ut Pighius opinatur, in singulos modios constituto. Pighius eam anno u. c. 633. adscripsit, quod Ciceronis posteriori loco repugnat, ubi auctor legis oratoribus serioris aetatis, ut L. Lucullo consuli a. u. 679., M. Lucullo consuli a. u. 680., Cn. Octavio consuli a. u. 677., adnumeratur. Rectius igitur eam *M. Octavio*, Cn. Octavii consulis a. u. 666. filio, tribueris.

OGULNIA.

„M. Valerio et Q. Appuleio consulibus (a. u. 453.) satis pacatae foris res fuere. — — — Tamen ne undique tranquillae res essent, certamen iniectum inter primores civitatis, patricios plebeiosque, ab tribunis plebis *Q.* et *Cn. Ogulniis*, qui undique criminandorum patrum apud plebem occasionibus quaesitis, postquam alia frustra tentata erant, eam actionem susceperunt qua non infimam plebem accenderent, sed ipsa capita plebis, consulares triumphalesque plebeios, quorum honoribus nihil praeter sacerdotia, quae nondum promiscua erant, deesset. rogationem ergo promulgarunt *ut*, cum quattuor augures, quattuor pontifices ea tempestate essent, placeretque augeri sacerdotum numerum, *quattuor pontifices, quinque augures, de plebe omnes, allegerentur.*" Liv. X. 6. — „Certatum suadenda dissuadendaque lege inter Ap. Claudium maxime ferunt et inter P. Decium Murem." Liv. X. 7. — „Vocare tribus extemplo populus iubebat, apparebatque accipi legem: ille tamen dies est intercessione sublatus. Postero die deterritis tribunis ingenti consensu accepta est." Liv. X. 8.

OPPIA.

„M. Fundanius et L. Valerius tribuni plebis (a. u. c. 558.) ad plebem tulerunt de *Oppia* lege abroganda. Tulerat eam *C. Oppius* tribunus plebis Q. Fabio Ti. Sempronio consulibus (a. u. c. 538.) in medio ardore Punici belli, *ne qua mulier plus semuncia auri haberet, neu vestimento versicolori uteretur; neu iuncto vehiculo in urbe oppidove aut propius inde mille passus nisi sacrorum publicorum caussa veheretur.*" Liv. XXXIV. 1. — „Anno vigesimo post abrogata est quam lata." Liv. XXXIV. 8.

„Urbi nostrae secundi belli Punici finis et Philippus rex Macedoniae devictus licentioris vitae fiduciam dedit. Quo tempore matronae Brutorum (*M. et T. Iunii Bruti tribuni plebis legem* Oppiam *tue-*

bantur, nec eam se abrogari passuros aiebant. Liv. XXXIV. 1.) domum ausae sunt obsidere, qui abrogationi legis *Oppiae* intercedere parati erant, quam feminae tolli cupiebant: quia his nec veste varii coloris uti, nec auri plus semuncia habere, nec iuncto vehiculo propius urbem mille passus nisi sacrificii gratia vehi permittebat. Et quidem obtinuerunt, ut ius per continuos viginti annos servatum aboleretur." Valer. Max. IX. 1, 3. Conf. Orosius IV. 20.

Oppias leges numero plurali nominat Tacitus Ann. III. 33 et 34.

ORCHIA *sumptuaria.* Vid. SUMPTUARIAE.

OTHONIS. Vid. ROSCIA.

PAPIA *de Vestalium lectione.*

„*Papiam* legem invenimus, qua cavetur, ut pontificis maximi arbitratu virgines e populo viginti legantur sortitioque in contione ex eo numero fiat, et, cuius virginis ducta erit, ut eam pontifex maximus capiat eaque Vestae fiat. Sed ea sortitio ex lege *Papia* non necessaria nunc videri solet. Nam si quis honesto loco natus adeat pontificem maximum atque offerat ad sacerdotium filiam suam, cuius dumtaxat salvis religionum observationibus ratio haberi possit, gratia *Papiae* legis per senatum fit." A. Gellius I. 12, 11—12.

Pighio Ann. Rom. T. II. p. 51. Ista videtur a. u. 504. *a Papio* tribuno plebis.

PAPIA *de peregrinis ex urbe eiiciendis.*

„Male etiam, qui peregrinos urbibus uti probibent eosque exterminant, ut Pennus apud patres nostros, *Papius* nuper. Nam esse pro cive, qui civis non sit, rectum est non licere: quam tulerunt legem sapientissimi consules Crassus et Scaevola: usu vero urbis prohibere peregrinos sane inhumanum est." de Offic. III. 11, 47. — „Quid? cum ceteri non modo post civitatem datam, sed etiam post legem *Papiam*, aliquo modo in eorum municipiorum tabulas irrepserint: hic, qui ne utitur quidem illis, in quibus est scriptus, quod semper se Heracleensem esse voluit, reiicietur?" pro Archia 5, 10. — „Reus factus est (Archias) lege *Papia*, quae lata fuerat ad eos coërcendos, qui temere et inlicite civitatem Romanam usurpassent." Schol. Bob. p. 354, 5. — Hanc causam lege *Papia de civitate Romana* apud Q. Ciceronem dixit Archias." Schol. Bob. p. 354, 16. — „Iudices eum prae se ferrent, palamque loquerentur, quid essent lege *Papia* de M. Cassio Mamertinis repetentibus iudicaturi: Mamertini publice suscepta causa destiterunt." pro Balbo 23, 52. — „Absoluto Gabinio stomachantes alii iudices hora post Antiochum Gabinium nescio quem e Sopolidis pictoribus, libertum et accensum Gabinii, lege *Papia* condemnarunt." ad Att. IV. 16, 12.

„Hic tamen excipit Pompeium, simillime atque in illa lege, *qua peregrini Roma eiiciuntur*, Glaucippus excipitur. Non enim hac ex-

ceptione unus afficitur beneficio, sed unus privatur iniuria." de lege agr. I. 4, 13.

Lata a *C. Papio* tribuno plebis a. u. 688. Cotta et Torquato Coss. Vid. Dio Cass. XXXVII. p. 33. [c. 9. *Κἀν τούτῳ πάντες οἱ ἐν τῇ Ῥώμῃ διατρίβοντες πλὴν τῶν τὴν νῦν Ἰταλίαν οἰκούντων ἐξέπεσον Γαΐου τινὸς Παππίου δημάρχου γνώμῃ· ἐπειδὴ ἐπεπόλαζον καὶ οὐκ ἐδόκουν ἐπιτήδειοι σφίσιν εἶναι συνοικεῖν.*] Sanxit, ut peregrini urbe pellerentur et socii Latini nominis in suas civitates redigerentur. Peregrini ea aetate qui dicti sint, docet Spanhem. in Orb. Rom. p. m. 363. Hi primo capite legis ex urbe exire iussi sunt, ne se pro civibus Romanis gererent, quod a multis fiebat, ut olim Gracchorum temporibus a Penno iam sancitum erat, teste Cicerone de Offic. III. 11., qui hanc crudelitatem valde improbat. Alterum caput fuit, ne socii Latini Romae essent, ne urbes sociorum Latinorum vastae fierent, quod iam ante a. u. 576. lex *Claudia* consularis rogatu ipsorum sociorum sanxerat, neve se pro civibus Romanis gererent; (v. Liv. XLI. 8. 9.) et paullo post L. Postumius Consul, ut servaretur, edixerat: ibid. XLII. 10. De huius legis tempore graviter errat Sigonius, qui cam latam esse paullo post Claudiam ait, de I. Prov. III. 1. eumque secutus Balduin. Iurispr. Muc. p. 101. aliique, cum plus centum annis inter utramque intersit. Itaque Cicero de Offic. III. 11. a Penno, qui post legem Claudiam vixit et legem suam a. u. 627. promulgavit, peregrinos exterminatos dicit *apud patres nostros*, *a Papio nuper*. Ern. Manutius ad orat. pro Archia c. 5. et ad Agrar. I. c. 4. *duas* leges *Papias* diversis temporibus latas putat, unam ante annum u. c. 623. quod ex Valerio Maximo perspicuum sit, alteram a. u. 688. Scilicet Valerius III. 4. M. Perpernae consulis a. u. 623. patrem mortuo filio lege *Papia* ex urbe eiectum narrat. Veri similius autem videtur, cum praeter Maximum nemo tam antiquae legis *Papiae* mentionem fecerit, vel ipsum vel librarios in nomine legis errasse. Itaque Pighius (Ann. Rom. T. III. p. 18. et ad Valerium) *Penni* legendum proposuit pro *Papia*.

Papiria *de Acerranorum civitate.*

„Romani facti Acerrani lege ab *L. Papirio* praetore (a. u. c. 421.) lata, qua civitas sine suffragio data." Liv. VIII. 17. Conf. Vellei. I. 14, 4.

Papiria *de consecratione aedium.*

„Video esse legem veterem tribuniciam, quae vetet iniussu plebis aedes, terram, aram consecrare. Neque tum hoc *Q. Papirius*, qui hanc legem rogavit, sensit, neque suspicatus est fore periculum, ne domicilia aut possessiones indemnatorum civium consecrarentur." pro domo 49, 127. — „Lex *Papiria* vetat aedes iniussu plebis consecrari." Ibid. 50, 128.

Lex est incertae aetatis. Eam tamen vel anno u. c. 449. vel paullo ante latam esse, cum ex Ciceronis verbis, tum ex Livio [*Ex auctoritate senatus latum ad populum est, ne quis templum aramve*

iniussu senatus aut tribunorum plebei partis maioris dedicaret. IX. 46.] collegit Pighius Ann. Rom. T. I. p. 378.

PAPIRIA *tabellaria.* Vid. TABELLARIAE.

PAPIRIA *de tribunis plebis reficiendis.*

„Cum (*C. Papirius*) *Carbo* tribunus plebis (a. u. 622.) rogationem tulisset, *ut eundem tribunum plebi, quoties vellet, creare liceret,* rogationem eius P. Africanus gravissima oratione dissuasit; in qua dixit Ti. Gracchum iure caesum videri. (C.) Gracchus contra suasit rogationem: sed Scipio tenuit." Liv. Epit. LIX. — „Quibus blanditiis *C. Papirius* nuper influebat in aures contionis, cum ferret legem *de tribunis plebis reficiendis!* Dissuasimus nos (i. e. Scipio et Laelius). Sed nihil de me: de Scipione dicam libentius. Quanta illi, dii immortales! fuit gravitas, quanta in oratione maiestas! ut facile ducem populi Romani, non comitem diceres. Sed affuistis, et est in manibus oratio. Itaque lex popularis suffragiis populi repudiata est." Lael. 25, 96.

Fragmenta orationis C. Gracchi, *uti lex Papiria accipiatur*, e Charisio grammatico desumpta vid. apud Meyerum Orat. Rom. p. 116 sq.

PAPIRIA et IULIA. Vid. IULIA et PAPIRIA.

PAPIRIA et POETELIA. Vid. POETELIA et PAPIRIA.

DE PECUNIIS REPETUNDIS: *Calpurnia, Acilia, (Iunia) Servilia, Cornelia, Iulia.* His legibus quid in universum constitutum fuerit, egregie docuit C. A. C. Klenze (in prolegg. ad fragmenta legis Serviliae p. XI seqq.) his verbis:

Pecuniae repetundae in genere quidem vocatae sunt dona, quae magistratus in officio accepit (DONUM NE CAPIUNTO, NEVE DANTO, NEVE PETENDA, NEVE GERENDA, NEVE GESTA POTESTATE. Cic. de legibus III. 4.); sed praeterea ne quis adversus leges dona et munera fictitio nomine vi minisve extorqueret, eiusmodi pecuniae in fraudem legis ereptae eodem numero habitae multisque verbis circumscriptae sunt. Quodcunque enim ABLATUM CAPTUM COACTUM CONCILIATUM AVORSUMVE fuisset, de eo ex legibus repetundarum petitionem nominisque delationem fuisse, exemplum legis Serviliae docet (Lin. I. et LVIII. Conf. cap. I. not. 6.). Verumtamen ne quis magistratus ob levissimam rem ad magnam quaestionem abripi posset, cautum fuisse videtur, ut parva dona, quorum sub imperatoribus summa centum aureorum fuit, sine fraude capere liceret. (Cf. L. 6. D. de lege Iul. rep. (XLVIII. 11.) et L. Servil. Cap. I. not. 5.).

Hoc vero repetundarum crimen tam privata repetitione, quam publica accusatione vindicari potuisse mihi persuasum est. (Hoc ipsum discrimen vel illa formula subindicare videtur: „DE EA RE PETITIO NOMINISQUE DELATIO ESTO." Vid. L. Servil. Cap. I. not. 7.) Ut enim iam prima illa extraordinaria iudicia non solum ad poenam petendam,

sed etiam ad privatam repetitionem instituendam constituta erant — quo recuperatorum, quorum Livius (XLIII. 3.) meminit, officium spectare videtur —, ita postea ordinaria quoque et perpetua iudicia non impediebant, quo minus privati pecunias sibi ereptas repeterent, sed tam ad rem persequendam quam ad poenam expetendam constituta fuisse videntur. quin etiam praeter publicam nominis delationem, lege Servilia docemur, privato iure per legis actionem et quidem per sacramentum pecunias captas ex legibus Calpurnia et Iunia repetere licuisse. (Cf. L. Serv. Cap. VIII. not. 15. XXIII. not. 3 et 4. Cave vero putes, hanc Calpurniam legem eandem esse, quam Gaius (IV. 19.) cum Silia coniungit; hae enim ad condictionem pertinent, nostra autem ad sacramentum.) Hanc privatam actionem ad solam repetitionem instructam et ea de re solis sociis peregrinisque datam fuisse, quippe civibus Romanis inutilem et superfluam (Itaque de suo etiam tempore Cicero „civibus", ait „cum *sunt* ereptae pecuniae, civili fere actione et privato iure *repetuntur*. Haec lex socialis est, hoc ius nationum exterarum est." Divin. Caec. c. 5. Item: „Cum lex ipsa de pecuniis rep. sociorum atque amicorum populi Rom. causa parata sit, iniquum est, non eum *legis* iudiciique *actorem* idoneum maxime putari, quem actorem causae suae — socii esse voluerunt." ibid. c. 20.), inde colligi potest, quod lex Servilia, quam primam civibus Romanis publicam accusationem permisisse mox videbimus, mutatis vel renovatis fere omnibus, quae ad publicam causam spectabant, hoc privatum legis Iuniae et Calpurniae iudicium non mutatum retinuit. Sed ea condemnationem, quae publico iudicio fiebat, duplex poena sequebatur, litium aestimatio et exilium. et lites quidem ad legem Serviliam usque simpli, post illam dupli et postremo, nescio utrum ex lege Cornelia, an iam ex Acilia, quadrupli aestimatas fuisse, discimus ex ipsa Servilia (Cap. XVIII. not. 1.); aqua vero et igni non ut volgo putatur uni cuique condemnato interdici solebat, sed ei soli, qui antequam res iudicata esset urbe cesserat aut in exilium abierat. (Cap. XI. not. 6.) Ceterum ex lege Servilia intelligi potest, omnia peregrinorum iudicia sive publica sive privata per patronum, quem legis actorem Cicero vocat, ita peracta esse, ut singuli peregrini, cum pro se lege agere non possent, omnem causam transferre deberent in patronum publice datum, cuius nomine postularetur, lis aestimaretur, pecunia solveretur: reges vero populive liberi per legatos publice receptos res repeterent. (De his patronis actoribus vid. Leg. Servil. Cap. IV. et V. et praeterea Cap. XVIII. not. 8. et XIX. not. 1.) Non me praeterit hoc patrocinium, quantum quidem ad privatum iudicium attinet, eiusmodi esse, ut a Gaio non videatur agnosci, qui alterius nomine lege agere in totum non licuisse tradit, nisi causis quibusdam ab hac longe diversis (Gaius IV. 82. — „cum olim quamdiu [*solae?*] legis actiones in usu fuissent, alterius nomine agere non liceret, [*nisi*] pro populo [*et libertatis causa*]"); verum inter has ipsas quas excipit causas non dubitabis quin peregrinorum actionem solo vitio memoriae omiserit. Nam vel in Iustiniani institutionibus (Pr. I. de iis, p. q. agere possumus. Cf. L. 123. pr.

D. de R. I.) his ipsis Gaii verbis tutoris actiones et iudicium legis Hostiliae non aliam ob causam adiecta sunt, nisi quod ei exciderant, et Gaii temporibus iam dudum in desuetudinem abierat, ut pro peregrino alterius nomine ageretur: abolitis enim legis actionibus peregrinum ficta civitate proprio nomine per formulam agere potuisse ab eodem Gaio docemur. („Item civitas Romana peregrino fingitur, si eo nomine agat, aut cum eo agatur, quo nomine nostris legibus actio constituta est, — — — velut si furti agat peregrinus." Gaius IV. 37.)

Nunc videndum est, quibusnam personis et adversus quasnam personas repetundarum iudicio experiri licuerit; in quo si ad privatum respicimus, iam non est dubium, quin semper ut modo diximus ad solos peregrinos pertinuerit: sin ad publicum, dubitari possit annon id, quod postea observari solebat, iam prioribus temporibus obtinuerit, ut civibus quoque Romanis nomen alienius deferre permissum fuerit. sed, quamvis Cicero, qui sociorum causa quaestionem de pecuniis repetundis constitutam esse testatur (in Verr. II. 6.), has dubitationes non satis tollere videtur: extat exemplum quoddam quaestionis repetundarum extra ordinem eo tempore institutae, quo dudum perpetuas introduxerat lex Calpurnia, quod explicare nisi ea ratione non possumus, quod a civibus Romanis facta est accusatio. Loquor autem de illo L. Tubulo, qui postquam L. Metello et Q. Maximo coss. (612) praetor fuerat (Cic. ad Att. XII. 5.), ex praetura ob rem iudicandam pecuniam cepisse accusatus et iudicio extraordinario a Cn. Servilio Caepione consule (613) damnatus est. (Cic. de Fin. II. 16. „An tu me de L. Tubulo putas dicere? qui cum praetor quaestionem inter sicarios exercuisset, ita aperte *cepit pecunias ob rem iudicandam*, ut anno proximo P. Scaevola tr. pl. ferret ad plebem, vellentne de ea re quaeri. quo plebiscito decreta a senatu est consuli quaestio Cn. Caepioni. profectus in exilium Tubulus statim, nec respondere ausus: erant enim res apertae." Cf. de finib. IV. 28. V. 22. de nat. deor. III. 30. I. 23. fr. orat. pro Scauro et Perizonii trigam diss. p. 152.) Sunt vero praeterea qui tamquam Livio et Cicerone auctoribus (Livius ep. LIV. Cic. de fin. I. 7.) aliud quoque eiusdem anni iudicium extraordinarium, quod non a civibus Romanis, sed a peregrinis petitum esset, afferant (Sigonius de iud. II. 27.); sed vereor ne valde errent: eandem enim causam Valerius Maximus Livio et Cicerone multo diligentius ita narrat, ut satis appareat, T. Torquatum, quem iudicium exercuisse statuunt, non quaestionem, sed tantum arbitrium in ea causa suscepisse, ideoque totum iudicium non publicum, sed privatum fuisse. (Val. Max. V. 8, 3. „Summo cum amplissimi ordinis tum etiam *eorum, qui questum venerant*, *consensu*, cognitione suscepta domi consedit et — — pronuntiavit.") Quamdiu ita accusatio publica a solis peregrinis fieri poterat, consequitur non aliorum quam qui pro praetoribus prove consulibus, quive in horum comitatu legatorum munere fungerentur, quive extra ordinem cum imperio militari extra urbem magistratum gessissent, non autem eorum, quos in urbe officia tenerent, velut praetorum, aedilium, censorum, nomina deferri potuisse. Hoc vero postea muta-

tum esse nemo dubitat, ideoque Caesar in lege, quam eum de repetundis tulisse modo diximus, nullo facto discrimine earum omnium pecuniarum captarum accusationem constituit, quas quis in magistratu potestate curatione legatione vel quo alio officio munere ministerioque publico accepisset ob ius dicendum vel ob iudicandum decernendumve vel quo magis aut minus quid ex officio suo faceret (L. 1. 3. 4. D. de lege Iul. rep.); sed etiam in singulis rebus nominatim de urbanis magistratibus cavit (L. 6. §. 2. L. 8. eod.). Quod si quaerimus quando antiquus rei status ita mutatus fuerit, nihil quidem certi habemus, nisi quod iam in Servilia lege multis locis accusationes a civibus Romanis faciendae commemorantur; quae res in causa fuit, ut cum Sigonius in ipso primo eius versu redintegrando civium Romanorum mentionem iniecisset, nos nihil ab eo dissenserimus. Utrum autem huic legi hanc mutationem debeamus an Iuniae non satis constat; attamen mihi quidem probabile est, Servilium primum cives quoque ad accusandum vocasse, propterea quod ita ea coniectura, ad quam interpretatio et restitutio tabularum nos coegit, optime firmatur, qua, lege demum Servilia lata, quaestiones repetundarum non ut ante a praetore peregrino sed a peculiari praetore repetundarum exerceri coepisse statuimus (Cap. VII. not. 1.). Ceterum ut hanc accusationem non modo adversus eum, qui pecunias cepisset, sed etiam adversus eum, qui ipse cuiusve parens filiusve illi heres factus sit, et quod adieci (Cap. I. not. 13.), adversus eum, qui in eius potestate manu mancipiove fuerit, iam ex lege Servilia fieri potuisse certum est, ita constat, legem Serviliam et post eam Corneliam Iuliamque cavisse, ut ad quemcunque pervenissent, ab eo pecuniae captae repeti possent. (Cap. I. not. 15. XI. not. 8.)

PEDIA.

„Lege *Pedia*. quam consul (*Q.*) *Pedius* (a. u. 710.) collega Caesaris tulerat, omnibus, qui Caesarem patrem interfecerant, aqua ignique damnatis interdictum erat." Vellei. II. 69, 5.

PEDUCAEA.

„Cognosce alias quaestiones, auri Tolosani, coniurationis Iugurthinae. Repete superiora, Tubuli de pecunia capta ob rem iudicandam; posteriora, *de incestu* rogatione *Peducaea:* tum haec quotidiana, sicae, veneni, peculatus, testamentorum etiam lege nova quaestiones." de Nat. Deor. III. 30, 74.

„Ob quam severitatem, quo tempore *Sex. Peducaeus* tribunus plebis (a. u. 640.) criminatus est L. Metellum Pontificem Maximum totumque collegium pontificum male iudicasse *de incesto* virginum Vestalium, quod unam modo Aemiliam damnaverat, absolverat autem duas, Marciam et Liciniam, populus hunc (L.) Cassium (Longinum) creavit, qui de iisdem virginibus quaereret: isque et utrasque eas et praeterea complures alias nimia etiam, ut existimatio est, asperitate usus damnavit." Ascon. in Milon. p. 46.

Hanc legem frustra audet e legum numero eximere Bobierius ad

l. c. (de Nat. Deor. III. 30.), cum Cicero diserte dicat, *rogationem de incestu:* quae verba interpretationem viri summi plane respuunt. Nam actio Peducaei in Metellum, de qua hunc locum ex Asconio in Milonianae c. 12. interpretatur, non fuit rogatio de incestu, sed rogatio potius, ut, quoniam Metellus male iudicasset, extra ordinem iudex Cassius constitueretur. Neque haec rogatio tantum indicat corruptionem humani ingenii, quam illa de incestu, ex qua intelligitur, etiam poenis esse homines a tantis sceleribus absterrendos. Ern. Argutatur Ernestius, quem tamen nemo, quod sciam, adhuc refutavit. Verba Ciceronis *de incestu* non cum proxima voce *rogatione* iungenda, sed ad ea intelligendam esse *quaestionem*, docent et quae praecedunt et quae sequuntur. *Rogatio* autem *Peducaea* (id quod bene vidit Bouhierius) tulit, ut *quaestio de incestu* virginum Vestalium institueretur.

Penni *de peregrinis*. Vid. Iunia *de peregrinis*.

De Peregrinis: *Iunia*, *Papia*.

Petillia *de pecunia regis Antiochi*.

„Morte Africani crevere inimicorum animi; quorum princeps fuit M. Porcius Cato, qui vivo quoque eo allatrare eius magnitudinem solitus erat. hoc auctore existimantur (duo *Q.*) *Petillii* et vivo Africano rem ingressi et mortuo rogationem promulgasse (a. u. c. 566.) fuit autem rogatio talis: *Velitis Iubeatis, Quirites, quae pecunia capta ablata coacta ab rege Antiocho est quique sub eius imperio fuerunt, quod eius in publicum relatum non est, uti de ea re Ser. Sulpicius praetor urbanus ad senatum referat, quem eam rem velit senatus quaerere de iis qui praetores nunc sunt.* huic rogationi primo Q. et L. Mummii intercedebant. - - - M. Cato suasit rogationem (exstat oratio eius de pecunia regis Antiochi), et Mummios tribunos auctoritate deterruit, ne adversarentur rogationi. remittentibus ergo his intercessionem, omnes tribus uti rogassent iusserunt." Liv. XXXVIII. 54. Cf. XXXIX. 6.

Philippi *agraria*. Vid. Marcia *agraria*.

Pinaria. Vid. Annales.

Pisonis *de repetundis*. Vid. Calpurnia *de repetundis*.

Plaetoria *de praetore urbano*.

„*Suprema*, summum diei. id a *super imo*. Hoc tempus XII. tabulae dicunt occasum esse solis. sed postea lex *Plaetoria* id quoque tempus iubet esse supremum, quo praetor in comitio supremam pronuntiavit populo. Varro LL. V. p. 44.

„Plurimi *supremam* post occasum solis esse existimant, quia est in XII. tabulis scriptum sic: sol occasus suprema tempestas esto.

Sed postea *M. Plaetorius* tribunus plebis (quem Pighius anno u. c. 387., quo anno praetura instituta est, assignavit), scitum tulit, in quo scriptum est: PRAETOR URBANUS QUI NUNC EST QUIQUE POST HAC FIET DUO LICTORES APUD SE HABETO. ISQUE USQUE AD SUPREMAM IUS INTER CIVIS DICITO." Censorinus de die natali c. 24.

PLAETORIA *de circumscriptione adolescentium.*

„Iste dolus malus et legibus erat vindicatus, ut tutela XII. tabulis, *circumscriptio adolescentium* lege *Plaetoria*, et sine lege iudiciis, in quibus additur EX FIDE BONA." de Offic. III. 15, 61. — „Inde iudicium publicum rei privatae lege *Plaetoria.*" de Nat. Deor. III. 30, 74.

De hac lege Ernestius, cui *Laetoria* nominatur, haec habet:

LAETORIA (pro quo in multis volg. Ciceronis libris male est *Plectoria*, *Lectoria*, *Pletoria*, solenni librariorum aberratione; v. Drakenb. ad Liv. XXXIV. 45.) *contra circumscriptiones adolescentum.* Vide Manutium ad Ciceronem locis citatis, Salmasium ad Capitolinum in Anton. p. 330. et Gruterum ibidem. Ea minorennitatis, ut vocant, anni definiti sunt. Ea enim cautum est, *ne XXV. annis minores stipulari possent*, auctore Suetonio lib. IV. Praetor. ap. Priscianum et inter fragmenta Suetonii: unde *quinavicennaria* Plauto dicitur in Pseud. I. 3, 69. Hac lege rei privatae iudicium publicum factum est, ut Cicero ait de Nat. Deor. III. 30. Alia eius capita collegit Heineccius H. I. C. p. 84., in quo non videtur locum in Capitolini Marco inspexisse. Nam V. Cl. dicit ibi tradi, minoribus petentibus, causa cognita, datos curatores e lege hac. Capitolinus dicit: *curatores datos ex ea propter lasciviam et dementiam*, Antoninum autem statuisse, ut omnibus adultis curatores darentur, non redditis causis. Sed dudum ante Heineccium sparsa legis huius capita collecta sunt a Gothofredo ad *l. 2. Cod. Theodos. de donat.* Tulit *M. Laetorius Plancianus* tribunus plebis a. u. 490. Conf. doctos viros ad Gaii Instit. I. 8. de curationibus.

Haec Ernestius: quem Beierus ad Ciceronem de Officiis p. 290. refutavit ita:

Bern. scribit *lege Laetoria*, ut et hic volgo editur et alibi. Sed in quibusdam Mss. legitur *Pletoria* v. *Plectoria*, in al. diserte *Plaetoria.* Commemoratur *Plaetoria gens* Romae et in decem nummis et in marmoribus, tum Gruterianis, tum Muratorianis. A *Laetoria* distinguendam esse, abunde disci potest e Pighii Annalibus. Librarii autem pro sua sapientia huic illam, tamquam a *laetus* derivatam, substituere solebant: unde haec nomina confusa vides in Liv. II. 27. (cl. Valerio Max. IX. c. 3. n. 6.) XXXIV. 45, 5. et in codd. Hirtii de bello Africano c. 98. Id propterea cum Heindorfio ad Nat. Deor. III. 30, 74. secuti sumus tabulam aeneam, quae in Herculanensi Museo asservatur: in cuius vers. 112. haec lex appellatur *Plaetoria.* Nulla antiquitatis fide nititur Ernesti in Ind. Legg. p. 27. Schützii ad III. N. D. 30. et Degenii ad h. l. opinio, latam esse a M. Laetorio Planciano a. u. 490. In Plauti (qui in Bruto c. 15. a. u. 569. mortuus

scribitur) Pseudolo I. 3, 69 s. dicitur *quina vicenaria*. Cf. eiusdem Rudens V. 3, 25 s. Ex ea enim omnibus nondum quinque et viginti natis annos curatores dabantur, cum antea non nisi prodigis aut dementibus darentur. Capitolin. in Antonino philos. c. 10. quo de loco I. A. Ernestus l. c. imperitissime oblocutus est Heineccio in H. I. C. p. 84. Cf. pr. Institt. de curat. Ulpiani fragg. XII. §. 4. Caii Epitom. I. extr. E Suetonii IV. Praetorum p. 288. in fragg. (ed. Wolf. Vol. III. p. 66 s. ubi alterum citatum falsum est) citantur haec a Prisciano VIII. 794. *Laetoria, quae vetat minorem annis XXV. stipulari* [ἐπερωτᾶσθαι], et XVIII. p. 1164. *Minor viginti quinque annorum stipulari non potest*, passive pro *sponsione teneri*. Conf. Cod. Theodos. VIII. 12. *de don.* l. 2. Tabulae Heracleensi debetur caput de infamia, circumscriptori adolescentium, qui adversus eam legem fecisset, proposita. V. Guil. de Hertogbe Diss. *Tribonianus circa legem Laetoriam non errans*, Ien. 720. et in Opusec. p. 1—24. Io. Hetzeri (vel, Hauboldo in Instt. lin. saepius II. §. 288. *b*. arbitro, potius Io. Chph. Regneri) Diss. ad legem Laetoriam, Lips. 1749. 4. et in Dan. Fellenbergii Iurisprud. anteiust. T. II. p. 591—623. Alexii Symm. Mazochii Comment. in aeneas tabulas Heracleenses P. II. p. 427 ss., ex qua nonnulla excerpta sunt in Cic. de Offic. ed. Neapol. 777. ad h. l. Lud. Iul. Frid. Hoepfner Pr. de lege Laetoria, Giss. 1778. 4. Car. Fea Vindiciarum et Obss. iuris c. 5. Vol. I. p. 118—121. Bachii H. I. R. II. 2. sect. 2. §. 26. Hugonis Gesch. des R. Rechts §. 135. p. 185 s. Huic legi videtur etiam deberi, quod *minoribus XXV annorum . . . in omnibus rebus, lapsis, praetor succurrit*, ut scribit Gaius in Instt. II. §. 163. IV. §. 57.

Conf. etiam Marezoll ad Tab. Heracl. p. 139. Dirksen Beiträge zur Kunde des Röm. Rechts p. 195.

Plautia s. Plotia *agraria*.

„*Agraria* autem promulgata est a Flavio sane levis, eadem fere, quae fuit Plotia." ad Att. I. 18, 6.

Tribunicia incertae aetatis, sed paullo ante Flavii rogationem lata, quae ei similis fuit, auctore Cicerone l. l. Ern. Lata est vel ab *A. Plautio Silvano* tribuno plebis a. 655. vel a *M. Plautio Silvano* tribuno plebis a. u. 664. Schütz.

Plautia s. Plotia *iudiciaria*.

„Memoria teneo, cum primum senatores cum equitibus Romanis lege *Plotia* iudicarent, hominem dis ac nobilitati perinvisum, Cn. Pompeium, causam lege Varia de maiestate dixisse." pro Cornelio Fragm. 27. p. 451.

„*M. Plautius Silvanus* tribunus plebis Cn. Pompeio Strabone L. Porcio Catone consulibus, secundo anno belli Italici (a. u. c. 664.), cum equester ordo in iudiciis dominaretur, legem tulit adiuvantibus nobilibus, quae lex vim eam habuit, quam Cicero significat: nam ex ea lege tribus singulae ex suo numero quinos denos suffragio creabant,

qui eo anno iudicarent. Ex eo factum est, ut senatores quoque in eo numero essent et quidam etiam ex ipsa plebe." Ascon. in Cornel. p. 79.

Quod Ernestius (in Ind. Legg. s. l. *Aurelia*) et Bachius (Hist. iur. p. 174.) hac de lege dubitaverunt an perlata fuerit, locum Ciceronis quem ipsi excitant legere debuerunt: *Memoria teneo cum primum senatores cum equitibus Romanis lege Plotia iudicarent - - Pompeium causam dixisse.* Klenze. Ipse Klenzius erravit argumentum legis sic indicans, *ut tribus singulae quinos suffragio crearent*, pro *quinos denos*, quae est genuina apud Asconium lectio.

Plautia (s. Plotia) et Lutatia *de vi.*

De hac lege audiendus est, qui eam egregie illustravit, C. G. Waechter (Neues Archiv des Criminalrechts Vol. XIII. p. 8 seqq.):

Die älteste lex de vi, von welcher wir wissen, ist eine lex *Plotia* (oder *Plautia*). Unsere Schriftsteller fügen ihr gewöhnlich noch eine lex *Lutatia* (oder *Luctatia*) bei. Ungewiss ist, von wem und in welchem Jahre beide (wenn wir auch eine besondere lex Luctatia annehmen wollen) gegeben wurden, und auch über ihren Hauptinhalt wissen wir nicht sehr viel Sicheres.

Was unsere Quellen über diese leges betrifft: so haben von Cicero's Reden drei den Zweck, Solche zu vertheidigen, welche wegen vis angeklagt wurden, die pro Milone, die pro Sextio und die pro M. Caelio[1]). Die Rede pro Milone aber bezieht sich zunächst bloss auf die lex *Pompeia* de vi; von ihr wird daher erst unten näher zu sprechen sein. Die Rede pro Sextio ferner gibt keinen Beitrag zur Geschichte dieses Verbrechens. Cicero spricht in derselben mehr von sich selbst, als von dem Angeklagten, und bei diesem mehr von dessen ganzem Leben als von dem ihm angeschuldigten factum[2]). Auch wird nicht angedeutet, nach welcher lex angeklagt wurde.

Was die dritte Rede betrifft, so war Caelius wegen verschiedener Verbrechen de vi angeklagt, theils wegen nicht näher beschriebener „seditiones Neapolitanae, Alexandrorum pulsatio Puteolana, bona Pallae", theils weil er Sclaven zum Mord des Gesandten der Alexandrier gedingt, und besonders, weil er die Sclaven der Schwester des Clodius zur Vergiftung ihrer Herrin habe bewegen wollen.

Wegen der ersteren Beschuldigungen, welche wohl hauptsächlich die accusatio ex lege *de vi* begründet haben mochten, vertheidigte ihn Crassus, wegen der letztern Cicero. Allein Cicero lässt sich hier beinahe gar nicht auf das crimen vis ein, weil der Punkt, über den

---

[1]) Die Reden pro A. Caecina und pro M. Tullio geben für das crimen vis keine unmittelbaren Beiträge. Für das interdictum unde vi aber und für die actio vi bonor. raptor. sind sie sehr wichtig.

[2]) Dieses scheint in öffentlichen Tumulten und Gewaltthätigkeiten, welche bei der Frage über Cicero's Zurückberufung aus dem Exil Statt hatten, bestanden zu haben. Nach Cicero's Darstellung war es eigentlich der Angeklagte, welcher Gewalt litt.

er zu sprechen hatte, keine eigentliche vis betraf[1]). Was er in dieser Hinsicht sagte, besteht, so weit es hier von Interesse ist, bloss in Folgendem:

Cap. 1. — miretur profecto, quae sit tanta atrocitas huius causae, quod *diebus festis* ludisque publicis, omnibus negotiis forensibus intermissis, *unum hoc* iudicium exerceatur.

— — Idem cum audiat esse legem, quae de seditiosis consceleratisque civibus, qui armati senatum obsederint, magistratibus vim attulerint, rempublicam oppugnarint, quotidie quaeri iubeat: legem non improbet.

Cap. 29. De vi quaeritis, quae lex ad imperium, ad maiestatem, ad statum patriae, ad salutem omnium pertinet: quam legem Q. Catulus armata dissensione civium, reipublicae paene extremis temporibus tulit, quaeque lex sedata illa flamma consulatus mei fumantes reliquias coniurationis extinxit.

Wegen dieser letztern Stelle nehmen nun Viele eine lex *Lutatia de vi* (von *Q. Lutatius Catulus*) an, nach welcher Caelius angeklagt worden sein soll. Ob mit Recht, wird sich unten zeigen.

Die Quellen der lex *Plotia* de vi sind eben so dürftig. Als Hauptquellen wird von Vielen, namentlich von Bach und Heineccius, für sie angeführt Cicero pro Milone cap. 13. §. 35. Allein hier sagt Cicero (im Jahre Roms 701) blos: reus enim Milonis lege *Plotia* fuit Clodius, quoad vixit. Allerdings ist diess ohne Zweifel die lex Plotia de vi. Denn vis war es hauptsächlich, was Clodius immer geübt hatte. Doch bekommt man aus dieser Stelle gar nichts Näheres über die lex Plotia. Ferner führt man an: Cicero ep. ad Div. VIII. 8.[2]). Allein hier sagt Cälius in einem Briefe an Cicero nichts weiter, als dass C. Sempronius Rufus dem M. Tuccius „reum lege Plotia de vi fecit". Manche, wie Sigonius, berufen sich auf Sueton. Caesar cap. 5. Allein die dort angeführte rogatio Plautia, auf welche man auch die ganz unbestimmte und nichts beweisende Stelle bei Gellius XIII. 3. bezieht, betrifft nach der Nachricht, welche Sueton selbst gibt, nicht den Vorschlag einer lex de vi, sondern bezweckte bloss die Zurückberufung einiger Verbannten. So bleiben uns daher für die lex Plotia nur noch folgende beachtungswerthe Zeugnisse aus den Quellen übrig:

a) Asconius sagt[3]): M. Saufeius apud Considium quaestorem lege

[1]) Er sagt daher auch cap. 30. *M. vero Caelius cur in hoc iudicium* (sc. de vi) *vocatur? cui neque proprium quidem crimen quaestionis obiicitur, nec vero aliquid eiusmodi, quod sit a lege seiunctum, cum vestra severitate coniunctum.*

[2]) Bach hist. iur. ed. Stockmann. p. 175. führt als Quelle der lex Plotia bloss diese Stelle und die pro Milone cap. 13. an, gerade zwei Stellen, die gar nichts beweisen; die andern Quellen übergeht er ganz, gerade wie Ernesti in seiner clavis Ciceron. ad hanc legem.

[3]) ad Ciceron. orat. pro Milone ganz am Ende [p. 55. ed. Bait.] Bekanntlich ist dieser Scholiast Cicero's eine sehr zuverlässige und wichtige Quelle für die Geschichte des Röm. Rechts. Er lebte zu Tibers und Claudius Zeiten.

Plautia de vi accusatus est, quod loca occupasset et cum telo fuisset antesignanus operarum Milonis.

Diese Anklage fällt in das Jahr Roms 701.

b) Sallust erzählt, dass Catilina vor seinem Weggeben aus Rom (im Jahre Roms 690) lege Plautia interrogatus erat a L. Paulo[1]). Diess bezieht sich ohne Zweifel auf die lex P. de vi. Damit stimmt auch Dio Cassius[2]) ganz überein, indem er erzählt, dass Catilina um jene Zeit de vi angeklagt worden sei.

c) in der angeblichen oratio Sallustii in Ciceronem 1, 3. ist von einer lex Plotia die Rede, und diese auf die Verurtheilung von Theilnehmern an der Catilinarischen Verschwörung bezogen.

Ferner beziehen sich wohl ohne Zweifel

d) folgende Worte Cicero's (de harusp. resp. cap. 8. §. 15.) auf diese lex Plotia:

Negotium iisdem magistratibus est datum anno superiore, ut curarent, ut sine vi aedificare mihi liceret, quibus in maximis periculis universa res publica commendari solet; deinde, cum ille *saxis et ignibus et ferro vastitatem meis sedibus intulisset:* decrevit senatus, eos, qui id fecissent, *lege de vi, quae est in eos, qui universam rem publicam oppugnassent*, teneri. Vobis vero referentibus, consules, decrevit idem senatus, qui meam domum violasset, contra rem publicam esse facturum.

Endlich lässt sich noch

e) folgende Aeusserung Cicero's[3]) anführen: fit SCtum, ut Vettius, quod confessus esset, *se cum telo fuisse*, in vincula coniiceretur ..... Nunc reus erat apud Crassum Divitem Vettius de vi[4]).

Diess sind, so viel mir bekannt ist[5]), alle nähern Quellennach-

---

[1]) Bell. Catilinar. c. 31. Ueber das lege interrogare vergl. auch Besserer de mitigatione poenar. iur. crim. inter reip. tempora. Heidelberg 1827. 8. p. 15.

[2]) lib. 37. p. 44. ed. Hanov. 1606. [cap. 31.] Diese Nachricht von Dio wird nun auch durchaus bestätigt durch die von Mai aufgefundenen Bruchstücke eines Scholiasten von Cicero (welche Mai für die bisher unbekannten Theile von Asconius hält), s. Ciceronis sex oratt. partes inedd. cum antiquo interp. ed. Ang. Mains. Mediol. 1817. p. 186. in Vatin. X. 2. [ed. Or. p. 320: „Hic (L. Aemilius) Paulus accusare instituerat *de vi* L. Catilinam, et, ut quidam memoriae tradiderunt, C. Cethegum."]

[3]) ad Atticum II. 24. vom Jahre Roms 694. Auch wird man hieher ziehen können die Erzählung von Dio Cassius lib. XXXIX. init., nach welcher Clodius das wegen Zurückrufung des exilirten Cicero versammelte Volk mit Gladiatoren zerstreute und Viele tödtete und verwundete, und deshalb von Milo de vi angeklagt wurde.

[4]) nicht lege de sicariis; denn es war nicht zu erweisen, dass er *hominis necandi causa* cum telo erat.

[5]) Effugerunt virum doctissimum verba Scholiastae Bobiensis ad orat. pro Sylla p. 368: „Per illud tempus cum esset alius praeter Syllam reus,

richten über **diese** leges de vi. Aus ihnen geht hervor, dass sich zwar über den Inhalt[1]) dieser leges Manches, aber über ihre Zeit und ihren Beantrager nur sehr Weniges mit Sicherheit behaupten lässt. Anders sprechen freilich die obenangeführten Schriftsteller[2]). Die Meisten schreiben, was das Aeussere betrifft, die lex Plotia einem Volks-

---

qui causam *de vi* lege *Plotia* diceret, omni labore connisus est L. Torquatus, ut ante iudicum reiectio fieret ad eam cognitionem, quae de illo quoque futura erat, qui huiusmodi reatu petebatur."

[1]) Nicht hieher gehört, dass die lex Plotia die Usucapion der res vi possessae ausschloss, s. Caius Inst. II. 45. Iust. Inst. II. 6. (de usucapp.) §. 2. D. 41. 3. (de usucapp.) l. 33. §. 2.

[2]) Nur **Hoffmann** hist. iuris. T. I. p. 168. gesteht das eben von mir Behauptete.

Scriptores, quos innuit et supra commemoravit Waechterus addito suo de iis iudicio, hi sunt:

U. **Zasius**, **Hotomanus**, et **Pardulphus Prateius** veteres pop. R. leges ord. alphab. digest. (in **Otto** thesaur. T. V. p. 479 f.); über die leges de vi sehr dürftig. — P. **Manutius** de legib. Rom. c. 23. (in **Graevius** thesaur. antiqq. Rom. T. II. p. 82—85.) Das Meiste, was hier **Manutius** gibt, ist ohne gehörige Kritik und ungenügend. — **Sigonius** de iudiciis 1560. lib. II. cap. 33. (auch in Opp. Sigon. Mediol. T. V. und in **Graevius** thesaur. antiqq. Rom. T. II. p. 794—98.) **Sigonius** trug am genauesten und ausführlichsten die **Quellen** zusammen. Seine Kritik aber und die Resultate, welche er in den Quellen finden will, sind gar nicht immer zu billigen. Die spätern Schriftsteller benutzten ihn gerade am meisten. — **Antonius Augustinus** de legibus 1583. (auch bei Graevius l. c. p. 155. Die einzelnen leges sind hier alphabetisch geordnet.) **Augustinus** gibt für unsre Lehre keine Ausbeute. Was er sagt, beschränkt sich beinahe bloss darauf, einen Theil des Quelleninhalts anzuführen. — **Pighius** annales magistratuum et provinciar. S. P. Q. R. Antw. 1599. Auch meist nur eine theilweise Zusammenstellung des Quelleninhalts. — Antiquitatt. Rom. corpus, in quo praeter ea, quae Io. **Rosinus** delineaverat, infinita supplentur cet. auct. Th. **Demstero a Muresk**. Genev. 1632. Was hier über die vis gesagt ist (lib. VIII. cap. 27.), ist lediglich aus Andern abgeschrieben, das Meiste wörtlich aus Sigonius. — **Ant. Mathaeus** de criminib. ad lib. 47 et 48. Dig. Comment. (zuerst 1644, zuletzt 1803) berührt ad lib. 47. tit. 4. das ältere Recht nur mit wenigen Worten und stellt auch das Justinianische Recht, mit Ausnahme der Entführung, nur sehr kurz und etwas dürftig dar. — **Gravina** origin. iur. civ. Lib. III. (de legib. et SCtis) cap. 91. unbedeutend. — **Christ. Godofr. Hoffmann** histor. iur. Romano-Iustinian. Vol. I. P. I. gibt p. 89 ff. einen index legum Rom., ist aber über die leges de vi auch unbedeutend. — **Heineccius** antiquitatt. Rom. syntagm. (zuerst 1719, fünfte von **Heineccius** noch besorgte Ausgabe 1741, neueste Ausg. von **Haubold** 1822) lib. IV. tit. 18. §. 66—69. Was hier **Heineccius** gibt, ist beinahe durchaus wörtlich aus Sigonius genommen. — **Ernesti** clavis Ciceroniana index legg. gibt für unsern Gegenstand nicht viel und nicht durchaus zu Billigendes. — **Bach** hist. iurisprud. Rom. ed. VI. **Stockmann**. Lips. 1806. (zuerst 1754.); über das hieher Gehörige höchst ungenügend.

tribun M. Plotius Silvanus zu, der sie im Jahre Roms 664, (nach Andern 665) unter dem Consulat von Cn. Pompeius Strabo und L. Porcius Cato beantragt haben soll. Allein nach Beweisgründen fragt man vergebens[1]). Höchstens liesse sich dafür anführen, dass nach Asconius Zeugniss jener Plotius im genannten Jahre gewiss eine, aber freilich eine ganz andere lex in Antrag brachte! Dabei unterscheiden die Meisten von dieser lex *Plotia* noch eine besondere lex *Lutatia* de vi. Diese soll ein Consul Q. Lutatius Catulus (College des M. Aemilius Lepidus) im Todesjahre Sulla's (Jahr Rom's 675. 676. Varr.), also eilf Jahre nach der lex Plotia, durchgesetzt haben. Als Beweis hiefür soll die oben angeführte Stelle aus Cicero's Rede pro Caelio gelten, in welcher derselbe erzählt, dass ein Q. Catulus eine lex de vi beantragt habe[2]).

Im Widerstreit mit diesen Ansichten nimmt Sigonius[3]) und nach ihm Gravina und Heineccius[4]) keine besondere lex Lutatia de vi

---

[1]) Der angeführten Ansicht sind z. B. Pardulfus Prateius vett. pop. R. leges. voc. l. Plot. Er beruft sich aber bloss auf die nichtssagenden Stellen aus Cicero pro Mil. und de har. resp. Ferner Manutius de legg. R. cap. 23.; sein Beweis ist aber bloss ein „ut opinor." Ferner Pighius annal. T. III. p. 228. ohne Beweisgründe anzuführen. Ernesti clav. Ciceron. voc. *l. Plot.* ebenso. Bach hist. iur. ed. Stockmann. p. 151. unter Berufung auf Ernesti. Ueberhaupt sind eben die bestimmten Jahresangaben der Verfasser der alten indices legum nur gar zu häufig unzuverlässig. Sie wollten nun eben einmal Alles wo möglich in bestimmte Jahre setzen, während hier bei der Dürftigkeit unsrer Nachrichten eine solche Genauigkeit zu erreichen unmöglich ist.

[2]) Dieser Ansicht sind z. B. Manutius l. c. Pighius l. c. (er sagt als ganz sicher: Catulus *retulit* legem Plotiam addiditque capita etc.). Ernesti l. c. voc. *l. Lutat.* — Bach l. c. p. 169. weicht in Beziehung auf Person und Jahr von diesen ab, allein, wie es scheint, bloss aus grosser Ungenauigkeit. Er setzt nämlich die angebliche lex Lutatia in's Jahr 652, also vor die lex Plautia, und schreibt sie einem Consul Lucius Catulus zu, unter Berufung auf Cicero (pro Cael. c. 1. 29.) und auf Ernesti. Allein Cicero spricht ja hier von einem Quintus Catulus (übrigens hiess wahrscheinlich derjenige Catulus, welcher im Jahr 652 Consul war, Quintus, und nicht, wie Bach anführt, Lucius), und Ernesti schreibt gar die lex dem jüngern Catulus zu, und setzt sie in's Jahr 675! Eine Auctorität hätte Bach allerdings für seine Ansicht finden können, nämlich bei Pardulfus Prateius, welcher a. a. O. die lex Lutatia in das von Bach angeführte Jahr so sicher setzt, als ob wir die bestimmtesten Nachrichten darüber hätten. Merkwürdig ist noch die Ansicht des letztgenannten Schriftstellers, nach welcher die Kaiser Honorius und Theodosius aus der *lex Lutatia* die const. 10. C. de feriis genommen, oder wenigstens ganz sicher die lex Lutatia auf die latrones und Isauros ausgedehnt haben sollen! Ob wohl diese Kaiser bei der Bestimmung, dass auch an Festtagen gegen die latrones eingeschritten werden solle, an eine lex Lutatia dachten??

[3]) de iudiciis lib. II. cap. 33.

[4]) Gravina, origin. iur. civ. Lib. III. c. 91. Heineccius antiquitatt. Rom. L. IV. tit. 18. §. 66. Beide berufen sich auf Sigonius, und Gravina

an, sondern behauptet, im Jahre 675 habe der Volkstribun P. Plautius unter dem Consulat des Catulus und Lepidus die lex Plotia mit dem Consol Catulus beantragt (weshalb die lex bisweilen auch dem Catulus zugeschrieben werde) und Cäsar habe, nach der Erzählung von Gellius und Suetonius, die lex unterstützt. Dies wird so bestimmt behauptet, dass man glauben sollte, Sigonius habe hiefür die sprechendsten Beweise. Allein einestheils bezog sich die rogatio Plautia, welche Cäsar unterstützte, nach Suetonius nicht auf eine lex de vi, anderntheils ist unrichtig, dass diese rogatio Plotia in das Jahr 675 fällt. Denn, abgesehen von noch andern Gründen, so war ja nach Sueton's Erzählung[1]) diese rogatio Plotia ziemliche Zeit später, als die Anklage, welche Cäsar gegen Dolabella anstellte und als seine Gefangenschaft bei den Piraten, und jene Anklage und diese Gefangenschaft fanden nach dem Jahre 675 Statt. Endlich konnte wohl in den Jahren 674—684 kein Volkstribun ein Volksgesetz veranlassen, da in dieser Zeit die Sullanische lex galt, nach welcher die Tribunen bloss auf Intercessionen beschränkt waren[2]).

Dagegen ist es wohl zu weit gegangen, wenn Ernesti, dem hier die Neueren folgen, einen starken Tadel über Sigonius ausspricht, weil dieser die lex Plotia und Lutatia confundire, und aus Beiden Eine lex mache. Denn, ob Sigonius auch darin fehlte, dass er keine besondere lex Lutatia annahm, dürfte noch sehr die Frage sein.

Aus dem bisher Ausgeführten geht nämlich bloss so viel mit Sicherheit hervor, dass es eine lex Plotia de vi gab, und diese bestimmt vor das Jahr 690 fällt[3]). Näheres aber über den Beantrager und das Jahr der lex wissen wir gar nicht. Dass es eine besondere lex Lutatia de vi gab, ist höchst zweifelhaft; denn ausser der Bemerkung Ciceros, dass „Q. Catulus legem de vi tulit", spricht gar nichts für eine lex Lutatia. Gegen das Dasein einer solchen spricht aber, dass nirgends in unsern Quellen einer lex Lutatia, sondern immer bloss einer lex Plotia erwähnt wird, dass selbst nach der Zeit, in welcher die lex Lutatia gegeben worden sein müsste, so weit wir wissen, nur ex lege *Plotia* angeklagt wurde, und dass, was Cicero der lex Q. Catuli zuschreibt, von der obenangeführten oratio Sallustii der lex Plotia zugeschrieben wird.

Wodurch soll denn, möchte man auch fragen, die lex Lutatia von der Plotia sich unterschieden haben? Ernesti (voc. *Lutatia*) und nach ihm Andere beziehen die Lutatia auf's Prozessualische. Sie soll bestimmt

---

auch noch wunderlicher Weise auf Manutius, der doch eine ganz andere Ansicht über die Sache hat.

[1]) Caesar cap. 4. 5.

[2]) Merkwürdig ist noch die Ungenauigkeit von Heineccius, welcher für Alles, was Sigonius erzählt, als einzige Quelle eine Stelle anführt, in der auch nicht das Geringste hieher Gehörige steht, nämlich Cicero pro Milone cap. 10.

[3]) Vergl. die angeführten Quellen und die dabei bemerkten Jahreszahlen.

haben „ut etiam festis diebus ludisque publicis de vi quaeri posset." Allein dies wäre jedenfalls zu eng. Denn wenn man Cicero's Aeusserungen in der Rede pro Caelio cap. 1 und 29, wie es Ernesti thut, auf eine besondere lex Lutatia bezieht: so muss sie auch Bestimmungen über den Thatbestand der vis enthalten haben. Zwar sagt Ernesti noch (voc. *Plotia* lex), die Lutatia sei ausserdem noch severior gewesen, als die Plotia. Worin aber war sie diess?? Ernesti weiss nichts anzuführen. Manutius meint, die Plotia lex habe von vis contra privatos, die Lutatia von vis contra magistratus et rempublicam gehandelt. Allein auch hiefür giebt es durchaus keine Beweise, vielmehr eher welche dagegen. So, um nur das Eine anzuführen, erzählt Cicero: „reus Milonis lege Plotia fuit Clodius, quoad vixit," und zählt gerade, indem er diess mit Beispielen zu belegen sucht, (pro Milone c. 14. 15. auch 27.), mehrere Fälle von vis in magistratus auf.

Nach allem diesem dürfte daher wohl anzunehmen sein, dass gar keine lex *Lutatia de vi* existirte. Cicero's Angabe könnte aber doch dabei bestehen, und es scheint mir in dieser Hinsicht die Hypothese — aber freilich bloss Hypothese — aufgestellt werden zu können: die lex Plotia kann wohl in das Jahr 664 fallen. In diesem Jahre war aber, wenigstens wie Pighius anführt, neben Plotius auch ein Q. Catulus Volkstribun. Könnte man nun dieser Angabe von Pighius, der freilich in dieser Hinsicht gar nicht zuverlässig ist, trauen, so würde sich alles durch die Hypothese in Einklang setzen lassen, dass die Tribunen Q. Catulus und Plotius die lex vorschlugen, und das Gesetz nach dem Letztern benannt wurde, gerade wie auch in demselben Jahre Plotius mit seinem Collegen C. Papirius Carbo die lex Plotia de civitate beantragte. Auch passt auf dieses Jahr gar wohl die allgemeine Beziehung, welche Cicero in der orat. pro Caelio von der Zeit der lex Q. Catuli gibt.

Mit ähnlicher Willkühr, wie über das Aeussere, wird auch über den Inhalt der lex Plotia (— Lutatia) verfahren. Ernesti und nach ihm Bach sagen die lex Plotia habe enthalten: „ut de eius capite quaereretur, qui vim fecisset," und Ernesti nennt sie noch eine lex de vi *armatis* hominibus. Diess ist zu viel und zu wenig. Denn dass sie jenes enthalten habe, steht nirgends, und jedenfalls enthielt sie noch Anderes: Sigonius und nach ihm Heineccius geben einen langen Inhalt der lex an, und so auch Pighius und Prateius. Allein es ist wohl ohne Zweifel unkritisch, wenn sie das, was Cicero im Allgemeinen und oratorisch von der lex sagt, für Worte der lex selbst ausgeben. Sie begnügen sich aber selbst nicht einmal hiemit, sondern setzen noch Manches bei. So soll nach Prateius, der sogar, wie auch Hoffmann, die „consceleratos et seditiosos cives" Cicero's in die Worte der lex hereinnimmt, in der lex de vi als Fall der vis gestanden haben, „qui rempublicam oppugnassent," nach Sigonius „qui adversus rem publicam coniurarint" [1]). Diess ist aber von einer

[1]) Aehnliches behauptet Grünebusch D. de crim. perduellionis apud

lex de vi, welche in eine Zeit fällt, in der mehrere leges maiestatis gegeben wurden, billig zu bezweifeln, und keine Quelle sagt es.

Zu jener Annahme hat wohl veranlasst, theils dass Cicero sagt, die „lex de vi est in eos, qui rem publicam oppugnassent", theils dass Sallustius erzählt, man habe gegen Catilina die lex Plotia in Anwendung bringen wollen, und dass nach Cicero die Theilnehmer an Catilina's Verschwörung in Folge dieser lex bestraft wurden. Allein diess beweist nichts dafür, dass die lex de vi von *coniurare adversus rem publicam* und von *oppugnare rem publicam* gehandelt habe. Denn vis war es jedenfalls, was Catilina, auch abgesehen von seinen, auf Umsturz der Verfassung gerichteten, Planen vorgeworfen werden konnte[1]), und so ward gegen ihn anfangs bloss der sicherate Weg versucht, wenn man ihn wegen vis zur Rede stellte, da man wegen seiner übrigen Plane den Beweismitteln noch zu misstrauen Ursache hatte. Das Gleiche war wohl auch der Grund, warum man später die minder bedeutenden Theilnehmer an Catilina's Verbrechen bloss wegen vis anklagte, um so mehr, als man schon aus der accusatio ex lege de vi den Zweck gehörig erreichte.

Wenn aber Cicero von einem *oppugnare rem publicam* spricht[2]): so wollte er denn doch wohl dadurch nur die Gefährlichkeit der vis für die Ruhe und Sicherheit der Republik selbst bezeichnen. Diess dürfte sich besonders dadurch erweisen, dass, als der Private Clodius von Milo ermordet wurde, der Senat, um ein iudicium extra ordinem deshalb einzuleiten, decretirte: „caedem hanc contra rem publicam factam," und Cicero dies durch die Bemerkung erklärt, weil keine Gewalt in einem Freistaate unter Bürgern vorfallen könne, die nicht eben damit den Staat selbst berühre, und somit jede Gewalt gewissermassen eine Handlung contra rem publicam sei[3]).

Ueberhaupt sind in Fällen, über welche unsere Quellen so dürftig sind, wie in dem vorliegenden, Versuche von wörtlichen Restitutionen

---

priscos Rom. etc. Cell. 1802. §. 18. Ebenso meint Dieck, historische Versuche über das Criminalrecht der Römer, Halle 1822. S. 68. auf die Auctorität von Sigonius, die lex Plotia habe sich auf diejenigen bezogen, welche gegen den Staat Verschwörungen anstiften.

1) S. z. B. Sallustii Catil. 27. *Interea* (Catilina) *Roma multa simul moliri, consuli insidias tendere, parare incendia, opportuna loca armatis hominibus obsidere, ipse cum telo esse* etc.

2) de harusp. resp. 8.

3) Cicero pro Milone c. 5. „quia nulla vis unquam est in libera civitate suscepta inter cives non contra rem publicam." Vergl. ferner ibid. cap. 6. „Itaque ego ipse decrevi, cum caedem in via Appia factam constaret, non eum, qui se defendisset, contra rem publicam fecisse; sed cum inessent in re vis et insidiae, crimen iudicio reservavi, rem notavi. Decernebat senatus, ut veteribus legibus, tantummodo extra ordinem, quaereretur." Cap. 11. „Insidias factas esse constat, *et id est quod senatus contra rem publicam factum* iudicavit." Von einem ähnlichen SC. wegen vorgefallener sehr ärgerlicher Gewaltthätigkeiten erzählt Cicero epist. ad Q. fratrem II. 3.

der lex sehr misslich und führen wohl zu nichts, und dass die von den angeführten Schriftstellern versuchten Restitutionen jedenfalls nicht das Rechte getroffen haben, möchte wohl schon aus dem oben Bemerkten hervorgehen. Auch überzeugt man sich hievon noch mehr, wenn man damit die Sprache in ächten, auf uns gekommenen, Bruchstücken von Leges vergleicht.

Was sich Gewisses über den Inhalt der lex Plotia (— Lutatia) sagen lässt, ist ausser dem Prozessualischen, von Cicero pro Cael. 1. Angeführten, bloss: dass unerlaubtes Bewaffnetsein, Gewalt gegen Magistratus, Erregen einer seditio, Zusammenrotten von Menschen zum Zweck der Gewaltzufügung, Erstürmen und gewaltsames Besetzen von Plätzen und Häusern, und Zerstörung der letztern, als strafbare vis nach ihr behandelt werden konnte. So kommt daher der Inhalt der lex der Sache nach beinahe ganz mit dem überein, was Paulus (Sentent. V. 26.) als Inhalt der lex Iulia de vi privata angiebt; und will man über ihre Form Hypothesen aufstellen, so möchte man wohl am wenigsten unsicher gehen, wenn man statt der oratorischen Worte Cicero's die von Paulus angeführten, also die der lex Iulia, so weit sie den vorhin angegebenen Inhalt betreffen, annehmen würde. Denn dass sich die lex Iulia dem Inhalte nach an diese frühere lex Plotia sehr anschloss, ergibt sich aus dem Gesagten, und so dürfte aus dem Inhalte auch der Schluss auf die Form nicht zu gewagt sein. Auch ist es sehr natürlich und dem Ausbildungsgange des Römischen Rechts gemäss, dass die spätere lex den Inhalt der frühern möglichst in sich aufnahm und so dem schon Bestehenden nur seine Zusätze, Erweiterungen und Modificationen beifügte[1]).

Noch entsteht die Frage, ob schon die lex Plotia zwischen vis publica und privata unterschied? Die Wenigsten lassen sich hierauf ein. Manutius und Pardulfus Prateius beziehen die lex Plotia, so wie die von ihnen noch *besonders* unterschiedene lex Lutatia auf vis *publica*, so dass wir nach ihnen von leges de vi privata vor der lex Iulia nichts wüssten. Diess ist aber eine sehr willkührliche Hypothese[2]). Sie stützt sich darauf, dass jene leges von der vis *armata* gehandelt haben sollen. Allein sie zeigt sich eben dadurch als unhaltbar, dass bei ihr schon für die Zeit jener leges der Charakter der vis publica in das Bewaffnetsein gesetzt wird: ein Unterscheidungsmerkmal zwischen vis publica und privata, das gewiss in eine spätere Zeit fällt

[1]) Ebenso wiederholt auch die lex Iulia das, was die lex Plotia über Ersitzung der res vi possessae enthielt. S. die p. 236. n. 1., angeführten Stellen. Aehnliches findet sich ja auch bei andern leges. Man vergleiche z. B. das Verhältniss der lex *Servilia* repetundarum mit der lex *Iulia* repetundarum.

[2]) Ueberhaupt macht Manutius bei seiner Ausführung über diese leges de vi manche Verstösse. Namentlich gehört hieher, was er über das Verhältniss des Prätors und der Iudices bei der accusatio de vi sagt.

und nicht einmal den leges Iuliae angehört[1]). Auch lässt es sich ja gar nicht beweisen, oder auch nur wahrscheinlich machen, dass die lex Plotia bloss von vis armata handelte.

Von einer Unterscheidung zwischen vis publica und privata vor den leges Iuliae enthalten vielmehr alle angeführten Quellen durchaus keine Spur, und so werden wir auch annehmen dürfen, dass eine solche Unterscheidung auch in der lex Plotia nicht gemacht wurde.

Was die Strafe der lex Plotia betrifft, so haben wir hierüber keine näheren Nachrichten. Zwar behaupten die bisher angeführten Schriftsteller über diese lex, die Strafe sei die aquae et ignis interdictio gewesen, Einige, wie Sigonius, Gravina (welcher sogar der lex Plotia für die humiliores Todesstrafe zuschreibt) und Heineccius, ganz unbedingt und als etwas ganz Sicheres, Andere, wie Manutius, mit einem „ut puto." Allein Beweise hat man nicht für diese Strafe. Denn dass die von der lex Iulia de vi *publica* sprechenden Pandektenstellen hier nichts beweisen können, ergibt sich schon daraus, dass die Hauptfälle der lex Iulia höchst wahrscheinlich solche waren, von denen die lex Plotia nicht handelte. Selbst wenn sich auch Beispiele finden sollten, dass Manche bei einer accusatio de vi in's Exil gingen, und dann gegen sie wirklich die aquae et ignis interdictio ausgesprochen wurde: so würde diess doch nicht dafür beweisen, dass nach der lex Plotia die regelmässige Strafe gegen den, welcher die Verurtheilung abwartete, das Exil war[2]).

Bestimmt wissen wir nur so viel, dass eine lex Iulia Caesaris de vi festsetzte, dem wegen vis Verurtheilten solle aqua et igni interdicirt werden. [Vid. Iulia *de vi*.] Ob sie diese Strafe für die vis erst einführte, oder nur erneuerte, lässt sich wohl nicht sicher entscheiden. Wahrscheinlicher aber dürfte das erstere sein, da in der Mitte des siebenten Jahrhunderts die leges doch noch nicht häufig jene Strafe festsetzten, und auch der ganze historische Zusammenhang mehr für das Erstere zu sprechen scheint. Ist nun aber die aquae et ignis interdictio nicht die Strafe der lex Plotia gewesen, welche andere Strafe sollte sie denn enthalten haben? Relegation konnte ihre Strafe

[1]) Unterholzner in seiner Entwickelung der Verjährungsjahre (1828.) B. I. S. 213. nimmt ebenfalls an, dass die l. Plotia und die augebliche Lutatia gehandelt hätten „de vi *publica*". Er beruft sich dabei bloss auf Ernesti, der die lex Plotia eine lex de vi *armatis* hominibus nennt, und hier würde denn dieselbe unrichtige Voraussetzung, wie bei Manutius, in Betreff der Bedeutung des Bewaffnetseins zu Grunde liegen. Unterholzner stützt noch auf den Umstand, dass die l. Plotia nur von vis publica handelte, die Behauptung, dass „ohne Zweifel auch das Hinderniss der usucapio vor dem Julischen Gesetze auf die Fälle beschränkt war, wo die Störung durch vis *publica* herbeigeführt war, und dass das Julische Gesetz das Hinderniss auf die Fälle einer vis privata ausgedehnt habe." Aus dem oben Angeführten ergibt sich, dass diese Behauptung sich nicht wird vertheidigen lassen.

[2]) Siehe besonders Klenze Fragmenta legis Serviliae repetundarum. Berol. 1825. 4. p. XII. und p. 49.

nicht sein; denn diese Strafart entstand erst in der Zeit der Monarchie. So bleibt daher wohl keine andere Strafe übrig, als Vermögensstrafe und Unfähigkeit zu Ehrenstellen, im Senate zu sein u. dgl. Dieses Resultat würde dann auch ganz zu andern Momenten passen. Die letztere Strafe nämlich ist die der lex Iulia de vi *privata*. Nach dem unten Auszuführenden aber nahm gerade die lex Iulia de vi *privata* die Fälle der lex Plotia in sich auf, und würde so nun auch die Strafe der lex Plotia in sich aufgenommen haben.

Conferantur leges *Iulia* et *Pompeia de vi.*

Plautia (s. Plotia) *de reditu Lepidanorum.*

„L. Cinnae, uxoris fratri, et qui cum eo civili discordia Lepidum secuti post necem consulis ad Sertorium confugerant, reditum in civitatem rogatione *Plotia* confecit, habuitque et ipse super ea re contionem." Sueton. Caes. 5. — „Repperi tamen in oratione C. Caesaris, qua *Plautiam* rogationem suasit, *necessitatem* dictam pro *necessitudine*, id est, iure affinitatis." A. Gellius XIII. 3.

Lata est, cum C. Caesar tribunus militum esset, utique post a. u. c. 676. quo anno exercitus M. Lepidi mortui dispersus partim cum M. Perperna in Hispaniam navigarat ad Sertorium. De auctore legis haud constat.

Plautia (s. Plotia) et Papiria.

„Data est civitas *Silvani* lege et *Carbonis*, si qui foederatis civitatibus adscripti fuissent, si tum cum lex ferebatur in Italia domicilium habuissent, et si sexaginta diebus apud praetorem essent professi." pro Archia 4, 7.

„*Silanus* et *Carbo* cos. legem tulerunt, ut omnes, qui essent ex foederatis populis, civitatem Romanam consequerentur, si modo illo tempore, quo lex lata esset, domicilium in Italia haberent et intra diem sexagesimum professi apud praetorem fuissent." Schol. Bob. pag. 353.

Lata est a *M. Plautio Silvano* et *C. Papirio Carbone* tribunis plebis a. u. 664. Errorem Scholiastae, qui alterum legis auctorem *Silanum* et ambo temere *consules* dixit, bene refutavit Orellius in Excursu ad Archianam in Ciceronis Oratt. selectis XV. Turici 1836. p. 459 seqq.

Poetelia *de ambitu.*

„*De ambitu* ab *C. Poetelio* tribuno plebis (a. u. c. 395.), auctoribus patribus, tum primum ad populum latum est; eaque rogatione novorum maxime hominum ambitionem, qui nundinas et conciliabula obire soliti erant, compressam credebant." Liv. VII. 15.

Poetelia et Papiria.

„Eo anno (u. c. 427.) plebei Romanae velut aliud initium libertatis factum est, quod necti desierunt: mutatum autem ius ob unius

feneratoris simul libidinem simul crudelitatem insignem. L. Papirius is fuit, cui cum se C. Publilius ob aes alienum paternum nexum dedisset, quae aetas formaque misericordiam elicere poterat, ad libidinem et contumeliam animum accenderunt; et florem aetatis eius fructum adventicium crediti ratus, primo perlicere adolescentem sermone incesto est conatus, dein postquam aspernabantur flagitium aures, minis territare atque identidem admonere fortunae; postremo cum ingenuitatis magis quam praesentis condicionis memorem videret, nudari iubet verberaque afferri. quibus laceratus iuvenis cum se in publicum proripuisset, libidinem crudelitatemque conquerens feneratoris, ingens vis hominum cum aetatis miseratione atque indignitate iniuriae accensa, tum suae condicionis liberumque suorum respectu, in forum atque inde agmine facto ad curiam concurrit; et cum consules tumultu repentino coacti senatum vocarent, introeuntibus in curiam patribus laceratum iuvenis tergum, procumbentes ad singulorum pedes, ostentabant: victum eo die ob impotentem iniuriam unius ingens vinculum fidei; iussique consules (*C. Poetelius*, *L. Papirius*) ferre ad populum, ne quis, nisi qui noxam meruisset donec poenam lueret, in compedibus aut in nervo teneretur; pecuniae creditae bona debitoris, non corpus obnoxium esset. ita nexi soluti, cautumque in posterum ne necterentur." Liv. VIII. 28. Conf. Varro LL. VI. p. 82. Steph. Suidas s. v. *Γάϊος Λαιτώριος.*

Pompeia *tribunicia.*

„In ista quidem re vehementer Sullam probo, qui tribunis plebis sua lege iniuriae faciendae potestatem ademerit, auxilii ferendi reliquerit; Pompeiumque nostrum ceteris rebus omnibus semper amplissimis summisque effero laudibus; de tribunicia potestate taceo: nec enim reprehendere libet, nec laudare possum." de Legg. III. 9, 22. cf. III. 11, 26.

„Nulla in iudiciis severitas, nulla religio, nulla denique iam existimantur esse iudicia. Itaque a populo Romano contemnimur, despicimur: gravi diuturnaque iam flagramus invidia. Neque enim ullam aliam ob causam populus Romanus tribuniciam potestatem tanto studio requisivit: quam cum poscebat, verbo illam poscere videbatur, re vera iudicia poscebat. Neque hoc Q. Catulum hominem sapientissimum atque amplissimum fugit, qui *Cn. Pompeio* viro fortissimo et clarissimo de tribunicia potestate referente, cum esset sententiam rogatus, hoc initio est summa cum auctoritate usus: *Patres conscriptos iudicia male et flagitiose tueri: quod si in rebus iudicandis populi Romani existimationi satis facere voluissent, non tantopere homines fuisse tribuniciam potestatem desideraturos.* Ipse denique *Cn. Pompeius* cum primum contionem ad urbem consul designatus habuit, ubi id, quod maxime exspectari videbatur, ostendit, se tribuniciam potestatem restituturum, factus est in eo strepitus et grata contionis admurmuratio. Idem in eadem contione cum dixisset, *populatas vexatasque esse provincias, iudicia autem turpia ac flagitiosa fieri; ei rei se providere ac consulere velle:* tum vero non strepitu, sed maximo clamore suam

populus Romanus significavit voluntatem. Nunc autem homines in speculis sunt: observant, quemadmodum sese unusquisque vestrum gerat in retinenda religione conservandisque legibus. Vident adhuc post *legem tribuniciam* unum senatorem vel tenuissimum esse damnatum; quod tametsi non reprehendunt, tamen magnopere quod laudent, non habent. Nulla est enim laus, ibi esse integrum, ubi nemo est, qui aut possit aut conetur corrumpere." Verr. Act. I. c. 15 seq.

„M. Crassus et *Cn. Pompeius* consules facti (a. u. c. 683.) tribuniciam potestatem restituerunt." Liv. Epit. XCVII. — „Primus Sicinius, tribunus plebis, nec multo post Quintius, et postremo Palicanus, perfecerant, ut tribuniciam potestatem populo darent consules *Cn. Pompeius Magnus* et M. Licinius Crassus." Pseudo-Ascon. in Divinat. p. 103. „In invidia tunc *Pompeius* fuit, quod consul redderet populo tribuniciam potestatem." Pseudo-Ascon. p. 147. — „Hoc consulatu *Pompeius* tribuniciam potestatem restituit, cuius Sulla imaginem sine re reliquerat." Vellei. Paterc. II. 30, 4. — Conf. Sueton. Iul. Caes. c. 5.

Pompeia *iudiciaria.*

„Ecquid vides, ecquid sentis, lege *iudiciaria* lata, quos posthac iudices simus habituri? Non aeque legetur quisquis voluerit, nec quisquis noluerit non legetur. Nulli conücientur in illum ordinem, nulli eximentur: non ambitio ad gratiam, non iniquitas ad simulationem coniicietur. Iudices iudicabunt ii, quos lex ipsa, non quos hominum libido delegerit." in Pison. 39, 94.

„*Pompeius* in consulatu secundo (a. u. 698.) promulgavit, ut amplissimo ex censu ex centuriis aliter quam antea lecti iudices, aeque tamen ex illis tribus ordinibus (senatoribus, equitibus et tribunis aerariis), res iudicarent." Ascon. in Pison. p. 16.

„At quae est ista tertia decuria? — Centurionum, inquit. — Quid? isti ordini iudicatus lege Iulia, etiam ante *Pompeia*, Aurelia non patebat? — Census praefiniebatur, inquit. — Non centurioni quidem solum, sed equiti etiam Romano." Philipp. I. 8, 20.

„Summam potestatem moderandi de vectigalibus, sumptibus, iudiciis *(Cn. Pompeius)* senatoribus paucis tradidit. Iudicia tametsi sicut antea tribus ordinibus tradita sunt; tamen iidem illi factiosi regunt, dant, adimunt, quae lubent; innocentes circumveniunt; suos ad honorem extollunt." Salust. de rep. ord. II. 3. Conf. II. 7 et 12.

Ex his intelligitur, quomodo capienda sint Plutarchi verba in Pompeio p. 350. ed. Wech. *τὰς δίκας περιεῖδεν αὖθις εἰς τοὺς ἱππέας νόμῳ μεταφερομένας*, nempe ita: Non modo non adversatus est rogationi *Aureliae*, qua equites in societatem iudiciorum vocantur; sed deinde etiam eodem consulatu confirmavit, lata lege in eandem sententiam, sed adiecto capite de censu. Ern.

Pompeia *de imperio Caesari prorogando.*

„Caesari lege, quam *Pompeius* (iterum consul a. u. 698.) ad populum tulit, prorogatae in idem spatium temporis provinciae." Vellei.

II. 46, 2. — Αἱρεθέντες οὖν ὕπατοι Κράσσος τε καὶ Πομπήϊος Καίσαρι τὴν ἑτέραν πενταετίαν προσεψηφίσαντο. Appian. Bell. Civ. II. 18.

„Duo tempora inciderunt, quibus aliquid contra Caesarem Pompeio suaserim; ea velim reprehendas, si potes: unum, ne quinquennii imperium Caesari prorogaret; alterum, ne pateretur ferri, ut absentis eius ratio haberetur. Quorum si utrumvis persuasissem, in has miserias nunquam incidissemus." Philipp. II. 10, 24. Conf. Trebonia.

Pompeiae *de vi* et *de ambitu*.

„*Pompeius* post diem tertium (quam consulatum solus inierat a. u. c. 701.) de legibus novis ferendis rettulit, duas ex senatus consulto promulgavit: alteram *de vi*, qua nominatim caedem in Appia via factam et incendium curiae et domum M. Lepidi interregis oppugnatam comprehendit, alteram *de ambitu;* poena graviore et forma iudiciorum breviore: utraque enim lex prius testes dari [per triduum], deinde uno die atque eodem et ab accusatore et ab reo perorari iubet, ita ut duae horae accusatori, tres reo darentur." Ascon. in Milon. p. 37. — Perlata lege *Pompeii*, in qua id quoque scriptum erat, ut quaesitor suffragio populi ex iis, qui consules fuerant, crearetur, statim comitia habuit, creatusque est L. Domitius Aenobarbus quaesitor." Ascon. in Milon. p. 39. — „Citati testes secundum legem, quae iubebat, ut prius, quam causa ageretur, testes per triduum audirentur, dicta eorum iudices confirmarent, quarta die adesse omnes in diem posterum iuberentur, ac coram accusatore ac reo pilae, in quibus nomina iudicum inscripta essent, aequarentur; dein rursus postera die sortitio iudicum fieret unius et octoginta: qui numerus cum sorte obtigisset, ipsi protinus sessum irent; tum ad dicendum accusator duas horas, reus tres haberet, reusque eodem die illo iudicaretur; prius autem, quam sententiae ferrentur, quinos ex singulis ordinibus accusator, totidem reus reiiceret, ita ut numerus iudicum relinqueretur, qui sententias ferrent, quinquaginta et unus." Ascon. in Milon. p. 40.

„*Cn. Pompeius* rogatione sua et de re et de caussa iudicavit: tulit enim de caede, quae in Appia via facta esset, in qua P. Clodius occisus esset." pro Milone 6, 15. — „*Cn. Pompeius*, qui tunc tertium consulatum gerebat, tulit legem, ut de ea caede extra ordinem quaereretur." Schol. Bob. p. 276. — „*Pompeius* iusserat, ut de morte Clodii extra ordinem quaereretur, hoc est, eo tempore, quo iudicia silebant. Schol. Gronov. p. 443. — „De morte P. Clodii fuit quaestio non satis prudenter illa quidem constituta. Quid enim attinebat nova lege quaeri de eo, qui hominem occidisset, cum esset legibus quaestio constituta? Quaesitum est tamen." Philipp. II. 9, 22.

„Dixit iudicem operam dare sibi constituisse eo die ipso, quo de Sestio nostro lege *Pompeia* in consilium iri necesse erat. Scis enim dies illorum iudiciorum praestitutos fuisse." ad Att. XIII. 49, 1.

„Maxime vero perspecta est utriusque nostrum exercitatio paullo ante quam perterritum armis hoc studium nostrum conticuit subito et obmutuit: cum lege *Pompeia* ternis horis ad dicendum datis ad causas simillimas inter se vel potius easdem novi veniebamus quotidie." Brut. 94, 324. — „Transeo ad formam et consuetudinem veterum iudiciorum; quae etsi nunc aptior est veritati, eloquentiam tamen illud forum magis exercebat, in quo nemo intra paucissimas horas perorare cogebatur, et liberae comperendinationes erant, et modum dicendi sibi quisque sumebat, et numerus neque dierum neque patronorum finiebatur. Primus haec tertio consulatu *Cn. Pompeius* astrinxit, imposuitque veluti frenos eloquentiae, ita tamen ut omnia in foro, omnia legibus, omnia apud praetores gererentur." Tacit. de orator. c. 38.

„O rem foedam! Nosti hominem: nihil occultavit; in primis nihil esse certius, quam ut omnes, qui lege *Pompeia* condemnati essent, restituerentur." ad Att. X. 4, 8.

Conf. Dio Cassius XXXIX. 37. XL. 52.

Quae in locis allatia de forma iudiciorum per *utramque* legem (et *de ambitu* et *de vi:* vid. Ascon. p. 37.) instituta dicta sunt, Klenzium induxerunt, ut minus accurate singularem legem *Pompeiam de iudiciis* statueret Fragm. legis Servil. p. IV. n. 5. et p. XVI. n. 77. Huius legis fragmentum sibi repperisse visus est vir doctissimus in altera parte tabulae aereae in museo Mediceo asservatae, descripta a Scipione Maffeio Mus. Veron. p. CCCLXXV. Scilicet quae Asconius de pilarum aequatione deque sortitione LI. iudicum tradidit, eorum haud obscura vestigia etiam in illo fragmento exstant, quod hic subiecimus quale a Klenzio est exhibitum:

. . . .
. . OMNIS. IV*dices* . .
. . SI. EASQVE. PILAS. OI (*OMnes?*)
. . CVR. AEQVENTVRQVE . .
. . PR. FACITO. VBEI. PILAE . .
. . SORTICOLIS. SINGOLIS. SING*ilatim. distributis.*
. . SCRIPTVM. ERIT. EIVS. NON . .
ex h. L. PRONONTIATOM. ERIT. EV*m* . .
. . AMQVE. QVAE. IN. EO. TRIBVN(*orum. aerariorum. ordine?*)
. . ALITER. EA. NEI. DELETO. NEIV*e* . .
*Pr. iud*ICES. OMNES. ITEM. SORTIRI. IV*beto* . .
. *sententi*AM. TOLERINT. QVOM. OMNI . .
. . MAT. IN. EAM. TABOLAM. QV . .
. *tess*ERAE. DVAE. AVT. NVLLA. A*mplius* . . . .
. . SVNT. IN. QVIBVS. PILLIS. LI. . .
. . VICIS. SIET. H. L. EAS. PILAS. OM*nes* . .
. . OPORTEBIT. VN . .

Ad legem *Pompeiam de vi* quod attinet, de ea quoque, sicut de ceteris legibus *de vi*, Waechteri disputationem addendam duximus:

Unter allen leges de vi ist die lex Pompeia diejenige, über welche wir theils durch Cicero, besonders aber durch Asconius, die genaue-

sten Nachrichten haben[1]). Wiewohl sie an sich weit weniger wichtig ist, als die lex Plotia und die Iuliae leges, da sie sich bloss auf einen ganz speciellen Vorfall bezieht: so bekommt sie doch, wie sich aus dem Folgenden ergeben wird, ein besonderes Interesse durch die Nachrichten, die uns Asconius über die bei Gelegenheit dieser lex geführten Processe giebt.

T. Annius Milo bewarb sich im Jahr Roms 701 um das Consulat, P. Clodius, ein erbitterter Gegner Milo's, um die Prätur. Clodius suchte auf jede Weise die Wahl Milo's zu verhindern. Während die Sache so unentschieden stand, reiste Milo in Begleitung vieler Sclaven, unter welchen auch Gladiatoren waren, von Rom nach Lanuvium. Clodius, ebenfalls in Begleitung von bewaffneten Sclaven und Gladiatoren, begegnet ihm. Milo's Gladiatoren fangen mit Clodius Begleitern Streit an, einer von ihnen verwundet den Clodius; ein allgemeiner Kampf entsteht. Clodius wird in eine benachbarte Taberne gebracht. Milo lässt die Taberne durchsuchen, Clodius herausreissen, erschlagen und den Leichnam auf der Strasse liegen[2]). Ein Senator, des Weges kommend, bringt den Körper nach Rom; das Volk, aufgereizt von einigen Gegnern Milo's, trägt den Leichnam am andern Tage auf das Forum. Volkstribunen reizen das Volk noch mehr; es bringt endlich auf Austiften eines Sextus Clodius den Leichnam in die Curie, will ihn dort verbrennen, und brennt damit die ganze Curie ab.

Am dritten Tage wurde M. Lepidus zum Interrex ernannt; die Partei der Mitbewerber Milo's um das Consulat umlagerte das Haus des Interrex, um ihn zur Haltung der Comitien zum Zwecke der Consulwahlen zu zwingen und stürmte es endlich. Milo's Partei kam aber dazu; zwischen beiden Parteien entsteht Kampf und die erstere steht nun von Lepidus Hause ab. Das bewaffnete Gegenüberstehn dieser beiden Parteien hinderte die Consulwahlen mehrere Wochen[3]). Endlich wurde, durch Zuthun des Senats, Pompejus zum alleinigen Consul gewählt.

Die angeführten Verbrechen waren der Art, dass der Senat nicht umhin konnte, wegen besonderer deshalb zu ergreifenden Massregeln zu berathen. Er beschloss, dass darüber extra ordinem, aber nach den bestehenden Gesetzen, der Prozess eingeleitet werden solle.

---

[1]) Unbedeutend, und besonders durch die Nachrichten bei Asconius unwichtig, ist, was man bei Cicero Brutus c. 94. und dem Auct. de caus. corrupt. eloqu. c. 38. findet.

[2]) So erzählt wenigstens Asconius im Argum. ad orat. Cic. pro Milone. Am Schlusse seiner Bemerkungen zu Cicero's Rede setzt er noch bei: *Videbantur non ignorasse iudices, inscio Milone initio vulneratum esse Clodium, sed compererant, postquam vulneratus esset, iussu Milonis occisum.* Anders lautet freilich die Erzählung, welche Cicero, als Vertheidiger von Milo, in seiner Oratio pro Milone giebt.

[3]) Näheres über das, was in dieser Zeit geschah, und über die ganze hier berührte Geschichte, so weit es nicht unmittelbar den Gegenstand unserer Untersuchung betrifft, bei Asconius l. c.

Allein noch weiter ging Pompejus, der Milo nicht wohlwollte. Er brachte zwei Gesetze in Vorschlag, das eine de vi, das andere de ambitu: ein Verbrechen, dessen sich Milo ebenfalls schuldig gemacht haben sollte. Den Inhalt beider Gesetze gibt Asconius dahin an: *duas ex SCto promulgavit* (Pompeias leges), *alteram de vi, qua nominatim caedem in via Appia factam et incendium curiae et domum M. Lepidi interregis oppugnatam comprehendit; alteram de ambitu: poenam graviorem, et formam iudiciorum breviorem. Utraque enim lex prius testes dari per triduum, deinde uno die atque eodem et ab accusatore et a reo perorari iubebat, ita ut duae horae accusatori, tres reo darentur*[1]).

Die Gesetze gingen durch. Milo wurde sogleich nach diesen Gesetzen wegen vis und ambitus und sodann nach andern Gesetzen von andern Anklägern noch einmal wegen vis und ausserdem noch de sodaliciis[2]) angeklagt. Alle diese vier Prozesse wurden wirklich gegen ihn durchgeführt. Beim ersten war er anwesend, bei den folgenden abwesend. In allen wurde er verurtheilt. Wenige Tage darauf ging er in das Exil.

Nach ihm wurde, ebenfalls aus der lex Pompeia, M. Saufeius angeklagt, „qui dux fuerat in expugnanda taberna et Clodio occidendo." Er wurde mehr aus Hass gegen Clodius, als aus Gerechtigkeit seiner Sache freigesprochen, allein gleich nachher wieder angeklagt, und zwar *lege Plotia de vi* „quod loca occupasset, et cum telo fuisset antesignanus operarum Milonis". Auch hier wurde er freigesprochen. Viele andere dagegen, und unter ihnen auch S. Clodius, wurden verurtheilt und verbannt.

Diese hauptsächlich von Asconius uns gegebenen Nachrichten sind für die Geschichte des Röm. Criminalrechts überhaupt und insbesondere für die des crimen vis in mannigfacher Hinsicht wichtig. Namentlich geben sie uns einen interessanten Beitrag über die Frage, wie die Römer die Concurrenz von Verbrechen behandelten. Sodann lässt sich, was das zunächst hieher Gehörige betrifft, aus ihnen das Verhältniss der lex Pompeia zur frühern lex de vi bestimmt entnehmen. Die lex Pompeia setzte bloss eine neue, besondere quaestio mit abgekürzten und besondern processualischen Formalitäten für einen speciellen Vorfall fest, für welchen schon die bestehenden leges ausgereicht hätten[3]).

---

[1]) Den processualischen Inhalt der Gesetze giebt Asconius an einer andern Stelle des angeführten Argumentum noch ausführlicher an. Ueberhaupt ist diese ganze Erzählung für den Röm. Criminalprocess sehr interessant und wichtig.

[2]) Cicero erzählt in epist. ad Q. fratrem II. 3. (vom Jahre Rom's 699.): *Senatus consultum factum est, ut sodalitates decuriatique discederent: lexque de iis ferretur, ut, qui non discessissent, ea poena, quae est de vi, tenerentur.* Vgl. auch D. XLVII. 22. (de colleg.) l. 2.

[3]) Deshalb sagt auch Cicero pro Milone: *Hanc quaestionem, etsi non est iniqua, nunquam tamen senatus constituendam putavit. Erant enim leges,*

Allein sie hob diese bestehenden leges nicht auf. Deshalb konnten Milo und Saufeius wegen eines Theils desselben Factums noch ausserdem ex lege Plotia angeklagt werden, nur dass bei dieser Anklage ein anderer, als der von der lex Pompeia genannte Abschnitt des Factums zu Grunde gelegt werden musste.

Endlich dürfte durch jene Erzählung dasjenige vielfach bestätigt werden, was ich über die lex Plotia auszuführen suchte. Es wird durch sie unterstützt die Behauptung, dass es keine besondere lex Lutatia gab. Denn es fiel Gewalt aller Art, vis contra privatos und contra magistratus, und wenn man so will, auch contra rem publicam (durch die Gewaltthätigkeiten in Beziehung auf die Curie) vor, und doch wird nirgends einer Anklage aus einer lex Lutatia, sondern blos der lex Plotia erwähnt. Es wird ferner die Behauptung unterstützt, dass die Unterscheidung einer vis publica von einer vis privata noch gar nicht Statt fand. Denn immer ist blos von einer Anklage wegen vis, von lex Plotia de vi, nirgends aber von vis *publica* die Rede [1]). Bezieht man endlich die oben angeführten Worte von Asconius: „poenam graviorem et formam iudiciorum breviorem" auf beide, von ihm vorher erwähnten leges, die Pompeia de vi und de ambitu, was man wohl muss [2]): so wird auch dadurch meine Vermuthung unterstützt, dass die lex Plotia eine gelindere Strafe, als die aquae et ignis interdictio enthielt. Erst Pompeius hätte dann hiernach für einen Specialfall die aquae et ignis interdictio festgesetzt.

Pompeia *de iure magistratuum.*

Τὸν περὶ τῶν ἀρχαιρεσιῶν νόμον τὸν κελεύοντα τοὺς ἀρχήν τινα ἐπαγγέλλοντας ἐς τὴν ἐκκλησίαν πάντως ἀπαντᾷν, ὥστε μηδένα ἀπόντα αἱρεῖσθαι, παρημελημένον πως ἀνενεώσατο· τό τε δόγμα τὸ μικρὸν ἔμπροσθεν γενόμενον, ὥστε τοὺς ἄρξαντας ἐν τῇ πόλει μὴ πρότερον ἐς τὰς ἔξω ἡγεμονίας, πρὶν πέντε ἔτη παρελθεῖν, κληροῦσθαι, ἐπεκύρωσεν·

---

erant quaestiones vel de caede vel de vi, nec tantum maerorem ac luctum Senatui mors P. Clodii afferebat, ut nova quaestio constitueretur.

[1]) Garatonius in seinem Commentar zu Cicero's Rede pro Milone (Orelli, Ciceronis orat. pro Milone cum comment. G. Garatonii etc. Lips. 1826. p. 172.) sagt: Das incendium curiae und die oppugnatio domus interregis habe zur vis publica, die caedes Clodii zur vis privata gehört. Allein Garatonius führt durchaus keine Beweise hiefür an, und dass sich keine dafür anführen lassen, ergiebt sich aus dem Angeführten.

[2]) Schon die Wortfassung ist dafür, und dann auch das gleich darauf Folgende: *utraque enim lex* etc., wiewohl dieses bloss von der *forma* iudiciorum handelt. Dieser Ansicht ist auch Sigonius. Auch Manutius sagt, dass die lex Pompeia poenam graviorem, quam reliquae de vi superiores leges enthalten habe. Allein in der Sache widerspricht er sich freilich sehr. Denn er sagt später bei der lex Iulia, dass die aquae et ignis interdictio auch die lex Pompeia „et ante Pompeiam Plautia et aliae quoque superiores leges ut puto sanxerunt." Wo soll denn nun die poena *gravior* der lex Pompeia sein?

οὐδ' ᾐσχύνθη μὲν τότε τοιαῦτα γράψας, ὕστερον δὲ οὐ πολλῷ αὐτός τε τὴν Ἰβηρίαν ἐς πέντε ἄλλα ἔτη λαβών, καὶ τῷ Καίσαρι καὶ ἀπόντι αἰτῆσαι τὴν ὑπατείαν, ὥσπερ ἐψήφιστο δούς. προσέγραψε γὰρ τῷ νόμῳ τὸ μόνοις αὐτὸ ἐξεῖναι ποιεῖν, οἷς ἂν ὀνομαστί τε καὶ ἄντικρυς ἐπιτραπῇ. διέφερε δ' οὐδὲν τοῦτο τοῦ μηδ' ἀρχὴν κεκωλῦσθαι. πάντως γὰρ οἵ τι δυνάμενοι καὶ ἐκεῖνο ψηφισθῆναι σφίσι διαπράξασθαι ἔμελλον. Dio Cass. XL. 56.

„Acciderat, ut is *(Cn. Pompeius)* legem de iure magistratuum ferens, eo capite, quo a petitione honorum absentes submovebat, ne Caesarem quidem exciperet, per oblivionem: ac mox, lege iam in aes incisa et in aerarium condita, corrigeret errorem." Sueton. Iul. Caes. cap. 28.

„Idem *(Cn. Pompeius)* tertio consulatu contendit, ut decem tribuni plebis ferrent, ut absentis (Caesaris) ratio haberetur: quod idem ipse sanxit lege quadam sua Marcoque Marcello consuli finienti provinciis Galliis Kalendarum Martiarum diem restitit." ad Att. VIII. 3, 3. — Conf. Philipp. II. 10.

PORCIAE *de provocatione.*

„Idem (P. Valerius), in quo fuit Poplicola maxime, legem ad populum tulit eam, quae centuriatis comitiis prima lata est, ne quis magistratus civem Romanum adversus provocationem necaret neve verberaret. Provocationem autem etiam a regibus fuisse, declarant pontificii libri, significant nostri etiam augurales: itemque ab omni iudicio poenaque provocari licere, indicant XII. tabulae compluribus legibus: ut, quod proditum memoria est, X. viros, qui leges scripserint, sine provocatione creatos, satis ostenderit, reliquos sine provocatione magistratus non fuisse: Luciique Valerii Potiti et M. Horatii Barbati, hominum concordiae causa sapienter popularium, consularis lex sanxit, ne qui magistratus sine provocatione crearetur. Neque vero leges *Porciae*, *quae tres sunt trium Porciorum*, ut scitis, quicquam praeter sanctionem attulerunt novi." de Rep. II. 31, 54.

Hic unus locus est, in quo *tres Porciae* leges de provocatione memorantur, cum et Cicero alibi et ceteri scriptores, ut statim videbis, ommisi *unam Porciam* laudent:

PORCIA *de provocatione.*

„M. Valerius consul de provocatione legem tulit diligentius sanctam. - - - *Porcia* tamen lex sola pro tergo civium lata videtur, quod gravi poena, si quis verberasset necassetve civem Romanum, sanxit. Valeria lex cum eum qui provocasset virgis caedi securique necari vetuisset, si quis adversus ea fecisset, nihil ultra quam improbe factum adiecit." Liv. X. 9. — „Quamobrem in sententiam non addidisti, uti prius verberibus in eos animadverteretur? An, quia lex *Porcia* vetat? At aliae leges item condemnatis civibus animam non eripi sed exsilium permitti iubent." Salust. Catil. 51, 22. — „Postquam res publica adolevit et multitudine civium factiones valuere, circumvenire

innocentes, alia huiuscemodi fieri coepere. tum lex *Porcia* aliaeque paratae, quibus legibus exsilium damnatis permissum." Salust. Catil. 51, 40. — „An de servis alienis contra legem Fabiam retentia aut de civibus Romanis contra legem *Porciam* verberatis aut necatis plura dicenda sunt, cum tanto studio C. Rabirius totius Apuliae, singulari voluntate Campanae vicinitatis ornetur?" pro Rabir. 3, 8. — „*Porcia* lex virgas ab omnium civium Romanorum corpore amovit: hic misericors flagella rettulit. *Porcia* lex libertatem civium lictori eripuit: Labienus, homo popularis, carnifici tradidit." pro Rabir. 4, 12. — „Tu mihi etiam legis *Porciae*, tu C. Gracchi, tu horum libertatis, tu cuiusquam denique hominis popularis mentionem facis, qui non modo suppliciis inusitatis, sed etiam verborum inaudita crudelitate, violare libertatem huius populi, tentare mansuetudinem, commutare disciplinam conatus es?" pro Rabir. 4, 13. — „O nomen dulce libertatis! o iua eximium nostrae civitatis! o lex *Porcia* legesque Semproniae! o graviter desiderata et aliquando reddita plebi Romanae tribunicia potestas! Hucine tandem omnia reciderunt, ut civis Romanus in provincia populi Romani, in oppido foederatorum, ab ea, qui beneficio populi Romani fasces et secures haberet, deligatus in foro virgis caederetur?" Verr. V. 63, 163. conf. Gellius X. 3, 13. — „Atque is cum eiusmodi sit, tamen audet dicere: *O fortunatam natam me consule Romam!* Te consule fortunatam, Cicero? immo vero infelicem et miseram, quae crudelissimam proscriptionem civium perpessa est, cum tu perturbata re publica metu perculsos omnes bonos parere crudelitati tuae cogebas; cum omnia iudicia, omnes leges in tua libidine erant; cum tu, sublata lege *Porcia*, erepta libertate, nostrum omnium vitae necisque potestatem ad te unum revocaveras." Pseudosalust. in Cic. 1, 5.

M. Porcii Catonis Censorii hanc legem esse existimat P. Manutius. Sed si haec lex est eadem, quae *de provocatione* laudatur, quod mihi fit verisimile, quando utrumque ad libertatem civium pertinet, non Catonis est ea lex, sed *P. Porcii Laecae* tribuni plebis a. u. 556.: quod placet etiam Pighio ad hunc annum (Ann. Rom. T. II. p. 255 sq.), Sigonio et Ant. Augustino. An haec lex imperatoribus ius in capita civium ademerit in bello, quaeri potest. Sed recte negant Sigonius et Dukerus ad Livii Epit. 57. Ern. (Cfr. tamen Sal. Iug. 69, 4. Or.) Pighium ut eam *P. Laecae* adscriberet adduxit denarius argenteus antiquissimus (conf. Eckbel. num. vet. t. V. p. 286.), in quo apparet togatus rei habitu, manibus sub toga supplicis in modum iunctis, stans ante magistratum, qui dextram supra caput rei extendit. Accedit cum virgis lictor unaquaque manu unam tenens. Hisce subscriptum PROVOCO. Ab altera parte denarii Romae galea tectum caput expressum est cum litteris hisce: P. LAECA. Zumptius autem (ad Ciceronem in Verr. l. l.), quia in lege Porcia nihil de provocatione videatur fuisse, legem Porciam non putat ad P. Porcium Laecam tribunum plebis (coll. Bachio in hist. Iurispr. Rom. lib. II. cap. 2. §. 35.) pertinere, sed ad celebrem illum M. Porcium Catonem, qui sese *pro scapulis* dixisse apud Festum sub ea voce tradit. Sed in lege Porcia nihil de provocatione fuisse satis

temere a Zumptio dictum videtur, cum et Cicero de Rep. et Livius l. l. manifestissime eam legibus de provocatione adnumeraverint; neque M. Catonem, si pro scapulis dixit, ideo etiam pro iis legem tulisse necesse sit. Est tamen, quo non solum P. Laecae et M. Catoni satis facere possimus, sed tertio quoque Porcio: nam leges Porciae (de provocatione) teste Cicerone *tres* sunt *trium* Porciorum: quarum nemo maiore iure unam sibi vindicabit quam P. Porcius Laeca.

PORCIA *de provincialibus sumptibus.*

„Siciliam M. Marcellus, Sardiniam *M. Porcius Cato* (praetor a. u. 555.) obtinebat, sanctus et innocens, asperior tamen in fenore coërcendo habitus. fugatique ex insula feneratores et sumptus, quos in cultum praetorum socii facere soliti erant, circumcisi aut sublati." Livius XXXII. 27.

Eodem respicere videntur, quae leguntur in plebiscito de Thermensibus (in Hauboldi Antiq. Rom. Monum. Leg. p. 137.):

NEI QUIS MAGISTRATUS PROVE MAGISTRATU LEGATUS NEU QUIS ALIUS NEIVE INPERATO QUO QUID MAGIS IEI DENT PRAEBEANT AB IEISVE AUFERATUR NISEI QUOD EOS EX LEGE PORTIA DARE PRAEBERE OPORTET OPORTEBIT.

PORCIAE.

C. Catonis tribuni plebis a. u. c. 697.

„Sic legibus perniciosissimis obsistitur, maxime *Catonis.*" ad Q. Fr. II. 6, 5.

„*C. Cato* legem promulgavit (a. u. 698.) de imperio Lentulo abrogando." ad Q. Fr. II. 3, 1.

Vid. Pighius Ann. Rom. T. III. p. 381. et Onomasticon s. v. C. PORCIUS CATO.

DE PROVINCIIS: *Cornelia, Iulia.*

DE PROVOCATIONE: *Duilia, Valeriae* et *Horatiae, Porciae, Antonia.*

PUBLILIA *de plebeiis magistratibus tributis comitiis faciendis.*

„*Voleronem (Publilium)* amplexa favore plebs proximis comitiis tribunum plebi creat in eum annum, qui L. Pinarium P. Furium consules habuit (u. c. 281.). contraque omnium opinionem, qui eum vexandis prioris anni consulibus permissurum tribunatum credebant, post publicam causam privato dolore habito, ne verbo quidem violatis consulibus rogationem tulit ad populum, *ut plebeii magistratus tributis comitiis fierent.* haud parva res sub titulo prima specie minime atroci ferebatur, sed quae patriciis omnem potestatem per clientium suffragia creandi quos vellent tribunos auferret. huic actioni gratissimae plebi cum summa vi resisterent patres, nec, quae una vis ad resistendum erat, ut intercederet aliquis ex collegio auctoritate aut consulum aut principum adduci posset, res tamen suo ipsa molimine gravis certami-

nibus in annum extrahitur. plebs Voleronem tribunum reficit. patres ad ultimum dimicationis rati rem venturam, Ap. Claudium Appii filium, iam inde a paternis certaminibus invisum infestumque plebi, consulem faciunt. Principio statim anni (u. c. 282.) nihil prius quam de lege agebatur. sed ut inventor legis Volero, sic Laetorius collega eius auctor cum recentior tum acrior erat. - - - Victus patrum consensu (Appius) quievit. lex silentio perfertur. tum primum tributis comitiis creati tribuni sunt." Liv. II. 56. 57. — „Varia fortuna belli, atroci discordia domi forisque annum exactum insignem maxime comitia tributa efficiunt, res maior victoria suscepti certaminis quam usu. plus enim dignitatis comitiis ipsis detractum est patribus ex concilio summovendis, quam virium aut plebi additum est aut demptum patribus." Liv. II. 60. — Conf. Dion. Halic. IX. 41. 43.

Publiliae

Q. Publilii Philonis dictatoris a. u. c. 414.

„Dictatura popularis et orationibus in patres criminosis fuit, et quod tres leges secundissimas plebi, adversas nobilitati tulit,

Unam, *ut plebiscita omnes Quirites tenerent;* (Conf. Valeriae et Horatiae, Hortensia.)

Alteram, *ut legum, quae comitiis centuriatis ferrentur, ante initum suffragium patres auctores fierent;* (conf. Maenia.)

Tertiam, *ut alter utique ex plebe*, cum eo ventum sit, ut utrumque plebeium consulem fieri liceret (Liv. VII. 42.), *censor crearetur*." Liv. VIII. 12.

Pupia *de senatu habendo.*

„Senatus haberi ante Kalendas Februarias per legem *Pupiam* non potest: neque mense Februario toto nisi perfectis aut reiectis legationibus." ad Fam. I. 4, 1. — „Comitialibus diebus, qui Quirinalia sequuntur, Appius interpretatur non impediri se lege *Pupia*, quo minus habeat senatum, et, quod Gabinia sanctum ait, etiam cogi ex Kal. Febr. usque ad Kal. Mart. legatis senatum quotidie dari: ita putantur detrudi comitia in mensem Martium." ad Q. fr. II. 13, 3.

Pighius banc legem tribuit *Cn. Pupio* tribuno plebis a. u. c. 529.

Remmia *de calumniatoribus.*

„Ita tamen quaestus te cupidum esse oportebat, ut horum existimationem et legem *Remmiam* putares aliquid valere oportere." pro Roscio Amer. 19, 55. — „*Legem Remmiam*] Qua, qui calumniabatur, damnabatur, si crimen approbare non poterat." Schol. Gronov. p. 431.

Remmia (pro quo volgg. edd. *Memmia* habent, quidam etiam *Remniam* dicunt, utrumque male, et repugnantibus Codd. melioribus, cum Ciceronianis, tum Digestorum, in quibus de hac lege est XLVIII. 16.) Quo auctore et quo anno lata sit, non constat. Hoc ex Cicerone pro S. Roscio Amer. c. 19. intelligi potest, fuisse oppositam impudentiae calumniatorum, ne scil. liceret quemvis vel innocentem

impune accusare, eique molestiam creare sine causa. Ex c. 20. autem colligitur, calumniatorum fronti litteram fuisse inustam. Quae autem inuri solita sit, de eo non satis certo constat. Nam etsi valde probabilis est eorum opinio, qui *K.* inustam putant, quod ea prima littera est vocis *calumnia*, e veteri scribendi ratione, quae *kalumnia* scribebat (v. Vossius Aristarch. I. 17.): tamen non est omni ex parte certa, sed coniectura tantum nititur; quando nemo vett. est eius rei auctor. [Cf. Garaton. ad Cic. l. l. et Gierig. ad Plin. Panegyr. c. 35. De *k* littera in voce *calumnia* vid. Forcellini Thes. s. h. v. *R.*] Frustra ad Paullum provocat Vossius. Nihil de littera dicit. Hoc poenae genus sustulit deinde Constantinus M. Vid. Menard. ad Cic. l. c. [Quamquam e Plinii l. l. probabile sit, iam ante eum intermissum fuisse. *R.*] Extat *Brencmanni* eruditus de hac lege libellus. Ern.

De Repetundis. Vid. De Pecuniis Repetundis.

Roscia *theatralis*.

„*L. Roscius* tribunus plebis (a. u. c. 686.) legem tulit, ut equitibus Romanis in theatro quattuordecim gradus proximi assignarentur." Liv. Epit. XCIX. — „*Rosciam* (legem plebs) non modo accepit, sed etiam efflagitavit.] *L. Roscius Otho* biennio ante (quam oratio pro Cornelio habebatur) confirmavit, in theatro ut equitibus Romanis quattuordecim ordines spectandi gratia darentur." Ascon. in Cornel. p. 78 sq. — „*Otho Roscius* lege sua equitibus in theatro loca restituit." Vellei. II. 32, 3. — Conf. Dio Cass. XXXVI. 25.

„Illud audaciae tuae, quod sedisti in quattuordecim ordinibus, cum esset lege *Rosciâ* decoctoribus certus locus constitutus, quamvis quis fortunae suae vitio, non suo, decoxisset." Philipp. II. 18, 44.

„*L. Otho* equestri ordini restituit non solum dignitatem, sed etiam voluptatem. Itaque lex haec, quae ad ludos pertinet, est omnium gratissima, quod honestissimo ordini cum splendore fructus quoque iucunditatis est restitutus." pro Murena 19, 40.

„*Rosciae* legi, etiam frumentariae, minitabantur." ad Att. II. 19, 3.

Ea sancitum est, ne quis in quattuordecim gradibus orchestrae, in qua senatores sedebant, proximis sederet, nisi qui eques et equestri censu esset. Itaque si quis censum decoxisset eques, non licebat ei inter equites sedere. Cic. Phil. II. 18. Nam decoctoribus cuiuscumque ordinis, ut ex eodem loco constat, certus locus assignatus in theatro erat, neque solum his, qui suo, sed etiam qui fortunae vitio decoxissent. In Or. pro Muren. c. 19. bis dicitur lex haec equitibus dignitatem et voluptatem *restituisse:* quo verbo utitur etiam Velleius II. 32. (ubi vid. Intt.) Ex quo colligere licet, equites iam antiquioribus temporibus separatim a plebe sedisse: nisi quis velit *restituere* intelligere *praestare*, ut saepe est in legibus. Vid. Glossa. Nomic. Cod. Theod. in h. v. Ceterum quas turbas haec lex consule Cicerone dederit, cum plebi in mentem venisset, sibi eam legem ignominiae esse, et quomodo eae a Cicerone oratione aliqua, quae intercidit (ad Attic. II. 1.), com-

positae sint, vid. sp. Plutsrcb. in Vita Ciceroois et Plio. VII. 30. ubi v. Harduio. Eam secuta est lex *Iulia* de eadem re. Plin. XXXIII. 2. Ern. Conf. I. Lipsius ad Tacit. Ann. XV. 32.

Rulli *agraria*. Vid. Servilia *agraria*.

Rupiliae.

„Cum seoatus consultum intercederet, cuius consulto *P. Rupilius* (pro coosule a. u. 622.) de decem legatorum sententia leges in Sicilia constituerat; cum omnes ante te prsetorem *Rupilias* leges et in ceteria rebus et in iudiciis maxime servsssent: tu ausus es pro nihilo prae tua praeda tot res saoctissimas ducere." Verr. II. 16, 40. — „Hic est *P. Rupilius*, qui quondam ex publicano dictus roosul postes de decem legatorum sententia leges Siculis conscripsit." Pseudo-Ascooiua p. 212. — Conf. Vsler. Msx. VI. 9, 8.

Rupiliae *de cooptando senatu Heracliotarum.*

„Eo quoque (Heracliam) colonos *P. Rupilius* deduxit, legesque similes (legibus Scipionis) de cooptando senatu et de numero veterum ac novorum dedit." Verr. II. 50, 125.

Rupilia *de iudiciis.*

„*P. Rupilius* leges ita Siculis ex senatus consulto de decem legatorum sententia dedit, ut cives inter sese legibus suis sgerent." Verr. lib. II. 37, 90. — „Siculi boc iure sunt, ut, quod Siculus cum Siculo non eiusdem civitatis (agat), de eo praetor iudices ex *P. Rupilii* decreto, quod is de decem legstorum sententia statuit, quam illi legem *Rupiliam* vocant, sortistur." Verr. II. 13, 32. — „Interea dies advenit, quo die sese ex instituto sc lege *Rupilia* dicas sortiturum Syracusis iste edixerst: paratus ad hanc dicam sortiendam venerat. Tum eum docet Heraclius, non posse eo die sortiri, quod lex *Rupilia* vetaret diebus XXX. sortiri dicam, quibus scripta esset." Verr. II. 15, 37. Cf. II. 13, 34. II. 15, 38. II. 16, 39. II. 17, 42. II. 18, 44. II. 24, 59.

Rupilia *de re frumentaria.*

„Segestam, item ad immunem civitatem, Venerius Symmachus decumanus immittitur. Is sb isto (Verre) litteras affert, ut sibi contra omnia senatus consulta, contra omnia iura, contraque legem *Rupiliam* extra forum vadimonium promittant aratores." Verr. III. 40, 92.

Sacratae

leges bse dici putantur in primis, quae in monte Sacro a. u. 260. secessione populi facta, latae sunt, unde ipsi illi nooti oomeo haesit. Liv. II. 33:

„Agi deio de coocordis coeptum, concessumque in condiciones, ut plebi sui magistratus essent sacrosancti, quibus auxilii latio adversus

consules esset, neve cui patrum capere eum magistratum liceret. ita tribuni plebei creati duo, C. Licinius et L. Albinus. hi tres collegas sibi creaverunt. in his Sicinium fuisse, seditionis auctorem; de duobus, qui fuerint, minus convenit. sunt qui duos tantum in Sacro monte creatos tribunos esse dicant, ibique *sacratam legem* latam."

Earum mentio apud Ciceronem saepe, in primis in iis orationibus, in quibus in Clodiam legem, contra se latam, invehitur, quod ea legibus sacratis vim attulerat. pro Sestio 7, 16. 30, 65. 37, 79. pro domo 17, 43. de Offic. III. 31, 111. de Legg. II. 7, 18. [de provinc. consul. 19, 46.] Locus in primis illustris est in Cornelianae I. fragm. (apud Asconium p. 75 seq. ed. Bait.): *Tanta igitur in illis* (nempe veteribus Romanis) *virtus fuit, ut anno XVI. post reges exactos propter nimiam dominationem potentium secederent, leges sacratas ipsi sibi restituerent, duos tribunos crearent, montem illum trans Anienem, qui hodie mons Sacer nominatur, in quo armati consederant, aeternae memoriae causa consecrarent.* Ad quem locum male Asconius („Inducor magis librariorum hoc loco esse mendam, quam ut Ciceronem parum proprio verbo usum esse credam. Illo enim tempore, de quo loquitur, quod fuit post XVI. annos quam reges exacti sunt, plebs sibi leges sacratas non restituit [nunquam enim tribunos plebis habuerat], sed tum primum eas constituit."), in monte Sacro *primum* sacratas latas dicit et verba Ciceronis sollicitat, ut ex sequentibus patebit.

Leges autem sacratas apud Livium tres reperimus, seu legis sacratae in monte Sacro latae tria capita potius (*sacratam* enim *legem* dicit l. c. et *sacratae leges* per enallagen pro *sacrata* dici possunt; vid. *Leges Titiae.*):

1) *ut tribuni quotannis quinque de plebe crearentur, qui auxilio plebi adversus consules essent;*
2) *ut iidem tribuni plebis sacrosancti essent*;
3) *ut soli plebeii tribuni fierent.*

Sigonius de I. C. R. I. 6. duas alias addit:

1) *ne de capite civis nisi centuriatis comitiis ageretur;*
2) *ne privilegia*, h. e. rogationes in homines singulos, *ferri liceret.*

Et dicuntur sane sacratae leges apud Ciceronem pro domo et pro Sestio. Sed capita illius legis sacratae fuisse, quae in Sacro monte lata est, non videntur. Decepit virum doctissimum multosque alios, quod sacratas leges a Sacro monte dici, et nullas praeterea alias putarunt. Mihi antiquiores hae duae leges videntur, et forte aut capita legis *Valeriae* de provocatione, aut tamen ab eodem sigillatim latae, ac deinceps in XII. Tabulas tralatae. Nam lex de provocatione ipsa est sacrata, ut e Liv. II. 8. intelligitur, et illud *de capite civis* diserte ad legem de provocatione refertur a Dionysio Lib. V. p. m. 334. Leges autem hae sacratae dicuntur propterea, *quod caput eius, qui contra fecit, consecratur.* Haec enim est una e tribus vel duabus sacrandarum sanctionum formis, quae apud Ciceronem pro Balbo c. 14.

et in Cornel. fragm. commemorantur, de quibus vide interpretes et Schwarzii Dissert. de Detestatione Sacr. Nam hanc ipsam ob causam etiam tribuni plebis sacrosancti sunt, quod eius caput sacrum est, qui eos violavit, ut e Rabiriana intelligi potest. Cf. Budaeus ad Pandect. p. m. 334. Itaque etiam illa *Valeria Horatia* ap. Liv. III. 55. sacrata lex est. Nam alias *sacratas leges*, praeter eas quinque, quas Sigonius facit, in monte Sacro perlatas, fuisse, nemo negare potest, qui Livium attente legit. L. III. c. 32. concedunt patribus plebeii de decemviris, modo *ne lex Icilia de Aventino aliaeque sacratae leges abrogarentur*. Ex quo intelligitur, etiam *Iciliam* sacratam fuisse. L. VII. c. 41: *Lex quoque sacrata militaris lata est, ne cuius militis scripti nomen, nisi ipso volente, deleretur. additumque legi, ne quis, ubi tribunus militum fuisset, postea ordinum ductor esset.* Memorat idem *legem sacratam Volscorum*, Hetruscorum aliorumque populorum, qua milites legebantur (Vid. L. IX. c. 39.): unde *sacrati milites* ibid. c. 40. In eandem sententiam Perizonius, in Animadversionibus, de legibus sacratis tradidit. Est locus c. 10. p. 418. Ceterum locus ille classicus et praecipuus ex oratione pro Balbo et Corneliana fugiebat tum summum virum: item alter ille Livianus de sacrata militari. Illud unum addam, *legem Valeriam* eadem formula sanciri, qua sacrata tribunicia, ap. Dionys. L. VI. p. 410. Ern.

De *sacratis* legibus praeter locos ab Ernestio allatos, quibus addas Liv. II. 54. IV. 26. V. 11. XXXVI. 38. XXXIX. 5. Cic. pro M. Tullio 47. 49., conferendus in primis Festus:

„*Sacratae* leges sunt, quibus sanctum est, qui quid adversus eas fecerit, *sacer* alicui deorum sit cum familia pecuniaque. sunt qui esse dicant *sacratas*, quas plebes iurata in monte *Sacro* sciverit."

„Quae *κατ᾽ ἐξοχὴν* dicitur *sacrata* lex, scilicet lex *tribunicia*, eius formula apud Ciceronem de Legg. III. 4. haec legitur:

Plebes quos pro se contra vim auxilii ergo creassit tribuni eius sunto. quodque ii prohibessint quodque plebem rogassint ratum esto. sanctique sunto neve plebem orbam tribunis relinquunto.

Dionysius vero Halicarnassensis eam sic exprimit (VI. 89.):

Δήμαρχον ἄκοντα ὥσπερ ἕνα τῶν πολλῶν μηδεὶς μηδὲν ἀναγκαζέτω δρᾷν μηδὲ μαστιγούτω μηδὲ ἐπιταττέτω μαστιγοῦν ἑτέρῳ μηδὲ ἀποκτιννύτω μηδὲ ἀποκτείνειν κελευέτω. ἐὰν δέ τις τῶν ἀπηγορευμένων τι ποιήσῃ, ἐξάγιστος ἔστω καὶ τὰ χρήματα αὐτοῦ Δήμητρος ἱερά· καὶ ὁ κτείνας τινὰ τῶν ταῦτα εἰργασμένων φθόνου καθαρὸς ἔστω.

Huc pertinent etiam ea, quae Festus habet s. v. *Sacer Mons:*

„At homo sacer is est, quem populus iudicavit ob maleficium, neque fas est eum immolari; sed, qui occidit, parricidii non damnatur. nam lege tribunicia prima cavetur: *Si quis eum, qui eo plebei scito sacer sit, occiderit; parricida ne sit.*"

Scatiniae.

„Quod autem municipium non contemnit is, qui Aricinum tanto opere despicit, vetustate antiquissimum, iure foederatum, propinquitate

paene finitimum, splendore municipiuiu bonestissimum? Hinc Voconiae, hinc *Scatiniae* (alii *Atiniae)* leges; hinc multae sellae curules et patrum memoria et nostra; hinc equites Romani lautissimi et plurimi." Philipp. III. 6, 5.

Scatinia s. Scantinia *de nefanda Venere.*

„Quibus cum parum procederet, ut ulla lege mihi ponerent accusatorem, compellari ea lege me voluerunt, qua dicere non poterant: insolentissimi homines summis Circensibus ludis meis postulandum me lege *Scantinia* curant. Vix hoc erat Pola elocutus, cum ego Appium censorem eadem lege postulavi." Caelius, ad Fam. VIII. 12, 3. — „Curre, per deos atque homines, et quam primum haec visum veni: legis *Scantiniae* iudicium apud Drusum fieri, Appium de tabulis et signis agere." Caelius, ad Fam. VIII. 14, 4.

Lata est a *Scatinio* tribuno plebis anno urbis dubium quo *in molles et effeminatos, qui nefanda Venere uterentur*, h. e. aut ipsi muliebria paterentur aut pueris vim facerent, quibus poenam decem milium nummorum statuebat. [Cf. Quintil. Instit. Orat. IV. 2, 69 et VII. 4, 42.] Ex Ciceronis loco Philipp. III. 6. [si modo vera est lectio *Scatiniae*] intelligitur legislatorem Aricinum fuisse. Vid. plura ap. Gravin. Origg. Iur. R. p. 433. ed. nov. inprimis Christium V. Cel. de Lege Scatinia. Ern.

Ex scriptoribus antiqnis eam praeter Ciceronem commemorant Iuvenalis Sat. II. 44. Suetonius Domitiano 8. Tertullianus de monogamia 12. Ausonius epigr. 88, 4. Prudentius peristephanon X. 203. Nonnulli hanc legem nomen habere a *C. Scantinio Capitolino* arbitrantur, cui M. Claudius Marcellus aedilis (a. u. c. 527.) diem ad populum dixit, quod filium suum de stupro appellasset. Vid. Plutarchi Marcell. c. 2. Valer. Max. VI. 1, 7. Quod si ita se res habet, ait Pighius Ann. Rom. T. II. p. 117., vel quia primus fuit ipse ob hoc crimen damnatus, sic appellata videtur: vel necesse est, ut ante tribunus plebis eandem tulerit legeque sua damnatus fuerit. Quod tamen minime tacuissent, opinor, Plutarchus et Valerius, qui inter rara exempla Licinium Stolonem celebrant suamet lege agraria damnatum. Ipse Pighius eam temere anno u. c. 601. assignavit.

Scipionis. Vid. Corneliae *de senatu cooptando Agrigentinorum.*

Scriboniae.

„*(Curio)* legem *viariam*, non dissimilem agrariae Rulli, et *alimentariam*, quae iubet aediles metiri, iactavit." Caelius ad Famil. VIII. 6, 5.

Scribonia *viaria.*

Lata a *C. Scribonio Curione*, tribuno plebis a. u. 703., *de viis muniendis.* Ad hanc ferendam legem quid Curionem impulerit, docet Appianus B. C. L. II. p. 732. ed. Toll. [cap. 26 seq.]: nempe quod

aere alieno oppressus pecuniam acceperat a Caesare, ne sibi in tribunatu adversaretur. Hanc mercedem ne frustra accepisse et Pompeianis aliqua ratione adversari videretur, quod facile intelligebat, eos huic legi repugnaturos esse: *Εἰσηγεῖτο βαρυτάτας ὁδῶν πολλῶν ἐπισκευάς τε καὶ κατασκευάς, καὶ αὐτὸν ἐπιστάτην αὐτῶν ἐπὶ πενταετὲς εἶναι*: quae verba similitudinem eius cum *Servilia agraria Rulli* satis demonstrant. [Ut enim P. Servilius Rullus in ea lege, quam de agris dividendis in tribunatu ferre conatus est, hoc petiit, ut ipse primus decemvir, qui agros divideret, crearetur: item Curio, cum viariam legem ferret, eam sibi ipse curationem in quinquennium petebat; quod per leges non licere Cicero in agraria II. 8. declarat. Manutius.] Sed fortasse etiam eadem ornamenta potestatis, eandem potestatem in provinciis dedit, quam *lex Servilia*. Ex ep. ad Att. VI. 1. cet. mihi videtur colligi posse, constitutum fuisse vectigal aerario solvendum, in vehicula, esseda, rhedas, lecticas, equos etc., quibus in itineribus uterentur, ut ea pecunia in viis muniendis consumeretur. Nam cum Vedius Ciceroni obvius factus esset cum duobus essedis et rheda, equis iuncta, et lectica et familia magna; horum causa dicit Cicero, Vedio solvendum ex lege Curionis, si perferatur, sestertia centena. Id vectigal simile fuisset ex parte ei, quod nos dicimus *Geleite*, quod in vias muniendas impenditur, hoc certe sub titulo exigi solet. Quidam hanc legem male *Vivariam* aut *Vinariam* aut *Vineariam* appellant. v. Contarenus de Frum. Larg. c. 9. Lips. Elect. I. 8. Ern. Miro errore Pighius hanc *viariam* legem tribuit *C. Scribonio Curioni* tribuno plebis a. u. 663., cum Caelius in epistola sua scripta a. u. 703. diserte dicat: „Hoc nondum fecerat (Curio), cum priorem partem epistolae scripsi."

Scribonia *alimentaria*,

fortasse de frumento plebi gratis dividundo, ut infimorum hominum studia sibi compararet, quod antea quoque seditiosi tribuni plebis, primum C. Gracchus, deinde Saturninus, postremo P. Clodius, Ciceronis inimicus, tentaverat. Manutius.

Sempronia *de pecunia credita.*

„Instabat cura alia (a. u. 560.) quod civitas fenore laborabat, et quod cum multis fenebribus legibus constricta avaritia esset, via fraudis inita erat, ut in socios, qui non tenerentur iis legibus, nomina transscriberent: ita libero fenore obruebant debitores. cuius coërcendi cum ratio quaereretur, diem finiri placuit Feralia quae proxime fuissent, ut qui post eam diem socii civibus Romanis credidissent pecunias, profiterentur, et ex ea die pecuniae creditae, quibus debitor vellet legibus ius creditori redderetur. inde postquam professionibus detecta est magnitudo aeris alieni per hanc fraudem contracti, *M. Sempronius (Tuditanus)* tribunus plebis ex auctoritate patrum plebem rogavit, plebesque scivit, *ut cum sociis ac nomine Latino pecuniae creditae ius idem quod cum civibus Romanis esset.*" Liv. XXXV. 7.

SEMPRONIAE *Ti.* et *C. Gracchorum.*

„Vere dicam, Quirites, genus ipsum legis agrariae vituperare non possum. Venit enim mihi in mentem, duos clarissimos, ingeniosissimos, amantissimos plebis Romanae viros, *Ti.* et *C. Gracchos*, plebem in agris publicis constituisse, qui agri a privatis antea possidebantur." de lege agr. II. 5, 10.

SEMPRONIAE *Ti. Gracchi.*

„*Ti. Gracchus* Ti. Gracchi clarissimi atque eminentissimi viri filius, P. Africani ex filia nepos, tribunus plebis creatus P. Mucio Scaevola L. Calpurnio cosa., descivit a bonis, pollicitusque toti Italiae civitatem, simul etiam promulgatis *agrariis* legibus, summa imis miscuit et in praeruptum atque anceps periculum adduxit rem publicam, Octavioque collegae pro bono publico stanti imperium abrogavit. Triumviros agris dividendis colonisque deducendis creavit se soecerumque suum consularem Appium (Claudium) et Gracchum fratrem admodum iuvenem." Vellei. II. 2, 3.

„*Ti. Sempronius Gracchus* tribunus plebis (a. u. c. 620.) cum legem *agrariam* ferret adversus voluntatem senatus et equestris ordinis, *ne quis ex publico agro plus quam quingenta iugera possideret*, in eum furorem exarsit, ut M. Octavio collegae causam diversae partis defendenti potestatem lege lata abrogaret, seque et C. Gracchum fratrem et Ap. Claudium socerum triumviros ad dividendum agrum crearet. promulgavit et aliam legem *agrariam*, qua sibi latius agrum patefaceret, ut iidem triumviri iudicarent qua publicus ager, qua privatus esset. deinde cum minus agri esset quam quod dividi posset sine offensa etiam plebis, quoniam eos ad cupiditatem amplum modum sperandi incitaverat, legem se promulgaturum ostendit, ut iis qui *Sempronia* lege agrum accipere deberent, pecunia quae regis Attali fuisset, divideretur. heredem autem populum Romanum reliquerat Attalus, rex Pergami, Eumenis filius. Tot indignitatibus commotus graviter senatus, ante omnes T. Annius consularis, qui cum in senatu in Gracchum perorasset, raptus ab eo ad populum delatusque plebi, rursus in eum pro Rostris contionatus est. cum iterum tribunus plebis creari vellet Gracchus, auctore P. Cornelio Nasica in Capitolio ab optimatibus occisus est, ictus primum fragmentis subselliorum, et inter alios qui in eadem seditione occisi erant, insepultus in flumen proiectus." Liv. Epit. LVIII.

„*Ti. Gracchus* tribunus plebis tulit, ne quis plus D. agri iugera haberet. Octavio collegae intercedenti novo exemplo magistratum abrogavit. Dein tulit, ut de familia, quae ex Attali hereditate erat, ageretur, ut populo divideretur." Aurelius Victor de viris illustr. 64.

Τιβέριος Σεμπρώνιος Γράκχος ἀνεκαίνιζε τὸν νόμον, μηδένα τῶν πεντακοσίων πλέθρων πλέον ἔχειν. παισὶ δ᾽ αὐτῶν ὑπὲρ τὸν παλαιὸν νόμον προσετίθει τὰ ἡμίσεα τούτων. καὶ τὴν λοιπὴν τρεῖς αἱρετοὺς ἄνδρας ἐναλλασσομένους κατ᾽ ἔτος διανέμειν τοῖς πένησι. Appian. Bell. Civ. I. 9.

„*Agrariam Ti. Gracchus* legem ferebat. Grata erat populo. Fortunae constitui tenuiorum videbantur. Nitebantur contra optimates, quod et discordiam excitari videbant, et, cum locupletes possessionibus diuturnis moverentur, spoliari rem publicam propugnatoribus arbitrabantur." pro Sestio 48, 103.

„Audes etiam, Rulle, mentionem facere legis *Semproniae*? nec te ea lex ipsa commonet, triumviros illos XXXV. tribuum suffragio esse creatos? Et cum tu a *Ti. Gracchi* aequitate ac pudore longissime remotus sis, id, quod dissimillima ratione factum sit, eodem iure putas esse oportere?" de leg. agr. II. 12, 31.

Conf. Plutarchus in vita Ti. Gracchi cap. 8—14.

Semproniae *C. Gracchi.*

„Ecquid est, quod tam proprie dici possit actum eius, qui togatus in re publica cum potestate imperioque versatus sit, quam lex? Quaere acta Gracchi: leges *Semproniae* proferentur." Philipp. I. 7, 18.

„*C. Gracchus*, Tiberii frater, tribunus plebis (a. u. c. 630.), eloquentior quam frater, perniciosas aliquot leges tulit, inter quas *frumentariam*, ut semisse et triente frumentum plebi daretur; alteram legem *agrariam*, quam et frater eius tulerat; tertiam *(iudiciariam)*, qua equestrem ordinem, tunc cum senatu consentientem, corrumperet, ut sexcenti ex equitibus in curiam sublegerentur, et quia illis temporibus trecenti tantum senatores erant, sexcenti equites trecentis senatoribus admiscerentur, id est, ut equester ordo bis tantum virium in senatu haberet. et continuato in alterum annum tribunatu, legibus *agrariis* latis effecit, ut complures coloniae in Italia deducerentur, et una in solo dirutae Carthaginis; quo ipse triumvir creatus coloniam deduxit." Liv. Epit. LX.

„Qui *(C. Gracchus)* cum summa quiete animi civitatis princeps esse posset, vel vindicandae fraternae mortis gratia vel praemuniendae regalis potentiae eiusdem exempli tribunatum ingressus, longe maiora et acriora repetens, dabat civitatem omnibus Italicis, extendebat eam paene usque Alpis, dividebat agros, vetabat quemquam civem plus quingentis iugeribus habere, quod aliquando lege Licinia cautum erat; nova constituebat portoria, novis coloniis replebat provincias, iudicia a senatu transferebat ad equites, frumentum plebi dari instituerat; nihil immotum, nihil tranquillum, nihil quietum denique in eodem statu relinquebat." Vellei. II. 6, 3. — „In legibus *Gracchi* inter perniciosissimas numeraverim, quod extra Italiam colonias posuit." Vellei. II. 15, 1.

Τῶν νόμων οὓς εἰσέφερε τῷ δήμῳ χαριζόμενος καὶ καταλύων τὴν σύγκλητον, ὁ μὲν ἦν κληρουχικὸς ἀνανέμων τοῖς πένησι τὴν δημοσίαν, ὁ δὲ στρατιωτικὸς ἐσθῆτά τε κελεύων δημοσίᾳ χορηγεῖσθαι καὶ μηδὲν εἰς τοῦτο τῆς μισθοφορᾶς ὑφαιρεῖσθαι τῶν στρατευομένων καὶ νεώτερον ἐτῶν ἑπτακαίδεκα μὴ καταλέγεσθαι στρατιώτην, ὁ δὲ συμμαχικὸς ἰσοψήφους ποιῶν τοῖς πολίταις τοὺς Ἰταλιώτας, ὁ δὲ σιτικὸς ἐπευωνίζων τοῖς πένησι τὴν ἀγορὰν, ὁ δὲ δικαστικὸς, ᾧ τὸ πλεῖστον

ἀπέκοψε τῆς τῶν συγκλητικῶν δυνάμεως. Plutarch. v. C. Gracchi c. 5. Conf. Appian. de Bell. Civ. I. c. 21 seqq. Florus III. 15.

Sempronia *frumentaria.*

„*C. Gracchus* cum largitiones maximas fecisset et effudisset aerarium, verbis tamen defendebat aerarium. Quid verba audiam, cum facta videam? Piso ille Frugi semper contra legem *frumentariam* dixerat. Is lege lata consularis ad frumentum accipiendum venerat. Animadvertit Gracchus in contione Pisonem stantem: quaerit audiente populo Romano, qui sibi constet, cum ea lege frumentum petat, quam dissuaserit. *Nolim*, inquit, *mea bona*, *Gracche*, *tibi viritim dividere libeat: sed*, *si facias*, *partem petam.* Parumne declaravit vir gravis et sapiens, lege *Sempronia* patrimonium publicum dissipari? Lege orationes Gracchi: patronum aerarii esse dices." Tusc. III. 20, 48.

„*Frumentariam* legem *C. Gracchus* ferebat. Iucunda res plebi Romanae: victus enim suppeditabatur large sine labore. Repugnabant boni, quod et ab industria plebem ad desidiam avocari putabant et aerarium exhauriri videbatur." pro Sestio 48, 103.

„*Gracchus* legem tulerat, ut populus pro frumento, quod sibi publice daretur, in singulos modios senos aeris et trientes pretii nomine exsolveret." Schol. Bob. pro Sestio p. 300 et p. 303.

„*C. Gracchi* frumentaria magna largitio; exhauriebat igitur aerarium: modica M. Octavii et rei publicae tolerabilis et plebi necessaria; ergo et civibus et rei publicae salutaris." de Offic. II. 21, 72. — „M. Octavius Cn. f. tantum auctoritate dicendoque valuit, ut legem *Semproniam frumentariam* populi frequentis suffragiis abrogaverit." Brut. 62, 222.

Sempronia lege sancitum est, ut inopi plebi singuli modii venderentur a senatu triente cum semisse, idque frumentum plebi dividendum ex aerario emeretur. — Eam a M. Octavio abrogatam instaurare conatum esse aliquem de tribunis C. Marii a. u. 634. collegis, colligo e Plutarcho in Mario p. 407. ed. Sylb. qui dicit C. Marium opinionem popularitatis lege de ambitu lata concitatam perdidisse repugnando fortiter legi frumentariae, quae ferebatur. Ceterum tirones notent, in lege dici *semisses et trientes* pro dextantibus, quia dextantes numos non habebant, ut bene docet Gronovius de sestert. IV. 12. Frustra Chapmannus ap. Pearcium ad Cic. de Offic. II. 21. corrigit semisse *aut* triente, interpretaturque *vilissimo pretio*. Ern.

Sempronia *de capite civium Romanorum.*

„O nomen dulce libertatis! o ius eximium nostrae civitatis! o lex Porcia legesque *Semproniae!* o graviter desiderata et aliquando reddita plebi Romanae tribunicia potestas! Hucine tandem omnia reciderunt, ut civis Romanus in provincia populi Romani, in oppido foederatorum, ab eo, qui beneficio populi Romani fasces et secures haberet, deligatus in foro virgis caederetur?" Verr. lib. V. 63, 163. Cf. A. Gellius X. 3, 13.

„*C. Gracchus* legem tulit, ne de capite civium Romanorum iniussu vestro iudicaretur: hic popularia (Labienus) a duumviris iniussu vestro non iudicari de cive Romano, sed indicta causa civem Romanum capitis condemnari coegit." pro Rabir. 4, 12.

„At vero C. Caesar intelligit legem *Semproniam* esse de civibus Romanis constitutam: qui autem rei publicae sit hostis, eum civem esse nullo modo posse: denique ipsum latorem legis *Semproniae* iussu populi poenas rei publicae dependisse." Catil. IV. 5, 10. cf. I. 11, 28.

„Sententiam tulerat *Gracchus*, ut ne quis in civem Romanum capitalem sententiam diceret." Schol. Ambros. p. 370. — „Lege *Sempronia* iniussu populi non licebat quaeri de capite civis Romani." Schol. Gronov. p. 412.

Δύο νόμους εἰσέφερε, τὸν μὲν, εἴ τινος ἄρχοντος ἀφῄρητο τὴν ἀρχὴν ὁ δῆμος, οὐκ ἐῶντα τούτῳ δευτέρας ἀρχῆς μετουσίαν εἶναι, τὸν δ', εἴ τις ἄρχων ἄκριτον ἐκκεκηρύχοι πολίτην, κατὰ τούτου κρίσιν διδόντα τῷ δήμῳ. Τούτων τῶν νόμων ἄντικρυς ὁ μὲν Μάρκον Ὀκταούϊον ἠτίμου τὸν ὑπὸ Τιβερίου τῆς δημαρχίας ἐκπεσόντα, τῷ δ' ἐνείχετο Ποπίλλιος· οὗτος γὰρ στρατηγῶν τοὺς Τιβερίου φίλους ἐξεκήρυξε. Plutarch. v. C. Gracchi c. 4.

De hac lege audiatur *E. A. I. Ahrens* in Excursu ad orationem Catilinariam quartam p. 214:

Etsi constitueram nihil dicere de lege Sempronia, de qua satis putabam disputatum a Manutio, Ant. Augustino, Hotomano, Sigonio, Ernestio, Hauboldo, tamen non erit aliena disputatio et perutilis rationibus meis. Ac difficile est, rem tantam tamque praeclaram inchoatam relinquere. Sed ut verius statim hoc introitu disseratur, iam consideremus, quo C. Gracchus consilio legem tulerit. Nec obscura quaestio est. Tiberio fratre Caii occiso P. Popilius Laenas consul crudeliter saeviit in amicos sociosque seditionis Gracchanae, aliis in exilium exactis, praesenti morte affectis aliis. Quo id ad speciem iusti iudicii facilius efficeret, senatus auctoritate ex ipsis senatoribus iisque inimicis Ti. Gracchi coegit iudices, qui omnes, sicubi suspicio culpae appareret, cupide damnabant. Sed alta mente C. Gracchi consulis resedit crudelitas. Quam ut ulcisceretur, legem tribunus promulgavit, ne quis iniussu populi de capite civis Romani iudicaret, eamque legem incredibili plebis studio pertulit. Sententia vero haec fuit: Ne quis esset magistratus, qui iniussu populi iudicium cogeret, quo in iudicio de capite civis iudicaretur. Sic quidem Cicero et Plutarchus auctores sunt et eventus docet. Nam Popilius contra se latam legem intelligens desperata salute sua diffidens opibus amicorum solum vertit, et, si recte memini, ex Italia fugit. Praeter quem non invenio alium esse expulsum, quod si factum esset, C. Laelius, qui sapiens dictus est, non effugisset iudicium; atque C. Gracchus fortasse contentus exacto principe crudelitatis alium non incessivit.

Iam quidque videamus, quale sit, quod ex iis, quae diximus, consequatur. Primum lex in Popilium lata nullius nisi magistratuum potentiam circumscripsit; ac de privato nihil cautum est, quod is iudicium

neque cogebat tenebaturque iis legibus, quae propius ad eum pertinebant. Tum lex constituta est de iis, qui iudicia exercerent, non de senatu. Denique comprehensa est lege iudicatio, non damnatio. Nec enim, ubi de capite quaerebatur, idcirco necessario damnatis vita erepta est, patuit etiam exilium. Quae cum ita sint, clare intelligitur, quam inscite mentio legis in oratione Catilinaria facta sit. Nam aut ad Ciceronem pertinuit aut ad neminem, ergo nullo pacto ad Caesarem; deinde consultatum est in senatu de coniuratis, non coactum iudicium, ut quaereretur. Profecto lex prohibuit neminem, ne in senatu explicaret sententiam. Tum commissa re publica consulibus in tempus abrogata videri potest; postremo falso explicatur, quasi caveatur, ne quis iniussu populi morte afficiatur. Quod fortasse Porcia lex, non Sempronia vetuit (vid. Cic. pro Rabir. 4. Plutarch. vit. Ti. Gracchi c. 20. C. Gracch. cap. 4. orat. pro domo 31, 82. in Verr. 5, 63. Vell. Pat. 2, 7.).

Atque haec mihi veniebant in mentem, quae dicenda putarem de lege Sempronia, de qua longum est, eos convincere, qui inducti oratione Catilinaria parum recte senserint. Veterum locos accuratius excutiendos cuiusque committo industriae satis habens pauca addidisse de interpretibus. Ac Sigonius primum (de antiq. iur. R. p. 80. Thes. Graev.) de lege una duas leges fecit, deinde legem Porciam a C. Graccho relatam coniiciens ex similitudine verborum, quae apud Gellium sunt quaeque ad legem vetustate obsolescentem renovandam rettulit (qua in coniectura fortasse eum confirmavit Ciceronis sententia leges Sempronias memorantis), non vidit, verba pertinere ad suasionem, qua populum Gracchus ad civitatem dandam sociis cohortatus sit. Quod re ipsa intelligitur. Nam lex Porcia, quatenus hodie iudicari potest, vi atque natura sua et causa, de qua constituta est, rebusque, quas iubebat aut vetabat, magno intervallo dissidebat a lege Sempronia, eoque illa minus videtur a C. Graccho relata, quod hic contra P. Popilium solum legem tulit. Ita lege Sempronia nihil de provocatione, de verberibus, de nece continebatur, de quibus in lege Porcia agebatur, nec potuit contineri; quae tota ad iudicia pertinebat. Atque adeo illa lata est de magistratibus, haec in beneficium privatorum; illa potestatem magistratuum minuit, haec privatorum libertatem auxit. Neque opus est exemplis hoc facere longius, quia satis subtiliter inter utramque legem distinguitur a Cicerone. Quare non videtur Sigonius veram dixisse sententiam (conf. Cic. de rep. 2, 31. Guther de iur. pont. 2, 10.). Ceteri damnationem putabant intelligi in eandem omnes sententiam explicantes praeter Moebium. Hic videtur (neque vero hoc dixi, ut arguerem, sed ne, ut fit, alieno errore ipse arguerer) in explicatione Plutarchum secutus non intellexisse praecise locutum neque liberum esse ab erroribus (C. Gracch. 4.). Praeterea assentior Fergusono et Hegewischio legem existimantibus oblivione esse abolitam; id quod ego concludo ex verbis Ciceronis, quae sunt in oratione pro Rabirio (cap. 4.); neque vero cum iisdem viris doctis perversam ineptamque dixerim.

Sempronia *iudiciaria.*

„Per idem tempus iudicandi munus, quod *C. Gracchus* ereptum senatui ad equites, Sulla ab illis ad senatum transtulerat, aequaliter in utrumque ordinem partitus est." Vellei. II. 32, 3.

Τὰ δικαστήρια, ἀδοξοῦντα ἐπὶ δωροδοκίαις, ἐς τοὺς ἱππέας ἀπὸ τῶν βουλευτῶν μετέφερε· τὰ ὑπόγυια μάλιστα αὐτοῖς ὀνειδίζων, ὅτι Κορνήλιος Κόττας καὶ Σαλινάτωρ καὶ τρίτος ἐπὶ τούτοις Μάνιος Ἀκύλιος ὁ τὴν Ἀσίαν ἑλὼν σαφῶς δεδωροδοκηκότες ἀφεῖντο ὑπὸ τῶν δικασάντων· οἵ τε πρέσβεις οἱ κατ' αὐτῶν ἔτι παρόντες σὺν φθόνῳ ταῦτα περιϊόντες ἐκεκράγεσαν. ἅπερ ἡ βουλὴ μάλιστα αἰδουμένη ἐς τὸν νόμον ἐνεδίδου· καὶ ὁ δῆμος αὐτὸν ἐκύρου. Καὶ μετηνέχθη ὧδε ἐς τοὺς ἱππέας ἀπὸ τῆς βουλῆς τὰ δικαστήρια. Appian. Bell. Civ. I. 22.

Ὁ δὲ δικαστικὸς *(νόμος), ᾧ τὸ πλεῖστον ἀπέκοψε τῆς τῶν συγκλητικῶν δυνάμεως. μόνοι γὰρ ἔκρινον τὰς δίκας καὶ διὰ τοῦτο φοβεροὶ τῷ δήμῳ καὶ τοῖς ἱππεῦσιν ἦσαν· ὁ δὲ τριακοσίους τῶν ἱππέων προσκατέλεξεν αὐτοῖς οὖσι τριακοσίοις, καὶ τὰς κρίσεις κοινὰς τῶν ἑξακοσίων ἐποίησε.* Plutarch. v. C. Gracchi c. 5. Cf. v. Ti. Gracchi c. 16.

„*C. Gracchus* legem tulerat, ut equites Romani iudicarent. Iudicaverunt per annos XL. sine infamia." Pseudo-Ascon. in Divinat. p. 103.

„Cognoscet ex me populus Romanus, quid sit, quam ob rem, cum equester ordo iudicaret, annos prope quinquaginta continuos, in nullo iudice equite Romano iudicante ne tenuissima quidem suspicio acceptae pecuniae ob rem iudicandam constituta sit." Verr. I. 13, 38. — „*Annos prope quinquaginta.*] Tanto enim fere tempore equester ordo iudicavit lege *Sempronia.*" Pseudo-Ascon. in Verr. p. 145.

„Claudius (procuratoribus suis) omne ius tradidit, de quo totiens seditione aut armis certatum, cum *Semproniis* rogationibus equester ordo in possessione iudiciorum locaretur, aut rursum Serviliae leges senatui iudicia redderent, Mariusque et Sulla olim de eo vel praecipue bellarunt." Tacit. Ann. XII. 60.

„A senatu in equitem translata iudiciorum potestas vectigalia, id est imperii patrimonium, supprimebat." Florus III. 13. — „*Iudiciaria* lege *C. Gracchi* diviserant populum Romanum, et bicipitem ex una fecerant civitatem equites Romani; tanta potestate subnixi, ut qui fata fortunasque patrum vitasque principum haberent in manu, intercepti vectigalibus pecularentur suo iure rem publicam." Florus III. 17, 3.

De hac lege iudiciaria vide quos laudat Creuzer Abriss der röm. Antiq. §. 89. — Quae Plutarchus de hac lege dixit ea *Liviae* iudiciariae magis convenire quam *Semproniae* recte adnotavit Walter Gesch. des Röm. Rechts I. p. 244.

Sempronia, *ne quis iudicio circumveniretur.*

„Atque, ut omittam leges alias omnes, quibus nos (qui magistratum habuerunt inve senatu sententiam dixerunt,) tenemur, ceteri autem sunt ordines liberati: hanc ipsam legem, ne quis iudicio circumveniretur, *C. Gracchus* tulit: eam legem pro plebe, non in plebem, tulit."

pro Cluent. 55, 151. — „Illi non hoc recusabant, ea ne lege accusarentur, qua nunc Avitus accusatur, quae tunc erat *Sempronia*, ounc est Cornelia: intelligebant enim ea lege equestrem ordinem non teneri, sed ne nova lege alligarentur, laborabant." pro Cluent. 56, 154.

Haec lex caput potius legis videtur fuisse similis ei legi, quam postea L. Cornelius Sulla *de sicariis et veneficis* tulit. Conferatur igitur Cornelia eiusdem argumenti.

Sempronia *de provinciis consularibus.*

„Tu provincias consulares, quas *C. Gracchus*, qui unus maxime popularis fuit, noo modo non abstulit a senatu, sed etiam, ut necesse esset quotannis constitui per senatum, lege sanxit: eas, lege *Sempronia* per senatum decretas, rescidisti, extra ordinem sine sorte nominatim dedisti non consulibus sed rei publicae pestibus." pro domo 9, 24.

„Idem (senatus), in angustiis aerarii, victorem exercitum stipendio affecit, imperatori (C. Caesari) decem legatos decrevit, lege *Sempronia* succedendum non censuit." pro Balbo 27, 61.

„Et stipendium Caesari decretum est et decem legati, et, oe lege *Sempronia* succederetur, facile perfectum est." ad Fam. I. 7, 10.

„Quattuor sunt provinciae, P. C., de quibus adhuc intelligo sententias esse dictas. — — Decernendae oobis sunt lege *Sempronia* duae." de Provinc. cons. 2, 3.

„Lege *Sempronia* provinciae futuris consulibus Numidia atque Italia decretae." Salust. Iug. 27, 3.

Ex hac lege quotanois a senatu ante comitia consularia designandis consulibus provinciae decernebantur duae ex omni numero selectae, quae propterea *consulares* dictae sunt. Relioquebatur autem consulum arbitrio, ut eas provincias compararent ioter se aut sorte dividerent, postquam senatus exercitum aliaque utilia illis decrevisset. Vid. Cortius ad Salust. l. l. et A. Wittich io commentatione de rei publicae Romanae ea forma, qua Sulla totam rem Romaoam commutavit, p. 176.

Sempronia *de provincia Asia.*

„Ioter Siciliam ceterasque provincias, indices, io agrorum vectigalium ratione hoc ioterest, quod ceteris aut impositum vectigal est certum, quod stipendiarium dicitur, ut Hispanis et plerisque Poenorum, quasi victoriae praemium ac poena belli, aut censoria locatio constituta est, ut Asiae, lege *Sempronia*." Verr. lib. III. 6, 12. Conf. ad Att. I. 17, 9.

Ernestius in Indice Legum haec verba ad Semproniam *de provinciis consularibus* refert, cum Hotomanus parum probabiliter legem *Tiberii* Gracchi intelligendam esse dixisset, ut iis qui agrum acciperent, pecunia quae regis Attali fuisset, divideretur. — Ceterum Asiam a publicanis rursus liberavit Caesar vectigalibus in tributi formam redactis. Vid. Dio Cassius XLII. 6. Appian. de Bell. Civil. V. 4.

SERVILIA *iudiciaria.*

„Claudius (procoratoribus suis) omne ius tradidit, de quo totiens seditione aut armis certatum, cum Semproniis rogationibus equester ordo in possessione iudiciorum locaretur, aut rursum *Serviliae* leges senatui iudicia redderent, Mariusque et Sulla olim de eo vel praecipue bellarent." Tacit. Ann. XII. 60.

„Offensum est, quod eorum, qui audiunt, voluntatem laedit, ut, si quis apud equites Romanos cupidos iudicandi *Caepionis* legem *iudiciariam* laudet." de Invent. I. 49, 92.

„Cum Brutus duos lectores excitasset, et alteri de colonia Narbonensi Crassi orationem legendam dedisset, alteri de lege *Servilia*, et cum contraria inter sese de re publica capita contulisset; noster hic facetissime tres patris Bruti de iure civili libellos tribus legendos dedit." de Orat. II. 55, 223.

„(L. Crassus) in dissuasione rogationis eius, quae contra coloniam Narbonensem ferebatur, quantum potest, de auctoritate senatus detrahit: in suasione legis *Serviliae* summis ornat senatum laudibus." pro Cluent. 51, 140.

„Eoque (Q. Mucio Scaevola) in Rostris sedente suasit *Serviliam* legem Crassus." Brut. 43, 161.

„Mihi quidem a pueritia quasi magistra fuit, inquam, illa (Crassi) in legem *Caepionis* oratio." Brut. 44, 164.

„De horum (Crassi et Antonii) laudibus tibi prorsus assentior, sed tamen non isto modo, ut Polycleti Doryphorum sibi Lysippus aiebat, sic tu suasionem legis *Serviliae* tibi magistram fuisse." Brut. 86, 296.

Lata est a *Q. Servilio Caepione* in consulatu a. u. 647. Sanxit, ut iudicia, quae XVII. annis ante lege *Sempronia*, a senatu ad equites translata essent, utrique ordini communia essent. [Vid. Iulius Obsequens et Cassiodori Chronicon ad Consules C. Atilium Serranum et Q. Servilium Caepionem.] Sed eam legem aut non perlatam, aut paullo post abrogatam fuisse, ex Sigonii sententia, inde intelligitur, quod paullo post idem tulit M. Livius Drusus, et quidem incassum. Vide *Leges Livias*. Sed certiore argumento decidi ea res potest. C. Servilius Glaucia dicitur ap. Ciceronem in Bruto [62, 224: „Longe autem post natos homines improbissimus *C. Servilius Glaucia*, sed peracutus et callidus cum primisque ridiculus. Is ex summis et fortunae et vitae sordibus in praetura consul factus esset, si rationem eius haberi licere iudicatum esset. Nam et plebem tenebat et equestrem ordinem beneficio legis devinxerat."] certo consulatum, anno post praeturam, quod lege rogaverat tribunus plebis Saturninus, a. u. 653. consecuturus fuisse, nisi interfectus esset, quod equestrem ordinem beneficio legis obstrinxisset. Qua autem alia potuit nisi *iudiciaria*? Nam altera *de repetundis* nihil ad commoda equitum, qui hoc genere legum non tenebantur. Itaque certissimum puto, Serviliam Caepionis Servilia Glauciae abrogatam esse, et, quae communicata cum senatu iudicia erant, ea solis equitibus restituta eo ipso anno, quo illam alteram *de repetundis* tulit,

qui est decimus annus a *Servilia* Caepionis. Huc pertinet illud, quod in reliquiis orationis pro Scauro [apud Asconium p. 21.] commemoratur, causam Caepionis [immo: M. Scauri a Q. Servilio Caepione] e *Servilia* lege accusati de repetundis ad equites actam et iudicatam esse. Ern.

Haec lex, quam L. Crasso suadente *Q. Servilius Caepio* cum C. Atilio Serrano consul (648.) eo anno tulit, quo Cicero natus est, iudicia, quae equestria fecerat lex Sempronia, non senatoribus et equitibus reddidit communia, ut Ernestius (Ind. Leg.) et Bachius (Hist. Iur. p. 168.) haud scio an ab Iulio Obsequente (c. 101.) edocti dicunt — nam in iis quae afferunt Ciceronis testimoniis non nisi de equitibus agitur —, sed quod Tacitus (Ann. XII. 60.) plane tradit et Cicero multis locis confirmat, solis senatoribus restituit. (Cf. Brut. 43. 44. 86. 87. de Orat. I. 52. Parad. V. 3. de Invent. I. 49.) Fuerunt etiam qui historiae illius temporis plane ignari dubitarent, an perlata fuerit (Bach. l. c.); at eiusmodi dubitationem tollunt non tantum omnia illa quae attuli loca, sed etiam quaedam inscriptio, quam qualem eam Gruterus e Manutio, Panvinio et Ant. Augustino in Thes. Inscr. p. CCCCLXVIII. 5. recepit, subieci: [sed est Ligoriana, subditicia. Or.]

Q. SERVIL. CN. F.
CAEPIONI. COS. [CENS.] TRIVM
PH. PATRIAE
LIB. DECVR.
VERONEN.
OB IVDICIA RESTITVTA.

Cf. Thom. Reinesii ep. ad Casp. Hoffmannum et Chr. Ad. Rupertum Lips. 1660. p. 124. At haec nisi perlata fuisset, quis Valerio Maximo (VI. 9, 13.) crederet, Caepionem patronum senatus appellatum fuisse? Ceterum idem hic est Caepio, cuius avaritia et calamitas locum fecit proverbio: „*Aurum habet Tolosanum.*" (Cf. Gell. III. 9.) Crasso enim et Scaevola coss. (658.) a C. Innio Norbano accusatus in exilium abiit, inque eo misere periit (Strabo IV. p. 188. Val. Max. IV. 7, 3. Liv. Ep. LXVII.), vel, quod alii tradunt, in vinculis publicis spiritum reddidit, corpusque eius laceratum in scalis Gemoniis iacens conspectum est. (Cf. id. Val. Max. VI. 9, 13.) Klenze.

Servilia *de pecuniis repetundis.*

„Reus est factus (M. Scaurus) a Q. Servilio Caepione lege *Servilia*, cum indicia penes equestrem ordinem essent, et P. Rutilio damnato nemo tam innocens videretur, ut non timeret illa." pro Scaur. I. 2.

„Q. Servilius Caepio Scaurum ob legationis Asiaticae invidiam et adversus leges pecuniarum captarum reum fecit repetundarum lege, quam tulit *Servilius Glaucia.*" Ascon. in Scaur. p. 21.

Iubet lex Iulia persequi ab iis, ad quos ea pecunia, quam is ceperit, qui damnatus sit, pervenerit. Si est hoc novum in lege Iulia, sicuti multa sunt severius scripta quam in antiquis legibus et sanctius, inducatur sane etiam consuetudo huius generis iudiciorum nova. Sin hoc totidem verbis translatum caput est, quot fuit non modo in Cornelia,

sed etiam ante in lege *Servilia:* per deos immortales! quid agimus, iudices? aut quem hunc morem novorum iudiciorum in rem publicam inducimus?" pro Rabir. Postumo 4, 9.

„*Glaucia* primus tulit, ut comperendinaretur reus; antea vel iudicari primo poterat vel amplius pronuntiari." Verr. lib. I. 9, 26.

„Ante legem *Glauciae* de comperendinatione aut statim sententia dicebatur, si absolvendus esset reus, aut amplius pronuntiabatur, si videretur esse damnandus, cum dixissent iudices Non liquet, hoc est, *Obscura causa est.*" Pseudo-Asconius p. 164.

„Quod si acerbissima lege *Servilia* principes viri, gravissimi et sapientissimi cives, hanc Latinis, id est foederatis, viam ad civitatem populi iussu patere passi sunt, *(ut* scilicet *damnato cive Romano ipsi cives Romani fierent,)* neque est hoc reprehensum Licinia et Mucia lege, cum praesertim genus ipsum accusationis et nomen et eiusmodi praemium, quod nemo assequi posset nisi ex senatoris calamitate, neque senatori neque bono cuiquam nimis iucundum esse posset: dubitandum fuit, quin, quo in genere iudicum praemia rata essent, in eodem iudicia imperatorum valerent? Num fundos igitur factos populos Latinos arbitramur aut *Servilia* lege aut ceteris, quibus Latinis hominibus erat propositum aliqua ex re praemium civitatis?" pro Balbo 24, 54.

Huius legis fragmenta edidit atque egregie illustravit, quem saepius iam laudavimus, C. A. C. Klenze (Berol. 1825. 4.): ex cuius prolegomenis huc transscripsimus, quae de aetate legis disseruit:

Rogavit eam *C.* ille *Servilius Glaucia*[1]) qui C. Marii socius cum L. Appuleio Saturnino ex eorum fuit numero, quos ille sextum consul (654.) indicta quidem causa[2]), sed vocibus populi eos interfici iubentis motus[3]), sive interfici iussit[4]), sive a populo in curia, in qua eos incluserat, iniectis tegulis interfectos non vindicavit[5]). Glaucia eo anno praetor erat, et ut Cicero ait[6]) consul factus fuisset, si eius rationem habere licuisset. Quae cum ita sint, lex Servilia lata esse non potest post sextum Marii consulatum; quin etiam huic ipsi anno plerosque falso eam adscribere[7]), inde consequitur, quod ante Sullana tempora vix ulla lex popularis aliis quam tributis comitiis et alio magistratu quam tribuno plebis rogante ferri potuit. Neque obstant Cice-

---

[1]) Cic. Brut. 62. „Longe post natos homines improbissimus C. Servilius Glaucia, sed peracutus et callidus cum primisque ridiculus. Is ex summis et fortunae et vitae sordibus - - - homo simillimus Atheniensis Hyperboli, cuius improbitatem veteres Atticorum comoediae notaverunt." Cf. pro Rabir. Post. 6. Livius Ep. LXIX. Aurel. Victor de viris ill. c. 73.

[2]) Nihil enim de Saturnino et sociis eius nominatim erat decretum. Cf. Cic. in Catil. III. 6. et Aur. Vict. I. c. 67.

[3]) Appian. B. Civ. I. 32.

[4]) Cicero ll. cc.

[5]) Appianus l. c.

[6]) Brut. 62.

[7]) Cf. Sigonius de Ind. II. 27. Ernestius in Ind. Legg. ad L. Servil. Glauciae et Caepionis. Bachius Hist. Iur. p. 170. et alii.

ronis quae volgo ad contrariam sententiam firmandam afferuntur verba; is enim cur Glauciam si eius omnino rationem habere licuisset consulem futurum fuisse crediderit, ita exposuit: „nam" inquit „et plebem tenebat et equestrem ordinem beneficio legis devinxerat"; qui tamen ex his colligunt eo ipso anno Glauciam lege lata equestrem ordinem beneficio devinxisse, nimium profecto scire videntur. Quam ob rem Pighius[1]) legem Serviliam C. Mario secundum consule (649.) latam esse credit, idque non caret specie, si modo tunc, quod ille dicit, Glaucia tribunus plebis fuerit. Cum autem Pighio haud raro accidat, ut ex mera coniectura magistratus in annos distribuat, equidem donec de tribunatu Glauciae certior factus ero aetatem legis incertam relinquam, nisi quod inter consulatum Serrani et eius Caepionis, cuius legem Servilia Glauciae priorem fuisse supra dictum est, et consulatum C. Marii VI. et L. Valerii Flacci (648—654.) lata esse debet. Ceterum ex lege Servilia Glauciae M. Aemilius Scaurus, M'. Aquillius et P. Rutilius Rufus repetundarum accusati sunt.

Conferatur etiam ACILIA *de pecuniis repetundis*.

SERVILIA (Glauciae) *iudiciaria* et SERVILIA (Glauciae) *de civitate*,

quas finxerunt Ernestius in Ind. Legg. aliique, capita sunt legis *Serviliae de pecuniis repetundis*, apud Klenzium capp. VI. VII. XXIII.

SERVILIA (Rulli) *agraria*.

„Ego (consul a. u. 690.) Kalendis Ianuariis senatum et bonos omnes legis *agrariae* maximarumque largitionum metu liberavi: ego agrum Campanum, si dividi non oportuit, conservavi; si oportuit, melioribus auctoribus reservavi." in Pison. 2, 4.

„(Curio) legem viariam, non dissimilem *agrariae Rulli*, et alimentariam, quae iubet aediles metiri, iactavit." ad Fam. VIII. 6, 5.

SERVILIA *agraria*, quam a. u. 689. Cicerone consule promulgavit *P. Servilius Rullus*, *uti decemviri cum summo imperio crearentur, qui agros plebi dividerent*. Sed ea lex, quam Cicero consul orationibus contra Rullum dissuasit, haud est perlata. Habuit autem haec *Rulli* lex plus quam XL. capita, quorum praecipua, quae Cicero commemorat, exposita sunt in summario orationum de lege Agraria contra P. Servilium Rullum. SCHÜTZ.

SESTIA *de revocando Cicerone*.

„Rogatio *Sestii* neque dignitatis satis habet, nec cautionis. Nam et nominatim ferri oportet et de bonis diligentius scribi." ad Att. III. 20, 3. — „*Sestii* nostri (lex), quam tu tibi probari scribis, mihi non placet." ad Att. III. 23, 4.

Est *P. Sestii* tribuni plebis a. u. c. 696.

---

1) Annal. Roman. T. III. Antv. 1615. p. 153.

Silvani et Carbonis. Vid. Plautia et Papiria.

Sulpiciae.

„Cum *P. Sulpicius* tribunua plebis (a. u. c. 665.) auctore C. Mario perniciosas leges promulgasset, ut exsulea revocarentur et novi civea libertinique diatribuerentur in tribus, et ut C. Marius adversus Mithridatem Ponti regem dux crearetur, et adversantibua consulibua Q. Pompeio et L. Sullae vim intulisset, occiso Q. Pompeio consulia filio, genero Sullae, L. Sulla consul cum exercitu in urbem venit, et adversus factionem Sulpicii et Marii in ipaa urbe pugnavit, eamque expulit." Liv. Epit. LXXVII. conf. Appian. Bell. Civ. I. 55 aeq.

„*P. Sulpicius*, tribunua plebis, legem ad populum tulit, qua Sullae imperium abrogaretur, C. Mario bellum decerneretur Mithridaticum, (Aurel. Victor. c. 75.), aliaaque leges perniciosas et exitiabiles neque tolerandaa liberae civitati tulit." Vellei. II. 18, 6.

„Sulla cum *Sulpicio* (bellum gessit) de iure legum, quas per vim latas Sulla dicebat." Philipp. VIII. 2, 7. *Ὅσα ὑπὸ Σουλπικίου κεκύρωτο μετὰ τὴν κεκηρυγμένην ὑπὸ τῶν ὑπάτων ἀργίαν, ἅπαντα διελύετο* (a Sulla et Pompeio) *ὡς οὐκ ἔννομα*. Appian. de Bell. Civ. I. 59.

Sulpicia *de exulibus reducendis.*

„*Sulpicius*, qui intercesserat, ne exulea, quibus causam dicere non licuisset, reducerentur, idem posteriua, immutata voluntate, cum eandem legem ferret, aliam sese ferre dicebat, propter nominum commutationem: nam non exules aed vi eiectoa ae reducere aiebat." ad Herenn. II. 28, 45.

Sulpicia *de novorum civium libertinorumque suffragiis.*

„*P. Sulpicium* in tribunatu banc eandem (quam C. Manilius) legem significavimus tulisse. Tulit autem L. Sulla Q. Pompeio consulibua, cum per vim rem publicam possedisset et ab initiis bonarum actionum ad perditas progreasua easet: quod et initium bellorum civilium fuit et propter quod ipae Sulpicius consulia armia iure oppresaus esse visus est." Ascon. in Cornel. p. 64. Cf. supra Liv. Epit. LXXVII.

Sumptuariae.

„Paraimonia apud veteres Romanos et victus atque coenarum tenuitas non domeatica solum observatione ac diaciplina, sed publica quoque animadversione legumque complurium sanctionibus custodita est." A. Gellius II. 24, 1.

„Longum fiat, si enumerare velim quot instrumenta gulae inter illos vel ingenio cogitata aint, vel studio confecta. Et bae nimirum causae fuerunt, propter quaa tot numero leges de coenia et aumptibus ad populum ferebantur: et imperari coepit, ut patentibua ianuia pransitaretur et coenitaretur, sicque oculis civium testibus factis luxuriae modus fieret." Macrob. Saturn. II. 13. p. 367.

„Quid tam necessarium existimatum est propulsandae civium luxuriae quam lex *Licinia* et *Fannia* aliaeque item leges sumptuariae?" A. Gellius XX. 1, 23.

ORCHIA *sumptuaria.*

„Prima omnium de coenis lex ad populum *Orchia* pervenit, quam tulit *C. Orchius* tribunus plebis de senatus sententia tertio anno quam Cato censor fuerat (a. u. c. 572.): cuius verba quia prolixa sunt praetereo. summa autem eius praescribebat numerum convivarum. et haec est lex *Orchia*, de qua Cato in orationibus suis vociferatur, quod plures quam praescripto eius cavebatur ad coenam vocarentur." Macrob. Saturn. II. 13. p. 367.

M. Catonem eam primum dissuasisse, perlatam postea defendisse colligitur ex Festo s. v. *Percunctatum* et *Obsonitavere:* quo posteriore loco cum in vetere Codice scriptum sit *Cato in suasione de lege Orchia derogaretur*, duplicata vocis *suasione* postrema syllaba legendum videtur: *Cato in suasione ne de lege Orchia derogaretur.* Cf. Schol. Bob. p. 310.

FANNIA *sumptuaria.*

„Legi nuper in Capitonis Atteii Coniectaneis senatus decretum vetus, C. Fannio et M. Valerio Messala coss. (a. u. 592.) factum, in quo iubentur principes civitatis, qui ludis Megalensibus antiquo ritu mutitarent, id est, mutua inter sese convivia agitarent, iurare apud consules verbis conceptis, non amplius in singulas coenas sumptus esse facturos, quam centenos vicenosque aeris, praeter olus et far et vinum, neque vino alienigena, sed patrio, usuros; neque argenti in convivio plus pondo quam libras centum illaturos. Post id senatusconsultum lex *Fannia* lata est, quae ludis Romanis, item ludis plebeiis et Saturnalibus, et aliis quibusdam diebus, in singulos dies centenos aeris insumi concessit, decemque aliis diebus in singulis mensibus tricenos; ceteris autem omnibus diebus denos. Hanc Lucilius poëta legem signat, cum dicit:

— — *Fanni centussisque misellos.*

In quo erraverunt quidam commentariorum in Lucilium scriptores, quod putaverunt, *Fannia* lege perpetuos in omne dierum genus centenos aeris statutos. Centum enim aeris *Fannius* constituit, sicuti supra dixi, festis quibusdam diebus, eosque ipsos dies nominavit: aliorum autem dierum omnium in singulos dies sumptus inclusit intra aeris alias tricenos, alias denos." A. Gellius II. 24, 2—6.

„Cum auctoritatem novae legis aucta necessitas imploraret: post annum vicesimum [secundum] legis Orchiae *Fannia* lex lata est anno post Romam conditam secundum Gelli opinionem DLXXXIIX. [immo DLXXXXII.] De hac lege Sammonicus Serenus ita refert: *Lex Fannia, sanctissimi Augusti, ingenti omnium ordinum consensu pervenit ad populum. neque eam praetores aut tribuni, ut plerasque alias, sed ex omnium bonorum consilio et sententia ipsi con-*

sules pertulerunt, cum res publica ex luxuria conviviorum maiora quam credi potest detrimenta pateretur, siquidem eo res redierat, ut gula illecti plerique ingenui pueri pudicitiam et libertatem suam venditarent: plerique ex plebe Romana vino madidi in comitium venirent, et ebrii de rei publicae salute consulerent. haec Sammonicus. *Fanniae* autem legis severitas in eo superabat Orchiam legem, quod in superiore numerus tantummodo coenantium cohibebatur licebatque secundum eam unicuique bona sua inter paucos consumere. *Fannia* autem sumptibus modum fecit assibus centum. Unde a Lucilio poëta festivitatis suae more *centussis* vocatur." Macrob. Saturn. II. 13. p. 368.

„Hoc primum (scil. gallinas saginare) antiquis coenarum interdictis exceptum invenio iam lege *C. Fannii* consulis XI. annis ante tertium Punicum bellum, ne quid volucre poneretur praeter unam gallinam, quae non esset altilis: quod deinde caput translatum per omnes leges (sumptuarias) ambulavit." Plin. H. N. X. 50.

Ἐκέλευε δ' ὁ (Φαννίου) νόμος τριῶν μὲν πλείονας τῶν ἔξω τῆς οἰκίας μὴ ὑποδέχεσθαι, κατὰ ἀγορὰν δὲ τῶν πέντε. τοῦτο δὲ τρὶς τοῦ μηνὸς ἐγίνετο. ὀψωνεῖν δὲ πλείονος τῶν δυοῖν δραχμῶν καὶ ἡμίσους οὐκ ἐπέτρεπε. κρέως δὲ καπνιστοῦ πεντεκαίδεκα τάλαντα δαπανᾶν εἰς τὸν ἐνιαυτὸν ἐπεχώρει, καὶ ὅσα γῆ φέρει λάχανα καὶ ὀσπρίων ἑψήματα. Athen. VI. 108.

„Cincius in suasione legis *Fanniae* obiecit seculo suo, quod porcum Troianum mensis inferant. quem illi ideo sic vocabant, quasi aliis inclusis animalibus gravidum, ut ille Troianus equus gravidus armatis fuit." Macrob. Saturn. II. 9. p. 356.

„C. Titius vir aetatis Lucilianae oratione legem *Fanniam* suasit." Macrob. Saturn. II. 13. p. 366.

Didia *sumptuaria.*

„Fanniam legem post annos decem et octo lex *Didia* consecuta est (s. n. 610.). eius ferendae duplex causa fuit: prima et potissima, ut universa Italia non sola urbs lege sumptuaria teneretur, Italicis aestimantibus Fanniam legem non in se, sed in solos urbanos cives esse conscriptam. deinde, ut non soli qui prandia coenasve maiore sumptu fecissent, sed etiam qui ad eas vocitati essent atque omnino interfuissent, poenis legis tenerentur." Macrob. Saturn. II. 13. p. 368.

Licinia *sumptuaria.*

„Lex deinde *Licinia* rogata est; quae cum certis diebus, sicuti Fannia, centenos aeris impendi permisisset, nuptiis ducenos indulsit, ceterisque diebus statuit aeris tricenos; cum et carnis aridae et salsamenti certa pondera in singulos dies constituerit: sed quidquid esset natum e terra, vite, arbore, promiscue atque indefinite largita est. Huius legis Laevius poëta meminit in Erotopaegniis. Verba Laevii haec sunt, quibus significat hoedum, qui ad epulas fuerat allatus, dimissum, coenamque ita, ut lex *Licinia* sanxisset, pomis oleribusque instructam:

Lex Licinia, inquit, *introducitur:*
Lux liquida hoedo redditur.
Lucilius quoque legis istius meminit in his verbis:
Legem vitemus Licini."
A. Gellius II. 24, 7—10.

„Post Didiam *Licinia* lex lata est a *P. Licinio Crasso Divite*. cuius ferundae probandaeque tantum studium ab optimatibus impensum est, ut consulto senatus iuberetur, ut ea tantummodo promulgata, prinsquam trinundino confirmaretur, ita ab omnibus observaretur quasi iam populi sententiâ comprobata. lex vero haec paucis mutatis in plerisque cum Fannia congruit. in ea enim ferenda quaesita novae legis auctoritas exolescente metu legis antiquioris, ita hercules ut de ipsis duodecim tabulis factum est: quarum ubi contemni antiquitas coepit, eadem illa quae illis legibus cavebantur, in alia latorum nomina transierunt. Sed legis *Liciniae* summa, ut Kalendis, Nonis, nundinis Romanis, cuique in dies singulos triginta dumtaxat asses edundi causa consumere liceret: ceteris vero diebus, qui excepti non essent, ne amplius apponeretur quam carnis aridae pondo tria et salsamentorum pondo libra, et quod ex terra, vite arboreve sit natum." Macrob. Saturn. II. 13. p. 368.

„Centenariae coenae dicebantur, in quas lege *Licinia* non plus centussibus praeter terrae nata impendebantur, id est, centum assibus, qui erant breves numi ex aere." Festus s. v. *Centenariae.*

Apud A. Gellium XV. 8. est *Locus ex oratione Favorini* (vel *Favonii), veteris oratoris, de coenarum atque luxuriae opprobratione, qua usus est, cum* legem Liciniam de sumptu minuendo *suasit.*

Annus, quo ea lex lata est, vario modo a viris doctis constituitur. Gronovius enim ad Gell. 2, 24. anno 666 eam assignat, Bachius in Hist. Iurispr. pag. 165. ad annum 657 eam refert, Pighius ad annum 647, Freinshemius denique (vide Supplementa Liviana in lib. 64. cap. 52.) ad annum 642. Nuper Fr. Wüllnerus in Commentat. de Laevio poëta (Allgemeine Schulzeitung 1830. Decemb. N. 155.) statuit *P. Licinium Crassum* in praetura, quam anno 650. gessit (ut ex Pighii annalibus T. 3. p. 156. apparet), legem sumptuariam tulisse. Legem *Liciniam* ideo a Crasso praetore latam esse dicit, quia Macrobius Saturn. 2, 13. plerasque leges sumptuarias a praetoribus aut tribunis plebis promulgatas tradiderit: nullam tamen reliquam esse, quam a praetore promulgatam esse dicamus, praeter Liciniam; cum deinde Lucilius in carminibus suis *Liciniam* legem significaret isque secundum Hieronymi testimonium (Chronic. Euseb. ad Ol. 169, 2.) anno u. 651. Neapoli diem obiisset, necessario statuendum esse, ante illud tempus legem *Liciniam* sancitam fuisse. — Adnotavit ista Meyerus noster Fragm. Oratt. Rom. p. 184. qui tamen in eo erravit, quod legem *Liciniam* a Pighio ad annum 647. relatam esse dixit. Pighius enim eam *P. Licinio Crasso Diviti* tribuno plebis a. u. 642. adscripsit. Ipse Meyerus collato Dione Cassio XXXIX. 37. legem hanc M. Licinio

Crasso et Cn. Pompeio Magno consulibus a. u. 698. tribuit. At hoc parum probabile videtur, cum isti consules quam de sumptu minuendo legem ferendam sibi proposuerant ipsi abiecerint, verba autem Gellii et Macrobii et Festi necessario ad legem perlatam referenda sint.

Cornelia *sumptuaria.*

„Postea *L. Sulla* dictator (a. u. 672.), cum, legibus istis *(Fannia* et *Licinia)* situ atque senio oblitteratis, plerique in patrimoniis amplis hellnarentur, et familiam pecuniamque suam prandiorum gurgitibus proluissent, legem ad populum tulit, qua cautum est, ut Kalendis, Idibus Nonisque, diebus ludorum et feriis quibusdam sollemnibus sestertios tricenos in coenam insumere ius potestasque esset, ceteris autem aliis diebus omnibus non amplius ternos." A. Gellius II. 24, 11.

„Has sequitur lex *Cornelia* et ipsa sumptuaria, quam tulit *Cornelius Sulla* dictator (a. u. 672.), in qua non conviviorum magnificentia prohibita est nec gulae modus factus, verum minora pretia rebus imposita: et quibus rebus, dii boni! quamque exquisitis et paene incognitis generibus deliciarum! quos illic pisces quasque offulas nominat! et tamen pretia illis minora constituit. ausim dicere, ut vilitas edulium animos hominum ad parandas opsoniorum copias incitaret et gulae servire etiam qui parvis essent facultatibus possent." Macrob. Saturn. II. 13. p. 369.

Τὸν τῆς ταφῆς ὁρίζοντα τὴν δαπάνην νόμον αὐτὸς παρεισενηνοχὼς παρέβη (in funere Metellae) *μηδενὸς ἀναλώματος φεισάμενος. παρέβαινε δὲ καὶ τὰ περὶ τῆς εὐτελειας τῶν δειπνων ὑπ᾽ αὐτοῦ τεταγμένα πότοις καὶ συνδειπνοις τρυφὰς καὶ βωμολοχιας ἔχουσι παρηγορῶν τὸ πένθος.* Plutarch. v. Syllae c. 35.

Gellii et Macrobii de hac lege testimonia inter sese conciliare studuit Pighius (Ann. Rom. T. III p. 264.): cui minora pretia eduliis imposita eam videntur habuisse vim, ut lex observatu esset facilior, deliciis istis in foro venalium propter vilitatem non comparentibus; spe lucri praecisa obsoniorum opiparorum artificibus conquisitoribusque.

Aemilia *sumptuaria.*

„Praeter has leges (Fanniam, Liciniam, Corneliam) *Aemiliam* quoque invenimus, qua lege non sumptus coenarum, sed ciborum genus et modus praefinitus est." A. Gellius II. 24, 12.

„Sulla mortuo *Lepidus* consul (a. u. 675.) legem tulit et ipse cibariam. Cato enim *sumptuarias* leges *cibarias* appellat." Macrob. Saturn. II. 13. p. 369.

Ad *M. Aemilium Scaurum* consulem a. u. 638. legem *sumptuariam* vel *cibariam* referunt Plinius Hist. Nat. VIII. 57:

> „Sorices et ipsos hieme condi auctor est Nigidius sicut glires: quos censoriae leges princepsque *M. Scaurus* in consulatu non alio modo coenis ademere quam conchilia aut ex alio orbe convectas aves."

et Scriptor de viris illustribus c. 72:

„Consul *(M. Aemilius Scaurus)* legem *de sumptibus* et libertinorum suffragiis tulit."
Atque videndum ne parum valeat contra Plinii auctoritatem Macrobius, cum e Gellio quidem neque de tempore neque de auctore legis quidquam probabiliter colligi possit: nisi forte mavis cum Bachio *duas Aemilias* leges *sumptuarias* statuere.

Antia *sumptuaria.*

„Lex deinde *Antia* praeter sumptum aeris id etiam sanxit, ut qui magistratus esset magistratumve capturus esset, ne quo ad coenam nisi ad certas personas itaret." A. Gellius II. 24, 13.

„Dein paucis interiectis annis alia lex pervenit ad populum ferente *Antio Restione:* quam legem, quamvis esset optima, obstinatio tamen luxuriae et vitiorum firma concordia nullo abrogante irritam fecit. Illud tamen memorabile de Restione latore ipsius legis fertur: eum quoad vixit foris postea non coenasse, ne testis fieret contemptae legis quam ipse bono publico pertulisset. — His legibus annumerarem edictum de sumptibus ab Antonio propositum, qui postea triumvir fuit: ni indignum crederem inter cohibentes sumptum Antonio locum facere, cuius expensae in coenam solitae conferri sola unionis a Cleopatra uxore consumpti aestimatione superatae sunt." Macrob. Saturn. II. 13. p. 369.

Iulia *sumptuaria.*

„Postremo lex *Iulia* ad populum pervenit Caesare Augusto imperante: qua profestis quidem diebus ducenti finiuntur; Kalendis, Idibus, Nonis et aliis quibusdam festivis trecenti, nuptiis autem et repotiis HS. mille. — Esse etiam dicit Capito Atteius edictum, Divine Augusti an Tiberii Caesaris, non satis commemini: quo edicto per dierum varias sollemnitates a trecentis HS. adusque duo milia sumptus coenarum propagatus est, ut his saltem finibus luxuriae effervescentis aestus coërceretur." A. Gellius II. 24, 14—15. Conf. Sueton. Octav. c. 34. et Iuliae *C. Caesaris* p. 192 sq.

De legibus sumptuariis videndi quos nominavit Fr. Creuzer Abriss der Röm. Antiquitäten p. 143. et p. 427.

Tabellariae.

„Quis autem non sentit omnem auctoritatem optimatium *tabellariam* legem abstulisse? quam populus liber nunquam desideravit, idem oppressus dominatu ac potentia principum flagitavit. Itaque graviora iudicia de potentissimis hominibus exstant vocis quam tabellae. Quamobrem suffragandi nimia libido in non bonis causis eripienda fuit potentibus, non latebra danda populo, in qua bonis ignorantibus, quid quisque sentiret, tabella vitiosum occultaret suffragium. Itaque isti rationi neque lator quisquam est inventus nec auctor unquam bonus. Sunt enim quattuor leges tabellariae: quarum prima de magistratibus mandandis; ea est *Gabinia*, lata ab homine ignoto et sordido. Secuta biennio post *Cassia* est, de populi iudicio, a nobili homine lata *L. Cassio*, sed

(pace familiae dixerim) dissidente a bonis atque omnes rumusculos populari ratione aucupante. *Carbonis* est tertia, de iubendis legibus ac vetandis, seditiosi atque improbi civis, cui ne reditus quidem ad bonos salutem a bonis potuit afferre. Uno in genere relinqui videbatur vocis suffragium, quod ipse Cassius exceperat, perduellionis. Dedit huic quoque indicio *C. Caelius* tabellam, doluitque quoad vixit, se, ut opprimeret C. Popilium, nocuisse rei publicae." de Legg. III. 16, 35. sq.

„Sic enim a me recitata lex est de suffragiis: Optimatibus nota, plebi libera sunto. Quae lex hanc sententiam continet, ut omnes leges tolleret, quae postea latae sunt, quae tegunt omni ratione suffragium, *ne quis inspiciat tabellam, ne roget, ne appellet.*" de Legg. III. 17, 38.

„Videtis in tabella iam ante quanta facta sit labes, primo *Gabinia* lege, biennio autem post *Cassia*." Lael. 16, 41.

Gabinia *tabellaria*

lata est a *Gabinio* tribuno plebis a. u. 614. *ut in magistratibus creandis non voce cives sed tabellis uterentur*, ut libere suffragia sine inimicitiarum metu ferre possent: unde Cicero Agr. II. 2, 4. tabellam *vindicem tacitae libertatis* vocat. Ern. Vid. supra.

Cassia *tabellaria.*

„Tum *L. Cassius* multum potuit, non eloquentia, sed dicendo tamen; homo non liberalitate, ut alii, sed ipsa tristitia et severitate popularis: cuius quidem legi tabellariae M. Antius Briso tribunus plebis diu restitit M. Lepido consule adiuvante; eaque res P. Africano vituperationi fuit, quod eius auctoritate de sententia deductus Briso putabatur." Brut. 25, 97.

„Iudicia populi, quibus aderat Carbo, iam magis patronum desiderabant tabella data: quam legem *L. Cassius* Lepido et Mancino consulibus tulit." Brut. 27, 106.

„*Cassiae* legis culpam Scipio tuus sustinet, quo auctore lata esse dicitur." de Legg. III. 16, 37.

„Tabellaria lex ab *L. Cassio* ferebatur. Populus libertatem agi putabat suam. Dissentiebant principes, et in salute optimatium temeritatem multitudinis et tabellae licentiam pertimescebant." pro Sestio 48, 103. — Hanc *L. Cassius* tulit, ut non voce suffragium pronuntiarent, sed tabella inscriberent, quasi securo et liberiore iudicio." Schol. Bob. p. 303.

„Etiam haec recentiora praetereo: ponam principium iustissimae libertatis, *Cassiam*, qua lege suffragiorum vis potestasque convaluit." Cornel. Fragm. 24. p. 451. — „Quae sit ista lex *Cassia*, qua suffragiorum potestas convaluit, manifestum est; nam ipse quoque paullo ante dixit, legem *Cassiam* tulisse, ut populus per tabellam suffragium ferret." Ascon. in Cornel. p. 78.

„Inde (i. e. ex ea familia) sunt leges *Cassiae tabellariae* de suffragiis libere ferendis non voce, sed tabula." Pseudo-Ascon. in Verr. p. 141 sq.

Cassia *L. Cassii Longini* tribuni plebis a. u. 616. (qui scopulus reorum in praetura dictus est, cuiusque ob severitatem iudices severi dicti sunt Cassiani) *de populi iudicio*, ut Cicero vocat de Legibus l. c. Ea lege sancitum est, *ut tabellae etiam in iudicio populi adhiberentur, praeterquam in iudicio perduellionis.* Conf. pro Sextio c. 48. Sed in hac lege intelligenda mihi videntur multi docti homines non satis vim verborum percipere. Nam ita video fere accipere hanc legem, ut de his iudiciis lata sit, quae in comitiis populi fiant, quod dicatur *de populi iudicio;* quod est falsum. Nam in his etiam iudiciis tabellae adhibentur, quae *a selectis iudicibus* exercentur, atque id ex lege *Cassia* factum atque ante voce pronuntiatum esse puto; quod etiam postea sanxit lex *Cornelia* de sententia ferenda, ut liberum esset reo postulare. pro Cluent. c. 20. Decepit doctos homines vox *populi;* neque intellexerunt, *populi iudicia* dici non solum ea, quae ab universo populo in comitiis aguntur, sed omnia *publica*, h. e., in quibus *causae publicae* aut *crimina publica*, quae vocantur, iudicari solent, tamquam de repetundis, de ambitu, de vi, de maiestate, cet. Haec autem iudicia *populi iudicia* appellantur, primo, quia olim ipse populus exercuerat, cum postea, quaestionibus perpetuis a. u. 604., adeoque ante legem *Cassiam*, constitui coeptis, omnia a selectis iudicibus exercerentur, praeter unum *perduellionis iudicium*, quod lege excipitur et usque ad legem *Iuliam de vi* populi universi fuit, v. Hotom. ad Verr. I. 5. et Orat. pro Rabir. Perd.; deinde, quia iussu, legibus populi et loco populi a iudicibus administrabantur. Cic. Verr. V. 48: *Quo confugient socii? - - ad populum Romanum confugient? facilis est causa populi. Legem enim se sociorum causa iussisse et vos ei legi custodes ac vindices praeposuisse dicet.* Haec tenenda sunt tironibus, cum legunt, quae Sigonius de Iudiciis L. III. c. 1. 2. de *populi iudicio* dixit. Neque enim satis distincte rem tradidit, et ea tempora, quibus omnes causae publicae ad populum agebantur solaeque controversiae privatae ad magistratum sine consilio iudicum agebantur, ab his distinxit, quibus publicae causae omnes ad iudices selectos, praeter unum perduellionis crimen, actae sunt. Nam et peculatus et maiestatis causae, quas populo proprias fuisse dicit, ad iudices actae sunt. Vid. v. c. Act. I. in Verr. c. 13. In primis clarus locus est Verr. I. 42: *Cornelia testamentaria, numaria, ceterae complures: in quibus non ius aliquod novum populo constituitur, sed sancitur, ut, quod semper malum facinus fuerit, eius quaestio ad populum pertineat.* Atqui hae causae apud selectos iudices actae. Ern.

Lege Cassia sancitum fuit, ut tabellae etiam in iudicio populi adhiberentur, praeterquam in iudicio perduellionis. At vero nonne perspicua sunt haec verba ac plane manifesta? Quis unquam baesitabit in explicando? Haesitavit vir doctissimus Ernestius. Haud enim intellexit, ne in comitiis commoveretur optimatium plebs sive auctoritate sive timore, idcirco lege illa fuisse cautum, ut ne viva voce, quemadmodum antea fieri solitum erat, sed tacite per tabellas suffragia ferrentur: contra sibi persuasit Cassiam hanc legem haud ad comitia populi esse

referendam, sed ad ea potius iudicia, quae exercerentur a selectis indicibus, quae iudiciorum vel quaestionum publicarum nomine erant insignita. Longe vero aliter sese res habet, nec eam, quam antea proposui, explicandi rationem veram esse quisquam dubitabit, qui prius Cic. de Legg. III. 15 et 16. perlegerit ac paullo accuratius perspexerit. Populum enim quo sensu dixerit Cassius, vel apertissime inde patebit: praeterea ceterae leges tabellariae, quarum Cicero agit censuram, quarumque nulla non admodum manifesto pertinet ad comitia, quid haec Cassia sibi velit, haud ambigue declarant. Ex hoc autem loco si cui residua erit dubitationis quaedam vel levissima pars, eam credo prorsus delebit alius apud Ciceronem locus, in Brut. c. 27., ubi quaestiones perpetuae disertis opponuntur verbis populi iudiciis. Verum habeamus, etiamsi nullo pacto verum haberi potest, habeamus tamen verum, quod contendit Ernestius in Cl. Cic. in Ind. Leg. s. v. Tabellariae, nonnisi ea intelligi debere iudicia, quae fieri solita fuerint coram iudicibus selectis: qui tamen illa lege Cassia omnis optimatium sublata potest dici auctoritas (de Legg. III. 15. de Amic. 12. pro Sext. c. 48.), cum ipsi iudices selecti, tum temporis ex ordine senatorio oriundi, optimatium factioni iam sponte sua fuerint addicti? Huc accedit, quod, cur exemerit auctor Cassius ex lege sua perduellionis iudicia, vix appareat. Qui enim possunt illa quaestionum perpetuarum iudicia, quae coram selectis ex senatorio ordine iudicibus fiebant, commisceri atque confundi cum populi comitiis, ut quid ad alterum pertineat, ad alterum peraeque videatur spectare? Pace Ernesti cum Sigonio, quem immerito ille taxat, crediderim legem Cassiam tabellariam referendam esse ad populi comitia, ideoque hac quoque lege probari quod contenderam, iudiciorum antiquam formam, quamquam fuerit commutata, tamen non omnino abolevisse. Wittich.

Papiria *tabellaria*

a *C. Carbone* tribuno plebis a. u. 622. lata est, eaque sancitum, *ut in legibus iubendis ac vetandis populus tabellis uteretur.*

Caelia *tabellaria*

a. u. 646. lata est eaque cautum, ut, quod unum iudicium lege *Cassia* exceptum esset, perduellionis, id quoque tabellas cum reliquis iudiciis communes haberet. Causam huius legis ferendae hanc habuisse dicitur apud Ciceronem, ut opprimeret C. Popillium inimicum. Ern.

Conf. etiam Cic. pro Plancio 6, 16. et Plin. Epist. III. 20.

Tarpeia. Vid. Aternia Tarpeia.

Terentia et Cassia. Vid. Cassia et Terentia.

Terentilla.

„*C. Terentillus Arsa* tribunus plebis eo anno (u. c. 291.) fuit. is per aliquot dies patrum superbiam ad plebem criminatus, maxime in consulare imperium tamquam nimium nec tolerabile liberae civitati"

invectus, legem promulgavit „*ut quinque viri creentur legibus de imperio consulari scribendis*. quod populus in se ius dederit, eo consulem usurum; non ipsos libidinem ac licentiam suam pro lege habituros." Sed a senatu permoti ceteri tribuni eum Terentillo agunt, dilataque in speciem actio, re ipsa sublata est. Liv. III. 9. — „Anno deinde insequenti (u. c. 292.) lex *Terentilla* ab toto relata collegio novos aggressa consules est. erant consules P. Volumnius Ser. Sulpicius." Ob varia prodigia „libri per duumviros sacrorum aditi. inter cetera monitum, ut seditionibus abstineretur. id factum ad impediendam legem tribuni criminabantur, ingensque aderat certamen." Liv. III. 10. Quo certamine per VII. annos summa contentione gesto, tandem a. u. c. 299. „abiecta lege, quae promulgata consenuerat, tribuni lenius agere cum patribus. finem tandem certaminum facerent. si plebeiae leges displicerent, at illi communiter legum latores et ex plebe et ex patribus, qui utrisque utilia ferrent quaeque aequandae libertatis essent, sinerent creari. rem non aspernabantur patres: daturum leges neminem nisi ex patribus aiebant. cum de legibus conveniret, de latore tantum discreparet, missi legati Athenas Sp. Postumius Albus A. Manlius P. Sulpicius Camerinus, iussique inclitas leges Solonis describere et aliarum Graeciae civitatium instituta mores iuraque noscere." Liv. III. 31. Conf. Dion. Halic. X. 1 seqq.

Testamentariae: *Cornelia*, *Furia*, *Voconia*.

Thoria *agraria*.

„*Sp. Thorius* satis valuit in populari genere dicendi, is, qui agrum publicum vitiosa et inutili lege vectigali levavit." Brut. 36, 136.

„Sed ex his omnibus nihil magis ridetur quam quod est praeter exspectationem: cuius innumerabilia sunt exempla, velut Appii maioris illius, qui in senatu, cum ageretur de agris publicis et de lege *Thoria*, et premeretur Lucilius ab iis, qui a pecore eius depasci agros publicos dicerent, *Non est*, inquit, *Lucilii pecus illud: erratis:* (defendere Lucilium videbatur:) *ego liberum puto esse; qua lubet pascitur*." de Orat. II. 70, 284.

Ea sancitum est, ne quis, qui agrum publicum in Italia a certo tempore possideret, vectigal penderet publicanis. Appianus de bello civ. lib. I. p. 623. [c. 27.] de hac lege ita:

Καὶ ἡ στάσις ἡ τοῦ δευτέρου Γράκχου ἐς τάδε ἔληγε. νόμος τε οὐ πολὺ ὕστερον ἐκυρώθη, Τὴν γῆν, ὑπὲρ ἧς διεφέροντο, ἐξεῖναι πιπράσκειν τοῖς ἔχουσιν· (ἀπείρητο γὰρ ἐκ Γράκχου τοῦ προτέρου καὶ τόδε.) καὶ εὐθὺς οἱ πλούσιοι παρὰ τῶν πενήτων ἐωνοῦντο, ἢ ταῖσδε ταῖς προφάσεσιν ἐβιάζοντο. καὶ περιῆν ἐς χεῖρον ἔτι τοῖς πένησι· μέχρι Σπούριος Βόριος (leg. *Θόριος*) *δημαρχῶν* (a. u. 646.) *εἰσηγήσατο νόμον, Τὴν μὲν γῆν μηκέτι διανέμειν, ἀλλ' εἶναι τῶν ἐχόντων καὶ φόρους ὑπὲρ αὐτῆς τῷ δήμῳ κατατίθεσθαι, καὶ τάδε τὰ χρήματα χωρεῖν εἰς διανομάς,* scil. *τῷ δήμῳ. ὅπερ ἦν μέν τις τοῖς πένησι παρηγορία διὰ τὰς διανομάς· ὄφελος δ' οὐδὲν ἐς πολυπληθίαν. Ἅπαξ δὲ τοῖς σοφίσμασι τοῖςδε τοῦ Γραкχείου νόμου παραλυθέντος, (ἀρίστου καὶ ὠφελιμωτάτου, εἰ*

ἐδύνατο πραχθῆναι, γενομένου) *καὶ τοὺς φόρους οὐ πολὺ ὕστερον διέλυσε δήμαρχος ἕτερος. καὶ ὁ δῆμος ἀθρόως ἁπάντων ἐξεπεπτώκει.*

Cautum eat etiam ea lege de pascuis nonnihil, ut colligere licet e Cic. de Orat. II. 70. Eius duo fragmenta insignia edidit Sigonius de Ant. I. lib. II. c. 2. Ern.

Ex Appiano apparet hanc potius *Thoriae* legis sententiam fuisse, ne ex lege Sempronia dividerentur amplius agri publici, sed possessoribus relinquerentur in posterum sub vectigalis sive tributi condicione, quod non in aerarium publicum redigendum esset, sed plebi divideretur. Ceterum dignissima est, quae legatur, *Schweighaeuseri* ad Appiani l. l. adnotatio:

„Corrupte apud Appianum *Borius* legitur pro *Thorius.*" Hotmannus in *Antiq. Rom.* lib. I. Opp. T. III. p. 236. Conf. Pighium Annal. T. III. p. 136 seq. Sigonium de ant. Iur. Ital. lib. II. c. 2. Freinshemium Suppl. Liv. LXI. 37. Ernestium in Ind. Legum art. *Lex Thoria.* Obsecutus sum tot ac tanti nominis doctorum virorum auctoritati, *Θόριος* pro *Βόριος* rescribere iubentium; licet mihi quidem, verum ut fatear, Ciceronis de Thoria lege verba in Bruto c. 36. cum argumento huius legis, quam Appianus h. l. commemorat, conferenti nonnihil dubitationis superesset, neque penitus satisfecisset ratio, qua conciliari cum Cicerone Appianum posse visum erat doctis, quoa dixi, viris. Vidi deinde in diversa ab his abire Ioh. Rosinum, qui Antiq. Rom. lib. VIII. c. 10. legem Thoriam ab ea, quae apud scriptorem nostrum *Spurio Borio* tribuitur, plane diversam statuit. Ac sane Cicero, cum l. c. *Sp. Thorium* ait *perniciosa lege agrum publicum vectigali levasse*, videtur legem dicere non modo diversam ab hac, quae Appiano hic memoratur, sed etiam ex adverso huic oppositam, atque adeo eam ipsam, cuius paullo inferius Scriptor noster, tacito tribuni nomine, qui eam rogaverat, his verbis meminit, *καὶ τοὺς φόρους οὐ πολὺ ὕστερον διέλυσε δήμαρχος ἕτερος.* Quodsi vero hoc ipsum, teste Cicerone et teste antiqua illa aenea tabula, cuius fragmenta Sigonius l. c. exhibuit, est *Thoriae* legis argumentum; erroris arguendus foret Appianus, si priorem illam legem, cuius contrarium argumentum erat, *Thorio* tribuisset. Iam vero cum *Borium*, non *Thorium*, prioris legis auctorem exemplaria omnia Appiani agnoscant; potest, fateor, et ceteroquin temere factum videri, et in ipsum Scriptorem nostrum iniuriose, quod ei contra librorum omnium fidem eiusmodi scriptura obtrudatur, quae cum manifesto propemodum errore, non librariorum, sed ipsius Scriptoris, coniuncta esse videatur. In quam sententiam graviter et erudite disputavit Alex. Symmachus Mazochius, in *Commentar. in Tabulas Heracleenses* p. 316 seq. non dubitandum existimans, posteriorem istam legem, absque auctoris nomine deinceps ab Appiano commemoratam, ipsam *Thoriam* esse, adeoque immerito et importune a viris doctis hic, ubi de priori quadam lege contrarii argumenti agitur, *Thorii* nomen in locum *Borii* obtrudi Appiano. Sed, quidquid de hoc statuas, quodsi ex Rosino vel Mazochio quaeras, quisnam ergo sit *Σπούριος* hic *Βόριος*, ad quem in

exemplaribus Appiani lex illa prior refertur: negari rursus ab his non potest, non solum obscurum nomen esse, sed et mendi omnino suspectum. Et Rosinus quidem, argumentum licet legis ex eodem hoc Appiani loco depromens, tribuni tamen nomen ab Appiano editum plane nihil curavit; sed *Baebiam* (non satis video quo fundamento nisus) adpellans hanc legem, auctorem eius *M.* illum *Baebium* perhibet, tribunum plebis et triumvirum coloniae deducendae, cuius mentio fit in fragmentis ex aenea tabula apud Sigonium l. c. et apud Pighium T. III. p. 63. Puto, quod et ipsi persuasum fuit, *Spurium Thorium* hoc loco fortasse nominatum ab Appiano fuisse, sed perperam ab eo priorem hanc legem ad eum tribunum relatam, qui posterioris legis auctor fuisset. Mazochius, Rosini coniecturae nullam mentionem faciens, interim dum de vero auctoris nomine certius quid fuerit compertum, *Boriam* hanc legem adpellandam esse indicavit; quamvis non neget, haud satis emendatam nominis illius scripturam apud Appianum videri. De cuius emendatione hasce coniecturas vir doctus proposuit, ut, si gentile nomen fingamus *Spurium* esse, (quod exemplis non careat in Gruteri et Muratorii indicibus,) cognomen *Βόρ ιον* dicat in *Burrum* facile posse refingi: si praenomen fuerit *Spurius*, posse gentis nomen *Burrius* esse. Denique proxime a vero abesse putat, si *Βόριος* ex *Βάριος* corruptum statuamus, *Βάριος* autem pro *Οὐάριος* positum cogitemus, ut tribunus hic ex eadem *Varia gente* fuerit, ex qua deinde alius tribunus a. u. 662. lege lata, quae ab eo nomen habet, inclaruit.

Haec Schweighaeuserus. Quicquid autem de Cicerone et Appiano inter se conciliandis aut non conciliandis statuas, hoc saltem vel propter praenomen viri extra dubium videtur, scribendum esse apud Appianum *Σπούριος Θόριος*, neque de ulla alia immutatione cogitandum. Thoriae legis fragmenta iam vide apud Hauboldium in Antiquitatis Rom. Monum. Legal. p. 10 seqq.

TITIAE.

„Ergo est lex iustorum iniustorumque distinctio, ad illam antiquissimam et rerum omnium principem expressa naturam, ad quam leges hominum diriguntur, quae supplicio improbos afficiunt, defendunt ac tuentur bonos. *Q.* Praeclare intelligo: nec vero iam aliam esse ullam legem puto non modo habendam, sed ne appellandam quidem. *M.* Igitur tu *Titias* et Appuleias leges nullas putas? *Q.* Ego vero ne Livias quidem. *M.* Et recte, quae praesertim uno versiculo senatus puncto temporis sublatae sint: lex autem illa, cuius vim explicavi, neque tolli neque abrogari potest." de Legg. II. 6, 14.

Sunt *Sex. Titii* tribuni plebis *(seditiosi civis et turbulenti*, Cic. de Orat. II. 11, 48.) a. u. 654. Ex eius legibus, si modo plures tulit, — potest enim *Titias* l. l. idem esse quod *leges quales Titia* — notissima est

TITIA *agraria.*

„M. Antonio A. Postumio coss. *Sex. Titius* tribunus plebis de agris dividundis populo cum repugnantibus collegis pertinaciter legem

ferret, corvi duo numero in alto volantes ita pugnarunt supra contionem, ut rostris unguibusque lacerarentur. Aruspices sacra Apollini litanda et de lege, quae ferebatur, supersedendum pronuntiarunt." Iulius Obsequens c. 45.

„*Sex.* quoque *Titium* similis casus prostravit. Erat innocens, *agraria* lege lata gratiosus apud populum. Tamen, quia Saturnini imaginem domi habuerat, suffragiis eum tota cognitio oppressit." Valer. Max. VIII. 1. Damn. 3.

„Quid religiosius quam cum populo, cum plebe, agendi ius aut dare aut non dare? quid? legem, si non iure rogata est, tollere? ut *Titiam* decreto collegii, ut Livias consilio Philippi consulis et auguris." de Legg. II. 12, 31.

° ° °

„Habuit hic (L. Murena) lege *Titia* provinciam tacitam et quietam." pro Murena 8, 18. Conf. Schol. Bob. in Vatin. p. 316.

De postremo hoc loco cum dubium sit, utrum ad eandem *Titiam agrariam* an ad plane diversam legem pertineat, liberum lectoribus arbitrium relinquere satius duxi, appositis virorum doctorum de verbis Ciceronis sententiis:

Haec lex quae sit, legere non memini. Licet tamen coniicere ex senatus consulto, quo provinciarum facta sortitio est, ab aliquo consule Titio latam esse legem. Nam ex S. C. leges nonnunquam ferebant consules. Sylvius. Abesse mendum nunquam credidi: primum, quia Murena provinciam habuit sorte, non lege; deinde, quia sic provinciam Murenae nominari oportuit, ut Sulpicii nominatur Ostiensis. reponendum fortasse *lautia*, quae munera fuerunt legatis exterarum nationum dari solita, et ad quaestores ea cura pertinuit: huic ego tamen coniecturae, nisi suffragantibus antiquis libris, non assentior. Manutius. Non credo a consule aliquo latam esse illam legem, sed potius a quodam tribuno plebis, ut Gabinia lege bellum piraticum Pompeio, Vatinia Iulio Caesari Gallia, Clodia Rabirio Syria fuit data. Quaestores aeque ut proconsules aut propraetores, cum facti essent comitiis tributis, ex S. C. sortiebantur provincias, aut, si sors non observaretur, extra ordinem lege aliqua, id est, plebiscito eas sibi parabant, ut docuit Sigonius III. Provinc. cap. 1. et id probat ex II. Philipp. *Quaestor*, inquit, *es factus*, *deinde continuo sine S. C.*, *sine sorte*, *sine lege ad Caesarem cucurristi*. et ex epist. ad Atticum 6, 6: *Pompeius Q. Cassium quaestorem sine sorte delegit*, *Caesar Antonium*, *ego Caelium sorte datum offenderem*. De variis legibus Titiis multa quidem Anton. Augustinus de Legibus et Fr. Hotomanus, nec non Frider. Brummerus ad legem Cinciam, cap. 1. Sed de hac, cuius hic fit mentio, nihil annotarunt. Verum Steph. Pighius in fastis Romanis ad annum 488. existimat *C. Titium* tribunum plebis illo anno legem tulisse de quaestorum numero duplicando et provinciis quaestoriis augendis sortiendisque ex S. C. Hanc esse illam legem, quam hic Cicero dicat *Titiam*. Nihil adhuc probabilius a quoquam est

allatum, quamvis sit mera coniectura. Graevius. Gruchium secutus lib. II. de Comit. hanc fuisse quaesturam puto, natam ex *agraria* lege *Sexti Titii* tribuni plebis, ad colligendum scilicet vectigal agris publice assignatis impositum, cuius meminit Valerius VIII. 1. *Pensionem* vocabant. Neque Manutii coniecturae multum habere momenti videntur: *Murena*, inquit, *provinciam habuit sorte*, *non lege;* nempe sortitus est quaestoriam provinciam, quam lex Titia, ut dicimus, constituerat: *Oportuit nominari provinciam Murenae*, *ut illa Sulpicii nominatur*. Esto, sed non aliud illi nomen erat; quaestura dicebatur lege Titia, h. e. Sex. Titio instituta: *Reponendum lautia*, *quae munera fuerant legatis exterarum nationum dari solita per quaestores*, ex Plutarcho: An tantum hoc munus erat, cui quaestores urbani non sufficerent? et sane non sine causa Plutarchus in Probl. per quaestores dari solita lautia scribit, non per quaestorem, quod illi rei non certus quidam quaestor, sed urbani quaestores praeessent. Ferratius.

Trebonia *de rogandis decem tribunis plebi.*

„*L. Trebonius*, tribunus plebis (a. u. c. 305.), infestus patribus quod se ab iis in cooptandis tribunis fraude captum, proditum a collegis aiebat, rogationem tulit, *ut qui plebem Romanam tribunos plebi rogaret*, *is usque eo rogaret dum decem tribunos plebi faceret*; (ne scilicet, si minus decem tribuni facti essent, ii sibi collegas cooptare possent;) insectandisque patribus, unde *Aspero* etiam inditum est cognomen, tribunatum gessit." Liv. III. 65.

„Comitiis tribunorum plebis (a. u. 352.) numerus expleri nequiit. pugnatum inde, in loca vacua ut patricii cooptarentur. postquam obtineri non poterat, tamen labefactandae legis *Treboniae* causa effectum est, ut cooptarentur tribuni plebis C. Lacerius et M. Acutius, haud dubie patriciorum opibus." Liv. V. 10. cf. c. 11 et 12.

Trebonia *de provinciis consularibus.*

„M. Cato cum legem impediret, qua provinciae consulibus in quinquennium, Pompeio Hispaniae, Crasso Syriae et Parthicum bellum, Caesari Gallia et Germania dabantur, a *C. Trebonio* tribuno plebis (a. u. 698.), legis auctore, in vincula ductus est." Liv. Epit. CV. Conf. Dio. Cass. XXXIX. 33. Plutarch. Cato min. 43.

Tribunicia

lex dicitur saepissime, quod omnes sciunt, quae a tribuno lata est; sed illud neglexerunt omnes, quos vidi, animadvertere, *tribuniciam legem* dici etiam eam, quam Pompeius tulit *de tribunis reficiendis potestate pristina*, quam iis Cornelius Sulla ademerat. Act. I. in Verr. c. 16: *Vident adhuc post* legem tribuniciam (quam sc. Pompeius tulit) *unum senatorem vel tenuissimum esse damnatum*. Sic *iudicium Iunianum* significare potest non solum, quod exercuit, cui praefuit Iunius, et sic est in Cluentiana; sed etiam quod fuit de Iunio, in quo reus fuit

Iunius, ut saepe iudicia apud Ciceronem a reis vocantur; v. c. iudicium Verris, Cluentii. Ern.

Tullia *de ambitu.*

„Causa orationis huiusmodi (in toga candida) in senatu habendae Ciceroni fuit, quod cum *in* dies licentia ambitus augeretur propter praecipuam Catilinae et Antonii audaciam, censuerat senatus, ut lex ambitus aucta etiam cum poena ferretur; eique rei Q. Mucius Orestinus tribunus plebis intercesserat. Tum Cicero graviter senatu intercessionem ferente surrexit atque in coitionem Catilinae et Antonii invectus est ante dies comitiorum paucos." Asconius p. 83. cf. p. 85.

„Negat fuisse rectum Cato, me et consulem et *legis ambitus* latorem et tam severe gesto consulatu causam L. Murenae attingere." pro Murena 2, 3. cf. 3, 5 et 32, 67.

„Atque illud etiam audire a te cupio: quare, cum ego legem *de ambitu* tulerim ex senatus consulto, tulerim sine *vi*, tulerim salvis auspiciis, salva lege Aelia et Fufia, tu eam esse legem non putes: cum mea lex dilucide vetet, *biennio, quo quis petat petiturusve sit, gladiatores dare, nisi ex testamento praestituta die.*" in Vatin. 15, 37. — „Acta mea sibi ait displicere. Quis nescit? qui legem meam contemnat, quae dilucide vetat, *gladiatores biennio, quo quis petierit aut petiturus sit, dare?* pro Sestio 64, 133.

„Quod ait ab eo legem suam esse contemptam, significat eam, quae auctoribus consulibus eodem Cicerone et C. Antonio *de ambitu* lata est multo severior quam fuerat illa Calpurnia: praescribebatur enim inter cetera, *ne candidatus ante biennium quam magistratum peliturus esset, munus populo ederet,* propter ambitum scilicet, ne hoc ipso popularis animus eblanditus designationi eius succumberet." Schol. Bob. pro Sestio p. 309. cf. p. 324.

„*Poena gravior in plebem* tua voce efflagitata est; commoti animi tenuiorum; — *exsilium in nostrum ordinem:* concessit senatus postulationi tuae: *morbi excusationi poena addita* est." pro Murena 23, 47.

„Sed quid ego matrem aut domum appello, quem nova poena legis et domo et parente et omnium suorum consuetudine conspectuque privat? Ibit igitur in exsilium miser?" pro Murena 41, 89.

„Hic etiam addidisti, me *idcirco* mea lege exsilio ambitum sanxisse, ut miserabiliores epilogos possem dicere." pro Plancio 34, 83.

„Nec ignoramus, auctore ipso Cicerone et C. Antonio cons. legem severiorem de ambitu puniendo scriptam, cuius meminit pro Murena: nam clementior aliquatenus videbatur lex fuisse Calpurnia." Schol. Bob. pro Plancio p. 269.

„Poenam de ambitu graviorem consules C. Antonius et Cicero sanxerunt, ut praeter haec veteribus legibus *(Cornelia, Calpurnia)* constituta etiam exilio multarentur." Schol. Bob. pro Sulla p. 362.

Ἔδοξε τῇ βουλῇ δέκα ἐτῶν φυγὴν τοῦ Κικέρωνος ἐς τὰ μάλιστα ἐνάγοντος, τοῖς ἐπιτιμίοις τοῖς ἐπὶ τῷ δεκασμῷ τεταγμένοις προσνομοθετῆσαι. Dio Cass. XXXVII. 29.

Lata est a *M. Tullio Cicerone* consule a. u. 690. ad confirmandam et graviore poena augendam Calpurniam legem. Quae in orationis pro Murena capite 23. indicata sunt tria Tulliae legis praecipua capita, Ferratius in Epist. lib. I. ep. 13. (p. 54 seq.) ita illustravit:

Poena gravior in plebem tua voce efflagitata est; commoti animi tenuiorum; quippe qui suffragia vendere solerent, et hac ratione magnum quotannis lucrum facere; in eos, qui se comitiis corrumpi sinerent, multo gravior quam antea poena constituta est. *Exsilium in nostrum ordinem;* soli enim senatores lege de ambitu tenebantur; cum ii tantum ad petendos magistratus accederent; cumque damnati et ordinem et ius petendorum honorum antea amitterent, Tullia lex decem annorum exilium addidit. *Morbi excusationi poena addita est:* Hoc tertium obscurum esse quibusdam videtur et explanatione indigere. Manutius itaque *Videtur*, inquit, *Servius et petiisse a senatu et obtinuisse, ut lex ferretur de cogendis omnibus ad comitia consularia, poena addita, si quis morbum excusaret.* Quam multa inde consequerentur absurda? 1. Eos etiam coactos fuisse comitiis adesse, qui male valerent, cum unusquisque impune abesse poterat, licet nulla excusatione uteretur. 2. Cum res ipsa per se est odiosa, tum multo magis ob gravissimam poenam: *Aut incommodo morbi etiam ceteri vitae fructus relinquendi*, oratoris verba sunt; necesse erat, ut vel morbo perirent, vel, si convaluissent, pulsi in exilium omnia amitterent cum civitate. 3. Non recte Cicero dixisset, eo legis capite multorum voluntatem offensam. An quisquam esse poterat, qui non offenderetur? hoc est, qui non metueret fore aliquando, ut ipse quoque comitiorum tempore morbo aliquo impediretur? 4. Ut alia missa faciam quamplurima: suosne an competitorum suffragatores cogebat venire in campum Sulpicius? Si suos; repererat nimirum, qua optima ratione eorum sibi voluntates conciliaret. Si suffragatores competitorum; scilicet ut quo maior esset aliena suffragatio, de repulsa ipse certior foret. Ceterum ex Tit. 7. Duodecim Tabularum, quanti momenti esset in iudiciis excusatio morbi, colligitur: *Si iudex vel alteruter ex litigatoribus morbo sontico impediatur, dies iudicii diffisus esto.* Quod non in privatis tantum causis, sed in publicis etiam et populi iudiciis servatum fuisse testatur Cicero oratione pro domo sua: *Denique etiam, si qua res illum diem* (quo iudicium de capite alicuius fieri debet) *aut auspiciis aut excusatione sustulit, tota causa iudiciumque sublatum est.* Excusatio autem vel ex morbo desumebatur, vel ex funere domestico, ut innuitur in ea pro Rabirio perduellionis reo. Hac morbi excusatione ne uti possent accusati de ambitu, lege Tullia cautum est: ut pro damnatis haberentur, qui eam praetendentes causam iudicii dilationem quaererent, donec ineundi magistratus dies adventaret. Quare in peroratione non dissimulat Cicero, Murenam male valentem dicere tamen causam coactum fuisse vi novae legis: *Obsecro, iudices, ut ne hominis miseri et cum corporis morbo, tum animi dolore confecti, L. Murenae recentem gratulationem nova lamentatione obruatis.*

TULLIA *de liberis legationibus.*

„Illud apertum profecto, nihil esse turpius, quam quempiam legari nisi rei publicae causa. Omitto, quemadmodum isti se gerant atque gesserint, qui legatione hereditates aut syngraphas suas persequuntur. In hominibus est hoc fortasse vitium. Sed quaero, quid reapse sit turpius, quam sine procuratione senator legatus, sine mandatis, sine ullo rei publicae munere? Quod quidem genus legationis ego consul (a. u. 690.), quamquam ad commodum senatus pertinere videatur, tamen approbante senatu frequentissimo, nisi mihi levis tribunus plebis tum intercessisset, sustulissem. *Minui* tamen *tempus*, et, quod erat infinitum *annuum feci*. ita turpitudo manet, diuturnitate sublata." de Legg. III. 8, 18. Conf. IULIA *de liberis legationibus.*

VALERIAE

P. Poplicolae consulis a. u. c. 245.

„Latae deinde leges non solum quae regni suspicione consulem absolverent, sed quae adeo in contrarium verterent ut popularem etiam facerent. inde cognomen factum Publicolae est. ante omnes de provocatione adversus magistratus ad populum, sacrandoque cum bonis capite eius qui regni occupandi consilia inisset, gratae in volgus leges fuere." Liv. II. 8.

Νόμους φιλανθρωποτάτους ἔθετο (ὁ Οὐαλέριος) βοηθείας ἔχοντας τοῖς δημοτικοῖς· ἕνα μὲν, ἐν ᾧ διαῤῥήδην ἀπεῖπεν, ἄρχοντα μηδένα εἶναι Ῥωμαίων, ὃς ἂν μὴ παρὰ τοῦ δήμου λάβῃ τὴν ἀρχὴν, θάνατον ἐπιθεὶς ζημίαν ἐάν τις παρὰ ταῦτα ποιῇ, καὶ τὸν ἀποκτείναντα τούτων τινὰ ποιῶν ἀθῷον· ἕτερον δὲ, ἐν ᾧ γέγραπται, „Ἐάν τις ἄρχων Ῥωμαίων τινὰ ἀποκτείνειν ἢ μαστιγοῦν ἢ ζημιοῦν εἰς χρήματα θέλῃ, ἐξεῖναι τῷ ἰδιώτῃ προκαλεῖσθαι τὴν ἀρχὴν ἐπὶ τὴν τοῦ δήμου κρίσιν, πάσχειν δ' ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ μηδὲν ὑπὸ τῆς ἀρχῆς, ἕως ἂν ὁ δῆμος ὑπὲρ αὐτοῦ ψηφίσηται." Dionys. Halic. Antiq. Rom. V. 19. cf. V. 70.

VALERIA *de provocatione.*

„Idem *(P. Valerius)*, in quo fuit Poplicola maxime, legem ad populum tulit eam, quae centuriatis comitiis prima lata est, ne quis magistratus civem Romanum adversus provocationem necaret neve verberaret." de Rep. II. 31, 53. cf. Valer. Max. IV. 1.

„Quo tamen e collegio (decemvirorum) laus est illa eximia C. Iulii, qui hominem nobilem L. Sestium, cuius in cubiculo effossum esse se praesente mortuum diceret, cum ipse potestatem summam haberet, quod decemvir sine provocatione esset, vades tamen poposcit: quod se legem illam praeclaram neglecturum negaret, quae de capite civis Romani nisi comitiis centuriatis statui vetaret." de Rep. II. 36, 61. cf. Liv. III. 33.

„M'. Valerium dictatorem Volesi filium creant. plebes etsi adversus se creatum dictatorem videbat, tamen cum provocationem fratris *(P. Valerii)* lege haberet, nihil ex ea familia triste nec superbum timebat." Liv. II. 30. Conf. SACRATAE.

VALERIAE et HORATIAE.

I.

„Per interregem deinde (a. u. c. 304.) consules creati *L. Valerius M. Horatius* - - - omnium primum, cum veluti in controverso iure esset tenerenturne patres plebiscitis, legem centuriatis comitiis tulere, *ut quod tributim plebes iussisset, populum teneret;* qua lege tribuniciis rogationibus telum acerrimum datum est." Liv. III. 55.

Τιμωρίαι δὲ προσέκειντο τοῖς καταλύουσιν ἢ παραβαίνουσι τὸν νόμον, ἐὰν ἁλῶσι, θάνατος καὶ δήμευσις τῆς οὐσίας. Dionys. Halic. XI. 45.

II.

„Aliam deinde consularem legem de provocatione, unicum praesidium libertatis, decemvirali potestate eversam, non restituunt modo, sed etiam in posterum muniunt sanciendo novam legem, *ne quis ullum magistratum sine provocatione crearet: qui creasset, eum ius fasque esset occidi, neve ea caedes capitalis noxae haberetur.*" Liv. III. 55.

„*Lucii Valerii Potiti* et *M. Horatii Barbati*, hominum concordiae causa sapienter popularium, consularis lex sanxit, *ne qui magistratus sine provocatione crearetur.*" de Rep. II. 31, 54.

III.

„Et cum plebem hinc provocatione hinc tribunicio auxilio satis firmassent, ipsis quoque tribunis, ut sacrosancti viderentur, cuius rei prope iam memoria aboleverat, relatis quibusdam ex magno intervallo ceremoniis renovarunt; et cum religione inviolatos eos tum lege etiam fecerunt, sanciendo *ut qui tribunis plebis, aedilibus, iudicibus, decemviris nocuisset, eius caput Iovi sacrum esset, familia ad aedem Cereris Liberi Liberaeque venum iret.* - - - Fuere qui interpretarentur eadem hac *Horatia* lege consulibus quoque et praetoribus cautum esse." Liv. III. 55.

VALERIA *(M. Valerii) de provocatione.*

„*M. Valerius* consul (a. u. c. 453.) *de provocatione* legem tulit diligentius sanctam. tertia ea tum post reges exactos lata est, semper a familia eadem. causam renovandae saepius haud aliam fuisse reor quam quod plus paucorum opes quam libertas plebis poterant. Porcia tamen lex sola pro tergo civium lata videtur, quod gravi poena, si quis verberasset necassetve civem Romanum, sanxit. *Valeria* lex cum eum qui provocasset virgis caedi securique necari vetuisset, si quis adversus ea fecisset, nihil ultra quam improbe factum adiecit. id, qui tum pudor hominum erat, visum, credo, vinculum satis validum legis. nunc vix serio ita minetur quisquam." Liv. X. 9.

VALERIA *de civitate Formianorum, Fundanorum, Arpinatium.*

„De Formianis Fundanisque municipibus et Arpinatibus *C. Valerius Tappo* tribunus plebis (a. u. c. 565.) promulgavit ut iis suffragii latio

(nam ante sine suffragio habuerant civitatem) esset. huic rogationi quattuor tribuni plebis, quia non ex auctoritate senatus ferretur, cum intercederent, edocti populi esse, non senatus ius, suffragium quibus velit impertire, destiterunt incepto. rogatio perlata est, ut in Aemilia tribu Formiani et Fundani, in Cornelia Arpinates ferrent; atque in his tribubus tum primum ex Valerio plebiscito censi sunt." Liv. XXXVIII. 36.

VALERIA *de civitate Calliphanae Veliensis.*

„Mitto vetera, proxima dico: ante civitatem Veliensibus datam de senatus sententia *C. Valerium Flaccum* praetorem urbanum (a. u. 655.) nominatim ad populum de Calliphana Veliense (sacerdote Cereris), ut ea civis Romana esset, tulisse." pro Balbo 24, 55.

VALERIA *de aere alieno.*

„In huius (C. Marii septimum consulis) locum suffectus *L. Valerius Flaccus* (a. u. 667.) turpissimae legis auctor, qua creditoribus quadrantem solvi iusserat: cuius facti merita eum poena intra biennium consecuta est." Vellei. II. 23, 2.

„Nam ita ego defendo M. Fonteium itaque contendo, post legem *Valeriam* latam a M. Fonteio quaestore usque ad T. Crispinum quaestorem aliter neminem solvisse: hunc omnium superiorum, huius autem omnes, qui postea fuerint, auctoritatem dico secutos." pro Fonteio 1, 1. Nieb.

Ex hac lege *argentum aere solutum est* (Salust. Catil. 33.) ita ut pro sestertio, (qui erat argenteus,) assem, (quae erat aerea moneta,) pro denario sestertium, pro mille nummis ducentos quinquaginta, denique pro omni debito quartam partem solverent, et tres omnino creditori perirent.

VALERIAE *de Sulla dictatore.*

„Omnium legum iniquissimam dissimillimamque legis esse arbitror eam, quam *L. Flaccus* interrex (a. u. 671.) de Sulla tulit, *ut omnia, quaecunque ille fecisset, essent rata.* Nam cum ceteris in civitatibus tyrannis institutis leges omnes exstinguantur atque tollantur, hic rei publicae tyrannum lege constituit. Est invidiosa lex, sicut dixi: verumtamen habet excusationem; non enim videtur hominis lex esse, sed temporis." de lege agr. III. 2, 5. conf. III. 2, 6. et III. 2, 8. Appian. Bell. Civ. I. 97.

„Si triginta illi Athenis leges imponere voluissent, aut si omnes Athenienses delectarentur tyrannicis legibus, num idcirco hae leges iustae haberentur? Nihilo, credo, magis illa, quam interrex noster *(L. Flaccus)* tulit, *ut dictator (Sulla) quem vellet civium indicta causa impune posset occidere.*" de Legg. I. 15, 42.

Ἐψηφίσθη δ' αὐτῷ πάντων ἄδεια τῶν γεγονότων, πρὸς δὲ τὸ μέλλον ἐξουσία θανάτου, δημεύσεως, κληρουχιῶν, κτίσεως, πορθήσεως, ἀφελέσθαι βασιλείαν καὶ ᾧ βούλοιτο χαρίσασθαι. Plutarch. Sulla c. 33.

„Hoc ego quaero, qui potuerunt ista ipsa lege, quae *de proscri-*

ptione est, sive *Valeria* est sive Cornelia; non enim novi nec scio: verum iata ipsa lege bona Sex. Roseii venire qui potuerunt? Scriptum enim ita dicunt esse, *ut eorum bona veneant, qui proscripti sunt:* quo in numero Sex. Roscius non est: *aut eorum, qui in adversariorum praesidiis occisi sunt.* - - - Opinor esse in lege, quam ad diem proscriptiones venditionesque fiant: nimirum ad Kalendas Iunias." pro Sex. Roscio 43, 125—128.

„*Valerius Flaccus* praetor Sullanis temporibus fuit. Hic tulit legem: quicquid Sulla dixisset, lex esset. Si quid ergo ad populum tulisset Sulla, valebat lege Cornelia; si quid voluisset facere et non tulisset ad populum, hoc valebat lege *Valeria*." Schol. Gronov. p. 435.

Varia *de maiestate*.

„*Q. Varius*, propter obscurum ius civitatis *Hybrida* cognominatus, tribunus plebis (a. u. 662.) legem adversus intercessionem collegarum perrogavit, qua iubebat quaeri, quorum dolo malo socii ad arma ire coacti essent, magna cum clade rei publicae: sociale enim prius, deinde civile bellum excitavit. Sed dum ante pestiferum tribunum plebis quam certum civem agit, sua lex eum domesticis laqueis constrictum absumpsit." Valer. Max. VIII. 6, 4.

„Italico bello exorto, cum ob sociis negatam civitatem nobilitas in invidia esset, *Q. Varius* tribunus plebis legem tulit, ut quaereretur de iis, quorum ope consiliove socii contra populum Romanum arma sumpsissent." Ascon. in Scaur. p. 22.

„Bello Italico cum multi *Varia* lege inique damnarentur, quasi id bellum illis auctoribus conflatum esset, crebraeque defectiones Italicorum nuntiarentur, tunc ob eius tristitiae occasionem senatus decrevit, ne iudicia, dum tumultus Italicus esset, exercerentur." Ascon. in Cornel. p. 73.

Οἱ ἱππεῖς - - - Κόϊντον Οὐάριον δήμαρχον ἔπεισαν εἰσηγήσασθαι, κρίσεις εἶναι κατὰ τῶν τοῖς Ἰταλιώταις ἐπὶ τὰ κοινὰ φανερῶς ἢ κρύφα βοηθούντων, ἐλπίσαντες τοὺς δυνατοὺς ἅπαντας αὐτίκα εἰς ἔγκλημα ἐπίφθονον ὑπάξεσθαι καὶ δικάσειν μὲν αὐτοί, γενομένων δ' ἐκείνων ἐκποδὼν δυνατώτερον ἔτι τῆς πόλεως ἐπάρξειν. Appian. Bell. Civil. I. 37.

„Genu mehercule M. Antonium vidi, cum contente pro se ipse lege *Varia* diceret, terram tangere." Tuscul. II. 24, 57.

„Memoria teneo, cum primum senatores cum equitibus Romanis lege Plotia iudicarent, hominem dis ac nobilitati perinvisum, Cn. Pompeium (Strabonem), causam lege *Varia de maiestate* dixisse." pro Cornelio ap. Ascon. p. 79.

„Ab eodem etiam (Q. Servilio Caepione) lege *Varia* custos ille rei publicae (Scaurus) proditionis est in crimen vocatus: vexatus a *Q. Vario* tribuno plebis est non multo ante." pro Scauro I. 3. Conf. praeter Asconium Scriptor de viris illustr. c. 72. Quintil. Inst. Or. V. 12, 10. Valer. Max. III. 7. — „Cottae (oratio) pro se lege *Varia*, quae inscribitur, eam L. Aelius scripsit Cottae rogatu." Brut. 56, 205.

„Exercebatur una lege iudicium *Varia.*" Brut. 89, 304.

„Iam consequente anno *Q. Varius* sua lege damnatus excesserat." Brut. 89, 305.

In Tuscul. II. 24. Bohierius, vir summus, intelligi volt aliam legem Variam, *de incestu*, quod Valerius Max. III. 7, 19. [et VI. 8, 1.] M. Antonium de incestu accusatum tradit, eumque locum huc retulere interpretes. Sed temporum ratio facile arguit hanc sententiam. Cicero dicit se *vidisse* Antonium pro se dicentem causa lege Varia. At accusatio de incestu facta est anno quaesturae provincialis, quam Pighius refert ad a. u. 640., quo Cicero natus nondum erat. Necesse igitur est, ut idem post etiam accusatus sit de maiestate e lege Varia, cum Cicero iam forum attigisset. Ern.

Vatiniae

P. Vatinii tribuni plebis a. u. c. 694.

„Quoniam pecunias aliorum despicis, de tuis divitiis intolerantissime gloriaris, volo, uti mihi respondeas, fecerisne foedera tribunus plebis cum civitatibus, cum regibus, cum tetrarchis? erogarisne pecunias ex aerario tuis legibus? eripuerisne partes illo tempore carissimas partim a Caesare, partim a publicanis?" in Vatin. 12, 29.

Vatinia *de imperio C. Caesaris.*

„Iam dictum est; servante de caelo Bibulo consule hunc *Vatinium* legem tulisse *de imperio Caesaris*, ut exercitum per Illyricum et Gallias duceret." Schol. Bob. in Vatin. p. 317.

„Galliam Cisalpinam Illyrico adiecto (C. Caesar) lege *Vatinia* accepit; mox per senatum Comatam quoque, veritis patribus, ne, si ipsi negassent, populus et hanc daret." Sueton. Caes. c. 22.

Ὅ τε ὅμιλος τοῦ τε Ἰλλυρικοῦ καὶ τῆς Γαλατίας τῆς ἐντὸς τῶν Ἄλπεων ἄρξαι αὐτῷ μετὰ τριῶν στρατοπέδων ἐπὶ ἔτη πέντε ἔδωκε, καὶ ἡ βουλὴ τήν τε Γαλατίαν τὴν ἐπέκεινα τῶν ὅρων καὶ στρατόπεδον ἕτερον προσεπέτρεψε. Dio Cass. XXXVIII. 8. cf. Appian. Bell. Civ. II. 13. Vellei. Paterc. II. 44. Orosius VI. 7.

„Etiamne eius, quem sua lege et suo beneficio ornatum, munitum, armatum solet gloriari *(Vatinius)*, C. Caesaris legem de pecuniis repetundis non putat esse legem?" pro Sestio 64, 135.

„Et quoniam legationis tuae facta mentio est, volo etiam audire de te, quo tandem senatusconsulto legatus sis? De gestu intelligo quid respondeas: tua lege, dicis." in Vatin. 15, 35. „Eripueras senatui provinciae decernendae potestatem, imperatoris deligendi iudicium, aerarii dispensationem. - - Quis legatos unquam audivit sine senatus consulto?" in Vatin. 15, 36.

Vatinium hac lege legatum esse dicit Cicero, quoniam Caesar eo imperio usus, quod lege Vatinia acceperat, Vatinium sibi sine senatus auctoritate legavit. Legem a Manutio fictam, *ut legati provinciales a populo crearentur*, recte reiecit Ernestius.

Vatinia *de reiectione iudicum.*

„Et quoniam crebro usurpas, legem te de alternis consiliis reiiciendis tulisse: ut omnes intelligant, te ne recte quidem facere sine scelere potuisse, quaero, cum lex esset aequa promulgata initio magistratus, multas etiam alias tulisses, exspectarisne, dum C. Antonius reus fieret apud Cn. Lentulum Clodianum? et posteaquam ille est reus factus, statim tuleris in eum, qui tuam post legem reus factus esset: ut homo consularis exclusus, miser, puncto temporis spoliaretur beneficio et aequitate legis tuae?" in Vatin. 11, 26.

„Legem hanc non improbabilem videbatur *P. Vatinius* in tribunatu suo perrogasse, ut alternorum iudicum reiectio fieret, sed acute ei detrahit laudem, quam de aequitate legis consequi poterat, eo scilicet, quod egerit, ut C. Antonius ante reus fieret, quam lex *Vatinia de reiectione iudicum* perferretur." Schol. Bob. p. 321.

„*Vatinii* lege, quam tulerat in tribunatu, non satis aperte neque distincte apparebat, utrum sorte quaesitor esset deligendus an vero mutua inter adversarios facienda reiectio." Schol. Bob. p. 323.

„*Lege hac recenti ac nova certus est inquisitioni comitum numerus constitutus.*] Legem iudiciariam videtur significare sive a *P. Vatinio* tribuno plebis sive a Q. Fufio Caleno praetore latam: pertinebat autem ad iudicum reiectionem. Igitur ea lege praefinitum videbatur, quot numero comites habere deberent, qui in provincias irent, ut accusationem de pecuniis repetundis instruerent." Schol. Bob. in orat. pro Flacco p. 235.

Ea sancitum est, ut repetundarum iudicio liceret alterna consilia reiicere. *Consilia* sunt iudices omnes, quos praetor sortitus est: eos omnes ex hac lege semel reiicere licet reo, semel accusatori, cum antea nonnullos tantum reiicere liceret ex eodem consilio utrique, quorum loca subsortitione praetoris replebantur. *Alterna consilia reiicere* ergo est idem ac *alternis reiicere consilia*, ut Verr. lib. II. 13. *cum alternae civitates reiectae sunt*, pro *alternis*, semel ab accusatore, semel ab reo. Ern.

Vatinia *de L. Vettii indicio.*

„*Fuerisne tanta crudelitate, ut delectos viros, principes civitatis, delere tua rogatione conarere?*] De hoc tempore locuti sumus in oratione, quae hanc praecedit: L. Vettium perditum hominem instinctu Vatinii professum esse apud senatum se indicaturum plerosque nobilissimos viros de interficiendo Pompeio inisse coniurationem idque negotium sibi mandasse, hunc tamen Vettium in carcerem coniectum atque ibidem necatum ipsis potissimum auctoribus, qui eum ad mendacium subornassent." Schol. Bob. in Vatin. p. 320.

„Promulgarisne quaestionem de tot amplissimis et talibus viris, indici Vettio praemia amplissima?" in Vatin. 11, 26.

Hanc rogationem, ut quaestio haberetur de iis, quos L. Vettius caedem Cn. Pompeii sibi mandasse indicaret, promulgavit sed non per-

tulit Vatinius. Conf. Dio Cass. XXXVIII. 9. Appian. Bell. Civ. II. 12. Onom. s. v. L. Vettius.

Verria *frumentaria*.

„Saepe decumae tanti venierunt, cum lege Hieronica venirent, quanti nunc lege *Verria* venierunt. Verr. lib. III. 49, 117. conf. Hieronica.

De vi: *Plotia* (et *Lutatia*), *Pompeia*, *Iulia*.

Viasia. Vid. Scriboniae.

Villia *annalis*. Vid. Annales.

Voconia.

Haec lex difficultatibus singularibus, quibus accurata eius cognitio impediri videretur, studia hominum doctorum singularia excitavit. Prae ceteris commemorandi sunt

I. F. Gronovius de sestertiis III. c. 16.

I. Perizonius[*]), dissertat. trias. Daventriae, 1679. Diss. II.

Wieling, lectiones iuris civ. (1740.) II. c. 19—27.

M. Kind, de lege Voconia dissertatio. Lipsiae, 1820. 4. pp. 76.

Savigny, über die lex Voconia. in Commentariis acad. Berolin. 1820 – 1821. p. 219 — 238. cuius sententiam consensu suo confirmavit Hauboldus epicr. ad Heineccii antiqu. iur. R. p. 937.

Zimmern, über die lex voconia in: Neustetel und Zimmern röm. rechtliche Untersuchungen T. I. 1821. p. 311—331.

Hugo, histor. iuris R. (Edit. X. 1826.) p. 358 sqq. quibuscum conferenda sunt quae monuit Schilling. Bemerkungen über Röm. Rechtsgesch. (1829.) p. 105 sqq.

---

*) Eius sententiam secutus Ernestius de hac lege haec scripserat: „*Censi* e Voconii mente sine dubio erant *cives*, quod nemini licebat deferre ad censorem rem suam, nisi qui civis Romanus esset. Sed in hoc verbo calumniabantur, qui rem suam ad uxorem aut filiam transferre cuperent. Nam cum illis temporibus lex census Serviana de vendendis incensis non acerbe aut severe satis servaretur, et multi cives Romani incensi essent, (caussas vid. ap. Perizon. libro mox memorando p. 129.) hi, qui feminam heredem faciebant, propterea se lege Voconia teneri negabant, quod incensi essent. Atque hac calumnia verbi *census* eludebant legem, praetoribus facilibus in re dura. Nam ex Verrinae l. c. intelligi potest, praetores ante Verrem omnes ex hac calumnia decrevisse, et hereditates hoc modo ad filias mulieresque transire potuisse. Qui autem censi erant, adeoque legem eludere calumniando non poterant, heredem fiduciarium faciebant, h. e. qui hereditatem cerneret quidem, sed deinde filiae, aut cuicunque testator voluisset, redderet, si honestus esset. Nam si quis perfidus negabat se hereditatem filiae redditurum, cogi non poterat. Vid. de Fin. II. 17. De hac lege multi, in primis Balduinus, sed omnium optime Iac. Perizonius in Diss. de lege Voconia, qui primus huius legis vim accurate perspexit."

Hasse, zur lex Voconia, Cic. de republ. III. 10. in Musei Rhenani iurispr. vol. III. (1829.) p. 183—214. et p. 309 sq.
Zumpt, ad Cic. Verrinas (1831.) p. 183—186. et p. 188—190.
Rein, das Röm. Privatrecht (1836) p. 367 sqq.

Qui quae exposuerunt, iis omnibus accurate lectis et consideratis breviter explicare conabimur, quid nobis de hac lege statuendum videatur. Atque primum quidem videbimus de Voconio ipso et de anno, quo legem Voconiam perlatam esse intelligamus.

Lata est a *Q. Voconio Saxa* tribuno plebis, adiuto M. Catonis auctoritate et eloquentia. Livius epit. XLI.: *Q. Voconius Saxa tribunus plebis legem tulit, ne quis heredem mulierem institueret. Suasit legem M. Cato: exstat oratio eius.* de Senect. 5, 14: *ille* (Ennius) *autem Caepione et Philippo iterum consulibus mortuus est, quum ego quidem V. et LX. annos natus legem voconiam magna voce et bonis lateribus suasissem.* Voconius sive ipse ex municipio aricino oriundus fuit sive gens eius: Philipp. III. 6, 15: *quod autem municipium non contemnit is, qui aricinum tanto opere despicit--? Hinc voconiae, hinc atiniae leges.* De anno vero quo legem latam esse dicant dissensio est hominum doctorum haud exigua. Kindius p. 6. a. u. c. 576. a. Chr. 178., Zumptius ad Verrin. p. 189. a. u. c. 580. a. Chr. 174., Savignius Hugo alii a. u. c. 585. a. Chr. 169. latam esse dicunt. Atque hanc postremam sententiam video unice veram esse. Nam a. 576. lata esse non potest, quod in ea mentio fiebat A. Postumii Q. Fulvii censorum: Verrin. I. 41, 106: *iste* (Verres) — *quam aequum edictum scripserit, quaeso, cognoscite. QUUM INTELLIGAM, LEGEM VOCONIAM —. — — Dic, quaeso, cetera. — QUI AB A. POSTUMIO Q. FULVIO CENSORIBUS POSTVE EA — FECIT FECERIT. — Imitatus esses ipsum illum Q. Voconium, qui — sanxit in posterum, qui post eos censores census esset ne quis heredem virginem neve mulierem faceret.* Verum Q. Fulvius Flaccus A. Postumius Albinus (v. Varro apud Festum p. 234. ed. L.), censores creati a. 580., lustrum LI. condiderunt a. 581: Livius XLI. 27. XLII. 10. Lex igitur, in qua censores a. 580. creati commemorantur, a. 576. lata esse non potest. — Zumptius vero: „*Livium*, inquit, *constat ex epitome libri historiarum XLI. ad a. 174. rettulisse de lege Voconia.*" Unde *constat*? Nimirum est H. Meieri *coniectura* fragm. orat. rom. p. 46: „*sed epitome illa Livii acta complectitur inde ab a. 575. usque ad 580., in quem annum hanc legem refero, quia Cato quinque et sexaginta annos natus legem Voconiam suasisse dicitur. Secundum Livium ut supra dixi in prooemio Catonis* [p. 11. sqq.], *Cato natus est a. 515., suasit ergo hanc legem 580.; secundum Ciceronem vero Cato, natus 520., pro ea dixit a. 585.*" Sed ea coniectura falsa est. Enarratio eorum quae anno 580., postquam censores illi creati essent, et a. 581. gesta sint apud Livium (XLI. 27. — XLII. 10.) integra est neque quidquam in hac historiarum parte laceri. Contra epitome l. XLI. hanc legem statim post lustrum quinquagesimum commemorat, quod M. Aemilius

Lepidus M. Fulvius Nobilior a. 576. condiderunt: atque de iis quae ante illam legem in epitome leguntur, in parte l. XLI. superstite nihil traditur, omnia vero ea quae post illam legem in epitome commemorantur, eodem quo epitomator dicit ordine a Livio videbis exposita esse. Quid igitur quaeso iudicare poteris nisi hoc, mentionem legis factam fuisse in iis quae interciderunt, hoc est, Livium de ea lege ad a. 576. retulisse? Ita Zumptius nihil habet, quo sententiam suam tueatur. Nam Ciceronis (de senect. l. l.) luculentum est testimonium, Catonem suasisse legem illam Q. Marcio Philippo II. Cn. Servilio Caepione consulibus a. 585., natum annos 65. Omnia ea quae de aetate Catonis apud Ciceronem leguntur ad amussim inter se conveniunt: v. Meierus l. quem dixi p. 11. sq. atque ita, ut omnis dubitatio excludatur, confirmantur iis quae Plutarchus Caton. c. 1. habet: *φησὶ γὰρ αὐτὸς ἑπτακαίδεκα γεγονὼς ἔτη τὴν πρώτην στρατεύσασθαι στρατείαν, περὶ ὃν Ἀννίβας χρόνον εὐτυχῶν ἐπέφλεγε τὴν Ἰταλίαν.* Vid. Clinto F. H. 3. p. 43. ad a. 537. Inde quae Zumptius de aetate Catonis et fide Ciceronis dixit parum caute dicta esse apparet. Cum igitur Livius neque eo anno, ad quem Meierus eum sententia illa quam de aetate Catonis animo concepisset ductum hanc legem retulisse coniecit, eam commemorasse potuerit neque de aetate Catonis recte statuisse videatur, reliquum est, ut de anno, quo legem Voconius pertulerit, errasse Livium, Ciceronem vera tradidisse dicas. Nam Savignii opinionem (p. 220.), Livium de lege voconia in parte extrema l. XLIII., quae intercidit, ad a. 585. retulisse, ita ut non discreparet cum Cicerone, epitomatorem vero omnem rerum gestarum ordinem confudisse, hanc Savignii opinionem commemorasse satis habeo. Lex Voconia igitur lata est Q. Marcio Philippo II. Cn. Servilio Caepione consulibus a. u. c. 585. a. Chr. 169., priore parte anni, nam his ipsis consulibus anno fere medio censores creati sunt T. Sempronius Gracchus C. Claudius Pulcher, qui lustrum LII. condiderunt a. 169. idibus decembribus: Livius XLIII. 14. XLIV. 16. Quare necesse est Voconius legem tulerit, priusquam hi censores creati sunt.

Legem Voconiam Latini adsciverunt: pro Balbo 8, 21: *tulit apud maiores nostros legem C. Furius de testamentis, tulit Q. Voconius de mulierum hereditatibus, innumerabiles aliae leges de civili iure sunt latae; quas Latini voluerunt, adsciverunt.*

Veniamus ad argumentum legis. Saepe acciderat Romae, ut opes familiarum nobilium et opulentarum ad mulieres pervenirent atque ita in familias alias transirent: quo factum est, ut familiae haud paucae splendorem veterem perderent, id quod Romani summo studio evitare studebant. Mulieres vero magnas divitias nactae maritorum auctoritatem non magno opere curabant, saepe etiam opes luxurie in dies ingravescente brevi tempore dilapidabant. Quae mala cum animadverterent Q. Voconius eiusque amici, quantum fieri posset cohibere studuerunt, quo minus opes mulierum valde adaugerentur. Opes ad mulieres pervenire poterant donationibus, legitima successione, testamentis. Sperari vero non poterat fore ut de donationibus et legitima successione leges per-

ferrentur, quibus liberum arbitrium civium Romanorum coerceretur aut de legitima suorum heredum et consanguineorum successione aliquid praeciperetur, quae cum natura ipsa sancita tum consuetudine populi Romani perpetua quam maxime confirmata erat. Itaque Voconius de mulierum hereditatibus ex intestato nihil praecepit, sed id tantum efficere studuit, ut ne testamentis magnae opes ad mulieres pervenirent. Vidit nulla ratione effici posse, ut mulieres pecuniosae in republica omnino non essent, neque id effici voluit, sed cavere studuit, ne id praeter naturam necessitatemque nimis saepe accideret. Verum etiam intellexit, neque saepe evenire, ut, si quis magnas opes intestatus reliquisset, sui heredes et legitimi non essent nisi mulieres, et eos etiam, quorum opes si intestati decederent ad mulieres perventurae essent haud raro testamenta facturos esse, ut aut tutorem darent aut secundum heredem instituerent aut legata mandarent. Quod eo magis sperari poterat, quo propensiores ad testamenta condenda animos Romanorum fuisse intelligimus. Si quis vero testamento de hereditate aliquid praecipere voluit, lege de hereditatibus mulierum tenebatur, etiamsi ei intestato filia aut soror heres futura fuisset. Haec antequam de lege ipsa exponeretur moneri debebant, ne difficultatibus iis implicaremur, quibus plerique qui hucusque de lege voconia scripserunt vexati sunt, cum non intelligerent quomodo hereditates ex intestato cum ea conciliari possent. Nos vero secuti sumus Hassium, qui de consilio legis optime explicavit p. 198 sqq.

Primum igitur hac lege cautum est:

qui centum milia aeris census esset, ne quis mulierem heredem institueret.

Gaius II. §. 274: *item mulier, quae ab eo qui centum milia aeris census est per legem voconiam heres institui non potest, tamen fideicommisso relictam sibi hereditatem capere potest.* Dio Cassius LVI. 10: *τῶν τε γυναικῶν τισι καὶ παρὰ τὸν οὐοκώνειον νόμον, καθ' ὃν οὐδεμιᾷ αὐτῶν οὐδενὸς ὑπὲρ δύο ἥμισυ μυριάδας οὐσίας κληρονομεῖν ἐξῆν, συνεχώρησε τοῦτο ποιεῖν.* (Bene enim ab hominibus doctis perspectum est, hunc huius loci sensum esse: *contra legem voconiam, per quam mulieri non licebat ex testamento capere plus viginti quinque milia denarium ex opibus alicuius*, i. e. mulieri non licebat heredi esse eius qui plus viginti quinque milia denarium haberet: V. Zumptius p. 184.) Pseudo-Asconius ad Verrin. I. 41, 104. (p. 188. ed. Bait.): *neque census esset*] *neque centum milia sestertium possideret. More veterum censi dicebantur, qui centum milia professione detulissent. Huiusmodi adeo facultates census vocabantur.* Quanquam enim personatus ille Asconius locum Ciceronis male explicavit, de quo infra videbimus, iure tamen Savignius monuit p. 227., tantum hac adnotatione effici, ut scivisse intelligamus Asconium summam quandam pecuniae in lege ipsa constitutam fuisse. Sed de hac ipsa pecuniae summa lis est. Asconius enim et Dio Cassius centum milia *sestertium* commemorant, Gaius centum milia *aeris*, quod ex usu sermonis latini vulgari de *assibus* intelligi oportet. In hac testi-

moniorum discrepantia alii aliam rationem secuti sunt. Savignius p. 224 sq. quod Gaius habet *aeris* de sestertiis intelligendum esse censet: sed argumenta quibus hanc sententiam stabilire studuit ipse valde imbecillia esse vidit, atque si consideraveris quae Gaius II. §. 225. dicit: *qui enim verbi gratia quinque milium aeris patrimonium habebat, poterat quinque hominibus singulis milenos asses legando totum patrimonium erogare.* IV. §. 14: *de rebus mille aeris, plurisve, quingentis assibus, de minoribus vero quinquaginta assibus sacramento contendebatur.* Varro de L. L. V. p. 179. (ed. Sp.): *de aliis rebus utrique quingenos aeris ad pontem deponebant, de aliis rebus item certo alio legitimo numero assum.* IX. p. 518. (ed. Sp.): *pro assibus nonnunquam aes dicebant antiqui, a quo dicimus, assem tenentes: hoc aere, aeneaque libra, et mille aeris legasse.* A. Gellius XX. 1: *Si iniuriam alteri faxit, XXV. aeris poenae sunto; quis enim erit tam inops, quem ab iniuria facienda XXV. asses deterreant?:* — si hos locos, inquam, consideraveris, certo certius esse videtur, Gaium de assibus intelligi voluisse centum milia aeris, praesertim cum asses paullo ante commemorati essent, ita ut si sestertios intelligi vellet, asses nollet, ea voce, quae plerumque de assibus intelligeretur, uti nullo modo potuisset. Accedit aliud. Notum est qui centum milia assum censi essent, primam classem plebeiorum ex Serviana census ratione effecisse iisque *classicis* nomen fuisse, eos vero qui minus centum milia assum censi essent, *infra classem* vocatos esse: v. Festus p. 84. (ed. L.): *infra classem significantur, qui minore summa, quam centum et viginti milium aeris censi sunt.* A. Gellius VII. 13: *classici dicebantur non omnes, qui in classibus erant, sed primae tantum classis homines: qui C. et XXV. milia aeris ampliusve censi erant.* In ea vero oratione, qua M. Cato legem voconiam suasit, de classicis et infra classem sermonem fuisse testatur idem Gellius, qui eo quem dixi loco addit: *haec eo strictim notavi, quoniam in M. Catonis oratione, qua voconiam legem suasit, quaeri solet* (i. e. dubitant), *quid classicus, quid infra classem.* cf. H. Meier. fragm. orat. rom. p. 48. Niebuhr. hist. rom. 3. p. 401. Voconius igitur eum ad minima quaeque patrimonia legem suam pertinere nollet, summam in monumentis legalibus antiquitus usurpatam et sollemni serviani census usu nobilitatam definivit, supra quam qui censns esset, lege teneretur. Eam vero summam iam tum, cum lex perferretur, minimam Romae fuisse, multa docent, ita ut ad cives fere omnes vel modicarum facultatum lex voconia pertineret. Probo igitur Zumptii iudicium, qui p. 184: „*progrediente,* inquit, *quidem aetate nemo pecuniam paullo maiorem assibus computabat. Itaque ne dicam de asconiana notula, ipse Cassius in abolita* (*ἐξῆν enim dicit*) *et lege et omni plebis censendae ratione facile* HS. *intelligere poterat, ubi asses olim fuerant.*" quanquam quod dicit de voce ἐξῆν falsum esse nemo non videt.

Sed ne quis quanquam mulierem *heredem* non fecisset maximam

patrimonii partem mulieri *legando* relinquere posset, legis Voconiae praeceptum alterum hoc fuit:

qui centum milia aeris census esset, ne quis plus legaret, quam ad heredem heredesve perveniret.

Verrin. I. 43, 110: *Quid? si plus legarit, quam ad heredem heredesve perveniat, quod per legem Voconiam ei qui census non sit licet?* Gaius II. §. 226: *ideo postea lata est lex voconia, qua cautum est, ne cui plus legatorum nomine mortisve causa capere liceret, quam heredes caperent.* Ita cautum erat, ne quis mulieri plus quam dimidiam hereditatis partem legare posset. Sed Quintilianus declam. 264. ait: *quae lex tamen qualis est? Ne liceat mulieri plus quam dimidiam partem bonorum suorum relinquere.* eique declamationi inscriptum est: *Fraus legis Voconiae: ne liceat mulieri nisi dimidiam partem bonorum dare.* Cum enim quidam testamento duas mulieres heredes instituisset, ita ut utrique dimidiam partem bonorum relinqueret, alii hoc testamentum ob legem voconiam nullum esse dicebant, alii contra legem factum esse negabant. Sunt igitur qui putent, in lege voconia praeceptum singulare de mulierum legatis fere tale fuisse, *ne quis mulieri plus quam dimidiam partem bonorum legaret*, ita ut qui illud testamentum contra legem voconiam factum esse negarent, nonnisi hoc praeceptum sequerentur, illud quod esset de mulierum hereditatibus per fraudem tacerent et omitterent. Hanc video sententiam esse Schraderi Tübing. krit. Zeitschr. I. 2. p. 136. Schillingii Bemerkungen über röm. Rechtsg. p. 107. et Hassii p. 201. Sed cum eo quod supra posui praecepto communi de legatis omnibus etiam de mulierum legatis satis accurate et luculenter praecipiatur, Quintiliani unius auctoritati non tantum puto tribuendum esse, ut in lege ipsa illud scriptum fuisse putemus. In rhetorum enim scholis controversias multas easque magis etiam miras et singulares excogitatas esse quis nescit? Schillingius quidem attulit ad sententiam suam stabiliendam etiam Ciceronis verba de rep. III. 10, 17: *de mulierum legatis et hereditatibus* et de Fin. II. 17, 55: *quam posset ad eam lege voconia pervenire.* Sed uterque locus optime potest explicari, etiamsi communiter tantum de legatis omnibus praeceptum esse statuas.

Terminum a quo hanc legem valere vellet Voconius hunc scripserat: *qui ab A. Postumio Q. Fulvio censoribus postve ea C. milia aeris census est erit.* Qua de re et supra vidimus et infra videbimus.

Contigit igitur Q. Voconio, ut suasore M. Catone, cuius oratio commemoratur a Cic. Senect. 5, 14., Gellio VII. 13. XXII. 6. §. 1 et 3., Festo p. 233. ed. L., Nonio s. v. *recepticium servum*, Servio ad Virg. Aen. 1, 573. (v. Meier. fragm. orat. Rom. p. 47. seq.), legem perferret, sed neque tum omnibus videtur placuisse et postea haud pauci de eius iniquitate conquesti sunt. de Republ. III. 10. §. 17. L. Furius Philus: „*genera*, inquit, *vero si velim iuris, institutorum, morum consuetudinumque describere, non modo in tot gentibus varia, sed in una urbe, vel in hac ipsa, milliens mutata demonstrem: ut hic iuris noster interpres alia nunc Manilius iura*

dicat esse de mulierum legatis et hereditatibus, alia solitus sit adolescens dicere, nondum voconia lege lata: quae quidem ipsa lex utilitatis virorum gratia rogata in mulieres plena est iniuriae. Cur enim pecuniam non habeat mulier? cur virgini Vestali sit heres, non sit matri suae? Cur autem si pecuniae modus statuendus fuit feminis, P. Crassi filia posset habere, si unica patri esset, aeris millies, salva lege; mea tricies non posset * * *. Tria sunt, quae Philus legi opponit. Primum legem totam necessariam esse negat, se enim non intelligere, cur pecuniam mulier non habeat. Deinde conqueritur, iniquum esse, virgini Vestati heredem esse posse mulierem, matri non posse filiam cum ea vinculis naturae sanctissimis coniunctam. Nimirum intestatae filia matri ex edicto praetoriano heres non erat, cum in potestate eius non esset, testamento ne fieret lege voconia cautum erat. Sed virginibus Vestalibus lex voconia permiserat mulierem heredem facere, quod iniquum videbatur, virgini Vestali, cui intestatae nemo heres erat (Gellius I. 12. extr.), fratrem si esset heredem fieri posse, sororem si frater non esset non posse. V. Hassius p. 213. Schilling. Bemerkungen über röm. Rechtsg. p. 210. Denique Philus dicit legem iniustam esse neque quod Voconius voluerit efficere, ut pecuniae modus constituatur feminis: lege enim non cautum esse ne quis mulieri plus quam certam quandam pecuniae summam legaret, sed ne plus quam dimidiam partem hereditatis; quo effici ut Crassus, qui plus bis millies aeris habeat, filiae si unica sit millies aeris salva lege legare possit, ipse, qui non plus tricies habeat, tanto minorem summam non possit, ita ut Crassi filiae diviti esse liceat, suae non liceat. Ita enim hunc locum puto intelligendum esse. Alii putaverant per legem voconiam licuisse filiam si unica esset heredem instituere eosque secutus A. Maius ad hunc locum codices Augustini, qui de civitate Dei III. 21. haec scripsit: *ne quis filiam heredem faceret, nec unicam:* labem contraxisse et sic emendandos esse putat *nisi unicam.* Sed hanc opinionem falsam esse docebunt loci, quos infra tractabimus, Verrin. I. 41, 104. de Fin. II. 17, 55. Alii dixerunt cogitandum esse, Crassi filiam intestato tantum pecuniae habituram fuisse, si unica esset neque alius heres legitimus quisquam, idque conqueri Philum fieri posse, cum sua ipsius filia neque intestato multo minorem summam accipere posset, quippe quae non unica esset, neque ex testamento, ob legem voconiam. Sed quisque videt, et nimis artificiosam esse hanc rationem neque Furii filiam, quae unica non esset, recte opponi Crassi, quam non dicat unicam re vera *fuisse*, sed nonnisi unicam esse *ponat* Furius. Restat ut moneam verbis *salva lege* eam quam ipse proposui explicationem non parum confirmari, cum lex ad heredes legitimos non pertinuerit, hic vero mulierem commemorari oporteat, quae cum lege teneretur salva tamen lege dives fieri potuerit.

Multis igitur haec lex displicuit. Quare si cui filia esset, quae, quia sua esse desisset, ei intestato heres non esset, rationem circumspexit qua legem illam luderet. Ita Q. Fadius Gallus fideicommisso hereditatem filiae reliquit: P. enim Sextilium Rufum testamento heredem

instituit, sed eum in testamento rogavit, ut hereditatem Fadiae filiae suae redderet. De fin. II. 17, 55: „*Memini me adesse P. Sextilio Rufo, cum is ad amicos rem ita deferret, se esse heredem Q. Fadio Gallo: cuius in testamento scriptum esset, se ab eo rogatum, ut omnis hereditas ad filiam perveniret. Id Sextilius factum negabat. Poterat autem impune. Quis enim redargueret? Nemo nostrum credebat; eratque veri similius hunc mentiri, cuius interesset, quam illum, qui id se rogasse scripsisset, quod debuisset rogare. Addebat etiam se in legem voconiam iuratum contra eam facere non audere, nisi aliter amicis videretur. Aderamus nos quidem adolescentes, sed etiam multi amplissimi viri: quorum nemo censuit plus Fadiae dandum quam posset ad eam lege voconia pervenire.* Atque Gaius quidem II. §. 274. ait: *item mulier, quae ab eo, qui centum milia aeris census est, per legem voconiam heres institui non potest, tamen fideicommisso relictam sibi hereditatem capere potest.* Sed fideicommissa ante Augusti aetatem parum valebant, quanquam qui honesti essent et probi eos fidem praestitisse Cicero et hoc loco dicit et postea suo exemplo comprobavit, cum Publilius eum heredem fecisset et rogasset, ut hereditatem filiae restitueret: v. Fr. Fabricii histor. Cic. p. 90 sq. (ed. Orell.). P. Servilius igitur se et a Q. Fadio rogatum esse negavit et religione legis voconiae teneri dixit, ne hereditatem filiae Fadii redderet, cum ea lex mulierem heredem fieri non sineret. Etiam amici Servilii indicarunt, Fadiae non plus dandum esse, quam ad eam per legem voconiam pervenire posset, hoc est, non plus quam dimidiam partem hereditatis. Utrum Servilius hanc amicorum sententiam secutus dimidiam partem ei concesserit an hereditatem totam ipse ceperit, cum Fadius filiae nihil legasset, incertum est, sed Ciceronis verba: *tenuit permagnam Sextilius hereditatem* faciunt, ut hoc posterius verisimilius esse putem.

Alia legem ludendi ratio haec fuit. Cum in ea non scriptum esset *qui centum milia aeris habet*, sed *qui centum milia aeris census est*, eum, qui proximis censoribus qualicunque de causa censum non professus esset, qui post eos censores census non esset, lege voconia non teneri dicebant, ita ut ei liceret et mulierem heredem facere et quantum vellet legare. Cum vero post a. u. c. 584. Macedonia subacta tributum pendere cives Romani desissent, etiam census post eum annum non eadem diligentia et severitate videtur exactus esse, ita ut haud pauci essent, qui eam exceptionem praeferrent. Verrin. I. 41, 104: *C. Annius Asellus mortuus est, C. Sacerdote praetore. Is cum haberet unicam filiam neque census esset, quod natura hortabatur, lex nulla prohibebat, fecit, ut filiam bonis suis heredem institueret. Heres erat filia. Faciebant omnia cum pupilla, legis aequitas, voluntas patris, edicta praetorum, consuetudo iuris eius, quod erat tum, eum Asellus est mortuus.* Pseudo-Asconius ad h. l. p. 188. (ed. Bait.) haec scripsit: *neque census esset*] *neque centum milia sestertium possideret. More veterum censi dicebantur, qui centum milia professione detulissent. Huiusmodi adeo facul-*

tates ***census*** *vocabantur*. de quibus aliam ob rem iam supra dictum est. Cf. quae idem ille homuncio infra ad §. 106. (p. 189. ed. Bait.) scripsit: ***cum intelligam, legem voconiam*** —] *Voconius legem tulerat, ne quis* ***census***, *hoc est, pecuniosus, heredem relinqueret filiam.* Hanc vero vocabuli *census* explicationem ut prorsus falsam esse intelligas, sufficit in memoriam revocasse ea quae infra leguntur Verrin. II. 7, 21: *quid? haec hereditas quo praetore Dionis filio venerat? eodem quo Anniae, C. Annii* ***senatoris*** *filiae.* Miror igitur hanc Pseudo-Asconii explicationem cum aliis probari potuisse tum H. Meiero fragm. orat. rom. p. 48. Verissime Savignius p. 225. docuit verba *neque census esset* ita intelligenda esse, ut C. Annium putemus, quanquam si vera mens et consilium Voconii consideraretur lege illa teneretur, se exceptum esse ideo indicasse, quod census non esset, hoc est, quod aut omnino censum nondum professus esset aut proximis censoribus hoc non fecisset. Prius illud facile fieri potuisse bene Zumptius exposuit p. 185. Hac legis voconiae eludendae ratione illo tempore haud paucos usos esse intelligimus ex iis, quae Cicero dicit: *faciebant omnia cum pupilla, legis* ***aequitas***, *voluntas patris*, ***edicta praetorum***, ***consuetudo iuris eius*** etc. Si quis vero quaesierit, cur C. Annius filiam quae ei intestato heres esset testamento heredem instituere maluerit, respondemus, eum filiae *infanti* (v. Verrin. I. 58, 153.) tutores dare et L. Annium secundum heredem instituere voluisse, quod nonnisi testamento efficere potuit. Ita Hassii dubitationi p. 194 seqq. obviam itum esse existimo. Denique ex hoc Ciceronis loco discimus, ne unicam quidem filiam ab eo qui census esset heredem institui potuisse, de qua re fuisse qui dubitarent supra diximus.

C. Verres vero cum praetor urbanus factus esset magnae hereditatis, quam C. Annius filiae reliquerat, cupiditate ductus lucrum speculabatur. Vidit testamentum C. Annii ex consuetudine quidem iuris eius quod tum valeret factum esse, ex qua qui censi non essent se lege voconia non teneri putarent, sed si quis veram legis mentem sequeretur, contra illam factum esse. L. Annium igitur, qui a C. Annio secundum filiam heres institutus erat, appellavit eumque docuit, se edicto, quo legem voconiam tueretur, hereditatem Anniae eripere posse, ita ut ad secundum heredem perveniret. Priusquam vero edictum scripsit, ad matrem et tutores Anniae summisit atque pecuniam grandem poposcit, si hereditatem pupillae eripi nollent. Qui cum dare eam pecuniam recusassent, Verres scripsit edictum, quod Cicero improbum et inhumanum esse dicit. Pergit vero Cicero Verrin. I. 41, 106. his verbis rem explicare: *Iste* (Verres) *ad arbitrium eius, cui condonarat hereditatem ereptam liberis, quam aequum edictum scripserit, quaeso, cognoscite. CUM INTELLIGAM, LEGEM VOCONIAM —. Quis unquam crederet Verrem mulierum adversarium futurum? — Dic, quaeso, cetera. Delectat enim me hominis gravitas, scientia iuris, auctoritas. QUI AB A. POSTUMIO Q. FULVIO CENSORIBUS POSTVE EA — FECIT FECERIT.* (§. 107.) ***Fecit fecerit*** —

quis unquam edixit isto modo? quis unquam eius rei fraudem aut periculum proposuit edicto, quae neque post edictum neque ante edictum provideri potuit? (c. 42.) *Iure, legibus, auctoritate omnium qui consulebantur, testamentum C. Annius fecerat, non improbum, non inofficiosum, non inhumanum. Quodsi ita fecisset, tamen post illius mortem nihil de testamento illius novi iuris constitui oporteret. Voconia lex te videlicet delectabat? Imitatus esses ipsum illum Q. Voconium, qui lege sua hereditatem ademit nulli neque virgini neque mulieri: sanxit in posterum, qui post eos censores census esset, ne quis heredem virginem neve mulierem faceret.* (§. 108.) *In lege voconia non est fecit fecerit, neque in ulla praeteritum tempus reprehenditur, nisi eius rei, quae sua sponte scelerata et nefaria est, ut, etiam si lex non esset, magnopere vitanda fuerit.* (§. 109.) *De iure vero civili si quis novi quid instituit, is omnia, quae ante acta sunt, rata esse patitur. Cedo mihi leges atinias, furias, ipsam, ut dixi, voconiam, omnes praeterea de iure civili: hoc reperies in omnibus statui ius, quo post eam legem populus utatur.* (§. 110.) *Ac si hoc iuris, non unius causa hominis edixisses, cautius composuisses. Scribis SI QUIS HEREDEM FECIT FECERIT. Quid? si plus legarit, quam ad heredem heredesve perveniat, quod per legem voconiam ei, qui census non sit, licet? Cur hoc, cum in eodem genere sit, non caves?* Cum C. Verres hereditatem quam Annia testamento acceperat ei eripere eamque ad secundum heredem transferre vellet, ut ab eo pecuniam exigeret, primum edicto efficiendum erat, ut exceptione illa, qua fretus Annius legem voconiam ad se non pertinere putaverat, uti non liceret, deinde quia testamentum factum erat, antequam Verres quod antea consuetudine iuris valuerat edicto vetuit, praecipiendum erat, ut edicto etiam ii tenerentur, qui ante edictum exceptione illa usi contra legem voconiam testamento virginem mulieremve heredem fecissent. Ipsum edicti initium verba: *Cum intelligam, legem voconiam* — videntur constituisse, ita ut fere haec sequerentur: *parum diligenter observari, sed a multis eludi, cupiditati hominum obviam ire constitui.* Similiter Savignius p. 226. Deinde vero verba edicti *QUI AB A. POSTUMIO Q. FULVIO CENSORIBUS POSTVE EA FECIT FECERIT* ante Zumptium nemo recte intellexerat. Savignius p. 226. putat censum in edicto Verris omnino non commemoratum esse, sed Verrem constituisse, ne quis post A. Postumium Q. Fulvium censores virginem neve mulierem heredem faceret, ita ut censurae horum virorum tantum mentio fieret ad tempus definiendum, a quo edictum valeret. Eandem sententiam secutus est Hassius p. 193 sq. Sed neglexerant verba *postve ea*, quae Zumptius bene monuit sensu cassa esse, si verba *ab A. Postumio Q. Fulvio censoribus* idem significare putes quod deinde dicit Cicero *post eos censores.* Neque censoribus Romani unquam usi sunt ad tempus simpliciter significandum. Zumptius vero optime perspexit p. 189., inter *postve ea* et *fecit fecerit* a Cicerone verba quaedam omissa esse, ita

ut prima tantum et ultima periodi verba habeamus. Addo Zumptii sententiam verbis quae §. 110. leguntur: *Scribis SI QUIS HEREDEM FECIT FECERIT* ita stabiliri, ut de eius veritate nemo quisquam dubitare possit. Periodum Zumptius ita supplevit: „*qui ab A. Postumio Q. Fulvio censoribus postve ea C. milia aeris plusve censi sunt erunt, quive cum censi non sint in senatum eundi vel equo publico merendi vel suffragii in prima classe ferendi ius habuerunt habent, si quis eorum virginem mulieremve heredem fecit fecerit: illi virgini mulierive hereditatis nec petitionem nec possessionem dabo.* Sed recte fortasse deest in codice Vat. rescripto *ab* ante *A. Postumio*: cf. Livius XLI. 9: *qui — M. Claudio T. Quintio censoribus postque ea — censi essent.* Reliqua deinde paullo simplicius et fortasse melius sic suppleri posse opinor: *qui A. Postumio Q. Fulvio censoribus postve ea C. milia aeris plusve census est erit* (cf. §. 107.), *quive cum census non sit C. milia aeris plusve possideat, si quis heredem fecit fecerit* (cf. §. 110.) *virginem mulieremve: ei virgini mulierive nec petitionem nec possessionem dabo* (§. 113.) Qui verba *ab A. Postumio Q. Fulvio censoribus* ita explicaverant: *post — censores*, in errorem abducti erant a Cicerone ipso, qui §. 107. scripsit: (Voconius) *sanxit in posterum, qui post eos censores census esset, ne quis - -*, sed ne haec verba in lege voconia ipsa scripta fuisse putes. Cicero argumentum legis suis verbis enarrat iisque ita conformatis, ut cum causa quam tractaret optime convenirent. De lege voconia disputat, tamquam in ea de certa aliqua census summa nihil dictum sit, tamquam summa rei eo contineatur, utrum quis census sit necne. Ideo non dixit: *qui A. Postumio Q. Fulvio censoribus postve ea — census non esset*, sed *qui post eos censores census non esset*, ut auditores a cogitatione certi cuiusdam census avocarentur. In edicto igitur tria acerbe vituperat orator: primum, quod Verres exceptionem istam consuetudine iuris et ante Verrem et postea comprobatam sustulit, deinde quod edicto non tantum in posterum aliquid statuit *(fecerit)*, sed eo etiam eos qui ante illud edictum testamentum fecerint teneri voluit *(fecit)*, denique quod alteram legis voconiae partem quae de legatis fuit plane neglexit, ita ut in legatis mandandis exceptione illa uti liceret (§. 110.). Cum enim hanc alteram legis partem Verres prorsus omisisset, facillimum erat ad intelligendum, edictum non iuris sed mercedis causa, non populo, sed L. Annio et Verri ipsi scriptum esse.

Post Verrem eadem consuetudo iuris valuit, quae ante Verrem fuerat, ut ad eos qui censi non essent legem non pertinere putarent. Verrin. I. 43, 111: *ecquis est inventus postea praetor, qui illud idem ediceret? Non modo nemo edixit, sed ne metuit quidem quisquam ne quis ediceret. Nam post te praetorem multi testamenta eodem modo fecerunt: in his nuper Annaea. Ea de multorum propinquorum sententia, pecuniosa mulier, quod censa non erat, testamento fecit heredem filiam.*

Si quis vero qui census esset contra illam legem virginem mulieremve heredem instituisset, non testamentum totum irritum fiebat, sed illa, quae instituta esset contra legem, summota reliquae testamenti partes valebant. Quod, cum Verres filia Annii summota hereditatem L. Annio secundo heredi condonare posset, recte videntur coniecisse Zimmernius p. 329. adnot. 52., Hassius p. 188 seq. Schilling Bemerk. p. 417.

Cum Plinius paneg. c. 42: *locupletabant et fiscum et aerarium non tam Voconiae et Iuliae leges, quam maiestatis singulare et unicum crimen* —. et Gaius II. §. 274. (v. supra) legem ita commemorent, ut eorum tempore adhuc valuisse videatur, Gellius vero XX. 1. haec habeat: *quid utilius plebiscito voconio de coërcendis mulierum hereditatibus? Quid tam necessarium existimatum est — quam lex Licinia et Fannia - - ? omnia tamen haec obliterata et operta sunt civitatis opulentia*, Savignius p. 236 sqq. haec testimonia ita videtur bene conciliasse, ut alteram Voconiae partem quae esset de legatis lege Falcidia abrogatam, alteram lege Papia Poppaea angustis quidem finibus circumscriptam esse, sed adhuc valuisse indicet, donec ius liberorum mulieribus omnibus concederetur. Qui vero lex Voconia fiscum et aerarium locupletare potuerit, Savignius ipse p. 235. se fatetur prorsus ignorare.

Denique commemorandus est Paullus recept. sent. IV. 8. §. 22. (cf. Collat. legg. Mos. et Rom. XVI. 3.): *feminae ad hereditates legitimas ultra consanguineas successiones non admittuntur: idque iure civili voconiana ratione videtur effectum*. i. e. Quod non lege aliqua, sed iure civili effectum est, ut feminae — non admitterentur, id eadem ratione factum est, qua Voconius legem tulit, ut mulierum opulentia coërceretur. V. Savignius p. 235 sq.

Haec hactenus. HERMANNUS SAUPPIUS.

ANALECTA.

Cum qui INDICEM LEGUM proxime sequi debebat INDEX FORMULARUM ab Orellio, multis aliis negotiis districto, nondum confectus esset, hic iam, ne typothetae otiarentur, inseruimus ea, quae ad priora volumina addenda vel corrigenda vidimus. Quorum supplementorum principem locum occupant ea, quae ad Asconii emendationem pertinent. Nobis enim post Scholiastas Ciceronis editos innotuerunt variae lectiones ex *quinque* codicibus manu scriptis: qua varietate lectionis eos carere noluimus, qui nostra Scholiastarum editione utuntur.

Primum ipsi cum ante hos quattuor annos Isocratis potissimum causa Mediolani versaremur, Asconii duos codices chartaceos, qui in bibliotheca Ambrosiana asservantur, non inspicere nefas duximus, et cum tempus non suppeditaret ad utrumque codicem excutiendum, alterius saltem aliquam partem cum nostra editione contulimus et usque ad huius paginam quinquagesimam nonam processimus. Codex autem, quem diximus, notatus est *H. 100. part. inf.* et hunc prae se fert titulum: *Hae sunt glosulae super orationib. Tullii antiquitus factae et nuper in concilio Constantiensi repertae.* Ang. Maius eum sine dubio ante medium saeculum XV. conscriptum esse dixit in praefatione altera ad Fragm. Oratt. p. 25. (p. XXXIII. Beier.) Conf. etiam nostram ad Asconium praefationem p. III.

Deinde accuratiorem notitiam duorum codicum Florentinorum Asconii litteris ad Orellium mense Octobri anni p. Chr. n. 1832 scriptis dedit Ferdinandus Hauthal, vir doctissimus, cuius ipsius verba integra hic sequuntur.

„I. Cod. Riccardianus. Er besteht aus 124 papierenen Blättern in Grossfolio, welche von Bl. 1—80. von einer sehr festen, deutlichen, geübten Hand mit grosser Sorgfalt beschrieben sind. Zwischen Bl. 70 u. 71. (sie sind von der ersten Hand numerirt.) sind 10 Blätter einer gleichzeitigen Hand eingefügt, über deren Inhalt weiter unten. Auf einem der vorangebundenen weissen Blätter steht: Bernardi Oricollarii geschrieben, wie es mir scheint von einer Hand des XVI. Jahrhunderts. Rothe Ueberschriften, welche mehrentheils mit der gedruckten übereinstimmen, gehen durch den ganzen Codex, und rühren von der ersten Hand her, ebenso wie die rothen Registerworte an den sehr grossen Rändern, welche sich auf die wichtigsten Sachen und Eigennamen beziehen. Die erste Epigraphe lautet:

QVINTI ASCONII PEDIANI
COMMENTARIA IN ORATIONES
CICERONIS.

1) IN SENATV CONTRA L. PISONEM.
2) Bl. 7. PRO M. SCAVRO.
3) „ 11ᵇ PRO ANNIO MILONE.
4) „ 22ᵇ PRO CORNELIO DE MAIESTATE.
5) „ 31ᵇ IN SENATV IN TOGA CANDIDA. CONTRA G. ANTONIVM ET L. CATILINAM COMPETITORES.
6) „ 36ᵇ — 47ᵃ Die Divinatio, welche am Ende das lemma hat: DIVINATIO. FINIT. QVAE PRIMVS LIBER VERRINARVM EST.
7) „ 47ᵇ VERRINARVM LIBER SECVNDVS INCIPIT.
8) „ 58ᵃ ARGVMENTVM ACCVSATIONIS.

Zwischen Bl. 70 u. 71 ist die Abtheilung von zweiter Hand eingeheftet, welche so anfängt:

Petiisti a me saepius victorine p̄r̄ (pater) ut nonnullas orationes Ciceronis ita exponerem ut qua quidque ratione dictum sit, quo artificio dispositum, unde inventum, facile posset intelligi, ac ad eam rem suscipiendam non solum autoritate Tua, quae quam maximi semper fuit apud me ponderis, verum etiam praecibus ac rationibus adducere conatus. Ego vero cett.

Dieses Fragment endet Bl. IIᵇ so:

Primum igitur argumentum orationis pro Q. Ligario paucis exponam, deinde status rationem aperiam. Postremo ad singula descendam et inventionis, dispositionis, elocutionis artificium ex abditis divini oratoris sensibus protractum quantum in me situm est tibi caeterisque proponam.

Es folgt dann IIᵇ ein Abschnitt, der so anfängt:

QVINTVS Ligarius cum esset adhuc belli civilis suspicio legatus in Africam profectus cet. Blatt Xᵇ hat den Custos *conversione*, und mit diesem Worte fährt Bl. XIᵃ, welches nach den von der ersten Hand geschriebenen Blättern 71—80. folgt, fort. Der Abschnitt der zweiten Hand reicht bis Bl. 100ᵃ, in dessen Mitte eine dritte Hand eintritt, welche bis ans Ende geschrieben, wo (in calce) die Wörter *Finis* und *τέλος* stehen nach den Worten: *Illud praeterea non praetermittendum omnia dicendi genera late patere. adeoque in omni genere infimum mediocre grande inveniri multumque interesse inter eos dicendi characteres, quas figuras appellamus, et ceteras orationis formas, sic enim late figurae patent, ut omnia complectantur, ut singula singula suscipiant. Itaque in mediocri figura verbi causa genus acrius atque acerrimum inveniri potest, accommodatiora tamen aliis alia esse non negamus.*

Die erste Hand hat also 80 von ihr selbst roth numerirte Blätter geschrieben, die zweite die 10 zwischen Bl. 70 u. 71 eingelegten nicht

numerirten, zu welchen die von 81—100 gehören; von der dritten rühren die 24 letzten her.

Ich fahre in Angabe des Inhalts fort.

Die dritte Verrine, ebenso wie die gedruckten Ausgaben endigend: *neque reiecto.*

9) Bl. 76ª DE PRAETVRA VRBANA FINIT LIBER TERTIVS. INCIPIT QVARTVS.

Mit den Anmerkungen zu dieser Rede endet die erste Hand in folgenden Worten: *stragula*] *vestis est pictura insanias nove: sed propter* . . . .

Diese Handschrift ist im Allgemeinen correcter als die Mediäer; doch hat sie mit ihr manche offenbare Fehler gemein. Aus der Collation ergibt sich von selbst die Orthographie, sowie einige Eigenthümlichkeiten, z. B., dass meist *apud* steht, wo der gedruckte Text *ad* hat, u. dergl. — Die Lücken zu der Pisoniana füllt sie leider ebenso wenig aus als die Laurentiana, zu deren Beschreibung ich jetzt schreite.

II. Cod. Laurentianus Plut. LIV. 5. Conf. Bandinius in Catal. Codd. Latt. Bibl. Laur. II. p. 638 seq.

Dieser Codex besteht aus 120 Pergamentblättern in Kleinfolio, welche sehr weiss und glatt und mit Sorgfalt und Eleganz geschrieben sind. Der Schreiber hat jedoch mehr Uebung im Schreiben als Kenntniss der lateinischen Sprache gehabt. Viele sinnlose Sachen beweisen das.

Der erste Anfangsbuchstabe ist golden und mit verschiedenen Farben geschmückt. Der Codex beginnt mit der goldenen Ueberschrift: Q. ASCONII EPEDIANI (sic) IN SENATV CONTRA PISONEM.

Nach Bandini folgen die Asconischen Anmerkungen zu den einzelnen Reden so auf einander: Fol. 1—6. *in senatu c. L. Pisonem;* 6—10. *pro M. Scauro;* 20ᵇ *pro Milone*; 29. *pro Cornelio de maiestate*; 33ᵇ *in senatu in toga candida c. C. Antonium et L. Catil. compett.;* 43ᵇ *in Caium Verrem divinatio*; 53. *in Verrem lib.* 2.; 70. *accusatio in Verrem; 74. de praetura urbana in Verrem.*

II. 74. sine ullo titulo *inquisitio artis in orationes* 4. *M. T. Ciceronis auctore Ant. Lusco Vicentino.* a) 74—77. *pro Marcello;* b) 80. *pro A. Licinio Archia p.;* c) 92. *pro A. Cluentio Avito;* d) 100. *pro Q. Ligario.*

III. 100ᵇ. Cic. oratt. fragmenta et initia anepigrapha. 1) 103. *pro T. A. Milone;* 2) 104. *p. M. Caelio*; 3) 107ᵇ *p. Rosc. Amerino;* 4) 108ᵇ *p. Muraena;* 5) 110. iterum *p. M. Caelio;* 6) *pro Aulo Cluentio Avito;* 7) rursus *pro L. Muraena;* 8) 117. iterum *pro A. Cluentio Avito*; 9) 119. iterum *pro Sext. Roscio Amerino.*

Nun will ich die Anfänge der Anmerkungen zu den einzelnen Reden hinsetzen, damit Sie nachsehen können, ob Bandini recht berichtet habe.

Fol. 1—10. stehn die zwei von mir verglichenen Reden (contra L. Pisonem et pro M. Scauro.

Fol. 10. die pro Milone *(Hanc dixit Cn. Pompeio III. consule a. d. VI. idus April.* cet.).

Fol. 20ᵇ pro Cornelio de maiest. *(Hanc orationem dixit L. Cotta L. Torquato cos. post annum* cet.).

Fol. 29ᵃ oratio in senatu in toga cand. *(Haec oratio dicta est L. cesare C. Figulo conss. post annum quam pro Cornelio dixerat.)*

Fol. 33ᵇ in Q. Caecilium divinatio. *(Gn. Pompeio primum et M. Crasso cos. C. Verres perfunctus quaestura, legatione, praetura urb.* cet.)

Fol. 43ᵇ in Verrem lib. 2. *(Victo Caecilio et accusatione ad se delata Cicero, cum inquisitionis tempus* cet.)

Fol. 53ᵃ accusatio in Verrem de praetura urbana. *(Deinceps haec omnia non dicta sed scripta* cet.) Das Ende ist: *neque reiecto.*

Fol. 70ᵃ contra Verrem de praetura Siciliensi et primum de iurisdictione. *(Haec sine dubio ad accusationem propositi criminis spectat oratio* cet.) Sie endet so: *stragule vestis] stragula vestis est pictura insanias nove sed pp.*

Von der ersten Hand ist dieses angehängt:

Finis argumentorum quarundam orationum ciceronis eorum que invenimus in monasterio Scti Galli. quae licet imperfecta et in compluribus locis corrupta esse videantur, non mediocrem tamen bene studentibus poterunt utilitatem afferre. die XXV iulii MCCCCXXVI. B. de monte policiano.

Fol. 74ᵃ pro Marcello. *(Marcellus civis romanus amplissimus atque clarissimus in dissensione civili fuit cum pompeo quemadmodum et Cicero cum multis senatoribus civibusque romanis* cet.) Endet: *ut nihil peto. virtute poete qui hoc solo nomine omnia merito debuit consequi et eloquentie ciceronis non impetratum fuisse.*

Fol. 77ᵃ pro A. Licinio Archia. *(Hec oratio est principalis in iudiciali genere constituta. ht n. h' causa accusationem sive petitionem cum defensione sive aliquam alterius nominis petitionem. et sic iudiciale fit genus. nam a. Licinius archias poeta* cet.) Sie endet Bl. 80ᵇ: *nulla cuius virtus aliam mercedem summa est ratione subiecta quae beneficio legis auctoritate municipii arte qui vos: qui vestros imperatores qui populi et res vestras repetitio est.*

Fol. 80ᵇ pro A. Cluentio Avito. *(Cluentius abitus et statius albius opiniacus romani cives ambo ex municipio lirmate fuerunt.)* Endet fol. 92ᵃ: *itaque apud ceteros inter nonis inter propinquos contentio sententiarum. ceteri nonis affinitatibus contentio sententiarum.*

Fol. 92ᵃ pro Ligario. *(QUINTUS Ligarius civis romanus cum q. confido consule profectus legatus in hyspaniam in africam ante belli civilis principium.)* Endet fol. 100ᵇ: *sententia est a persona adversa: nam hic cicero quae erat rerum propria fecit bonis ut quintilianus ait.*

Fol. 100ᵇ beginnen die Fragmente und Anfänge: (pro Milone) *Etsi vereor iudices ne turpe sit pro fortissimo viro dicere* cet. Dieses Stück endet 103ᵃ: *Ipse tria predia sibi depectus est voluntate decurionum ac municipium omnium tantidem quanti fidem suam fecit.*

Fol. 103ª: *At vero T. roscius non unum rei pecuniariae socium fefellit* cet. Endet 104ᵇ: *omniumque huius nervorum ac laborum vos potissimum iud. fructus uberes diuturnosque capietis.*

Fol. 104ᵇ: *Credo ego vos iud. mirari quid sit quod cum tot summi oratores hominesque nobilissimi sedeant* cet. Endet 107ᵇ: *lux denique longe alia est solis alia lichinorum. navint aliam operam.*

Fol. 107ᵇ: *Nisi omnia quae cum turpitudine* cet. Endet: *futurum esse promittam et spondeam.*

Fol. 108ᵇ: *Si quid iud. forte nunc adsit ignarus legum* cet. Endet 110ª: *ut omnes intelligant in concionibus esse invidie locum. in iudiciis veritati.*

Fol. 110ª: *que deprecatus ab. d. immó more institutoque maiorum* cet. Der Codex endet fol. 120ª so: *etiam qui natura mitissimi sumus: assiduitate molestiarum sensum omnem humanitatis ex animis amittimus.*

Fol. 110ª — 110ᵇ hat 13 Zeilen, welche schliessen: *quae cum ita sint.* F. 110ᵇ fängt eine neue Bemerkung an: *antequam pro l. murena dicere instituo* cet. Sie scheint mir 117ᵇ zu enden, und so: *is maxime comprobavit qui in codicibus legendis optimum et sapientissimum et fortissimum quemque delegit.* Fol. 117ᵇ ist der Anfang der Bemerkungen zu einer neuen Rede: *Animum adverti iud. omnem accusatoris orationem in duas divisam esse partis.* Fol. 119. sehe ich keinen Absatz, durch welchen gewöhnlich der Anfang eines neuen Fragments angezeigt ist.

Der Codex hat sehr viele Schreibfehler: *ut* für *in*, *quod* für *quidem*, *sed* für *si*, [*et* pro *ex*,] und andre Verwechslungen; er schreibt *hedificata*, *aquisivisse*, *mictere*, *offrica* cet. Er hat 29 Zeilen auf jeder Seite.

Die Bemerkung ist Ihnen wohl bekannt, (vid. praefat. nostr. p. III.) dass Lagomarsinius sagt, es seien fünf Exemplare des Asconius in der Laurentiana. Ich habe nur diesen Einen Codex gesehen, und es ist keiner weiter da.

Hactenus Hauthal, qui pro sua erga Orellium benevolentia utrumque codicem Florentinum cum editis commentariis in Pisonianam et Scaurianam contulit.

Quartum Asconii codicem declaravit et passim eius lectiones attulit Sebaldus Ian. Ever. Rau in *Libro variarum lectionum ad Ciceronis orationes*, Lugd. Bat. MDCCCXXXIV. p. 82 seqq.

„Est in bibliotheca Lugduno Batava codex Asconii Pediani, forma 8va, nitidissime in charta pergamena, saeculo ut videtur XV, in Italia scriptus. Hanc certe aetatem originemque ei adsignat is qui descripsit, sub nº 2306, in catalogo librorum ducis Valleriensis (de la Vallière:) quibus distractis in bibliothecam Crevennae, et ex ea, nº 3229 notatus, in bibliothecam Lugduno Batavam delatus est: ubi hodie sub nº 222 (MSS. 8vo) servatur. — Hunc librum contulimus cum editione Asconii quae exstat in veteribus commentatoribus Ciceronis editis Lugduni anno 1554. — Contulimus cum eadem editione principem editio-

nem Venetam anni 1477, cuius exemplum quondam a summo viro Perizonio tractatum, et notis MSS. illustratum, servatur in bibliotheca Lugduno Batava. Et vidimus eam esse inter nostrum codicem et editionem primam similitudinem, qualis exspectari poterat a communi origine, quippe ex uno illo codice San-Gallensi, a Poggio quondam reperto, ducta. In eas tamen interdum discrepantias incidimus, quales non videntur locum habere potuisse, si et codex et ed. prima ex eodem apographo, Poggii manu facto, ducti essent; sed quales exstare debuerunt alio descriptore alio felicius veteris situque consumpti codicis scripturam interpretante."

Denique hoc ipso anno Frid. Jacobsius (Beiträge zur ältern Litteratur oder Merkwürdigkeiten der Herzogl. öffentl. Bibliothek zu Gotha. Drittes Heft. pag. 207 sqq.) codicem Asconii Gothanum Mbr. II. no. 118. descriptum in Sect. V. de Scriptoribus profanis. no. 27. p. 211. comparavit ad nostram editionem, et ex commentariis ad Pisonianam et Scaurianam omnes, ex commentario in orationem pro Milone (p. 31 — 42.) eas tantum lectiones commemoravit, quae Gothanis membranis propriae neque iam ex ed. princ. neque ex aliis in nostra edit. indicatae sunt. Deinde quae liber Gothanus praeterea habeat, his verbis indicavit:

„Primum sequitur p. 43. *enarratio* Milonianae usque ad p. 57. ubi: *Q. Asconii Pediani incipit pro Cornelio de Maiestate*. P. 81. *In senatu in toga candida contra C. Antonium et L. Catilinam competitores*. P. 94. *Argumentum divinationis*. P. 123. *Verrinarum liber primus finit. incipit II*. P. 150. *Argumentum Accusationis* (nullo alio titulo addito). P. 160. in loco de comperendinatione (p. 164. Bait.) post verba: *per indicem rem exponebant: quod ipsum dicebatur* (sic pro *dabatur)* statim sequitur: *quae contra testatoris voluntatem facta* — quae verba ducta ex parte postrema (pag. 209, 20. Bait.) huius commentarii; inde proceditur usque ad verba (p. 213, 20. Bait.) *insanias nove sed propter . . . .* quae finem faciunt. Tum p. 164. in membr. sequuntur verba: *Haec est pars Q. A. pediani cura et diligentia Poggii florentini viri literatissimi reperta* etc. (vid. Beiträge I. 2. pag. 214.) quae descripta esse ex archetypo, unde nostrae membr. profluxerunt, dubitare noli. Tum, minimo spatio relicto, sequitur: *sibi apud Syllam comparaverit* (quae verba sunt in ed. Bait. p. 168, 1.) usque ad p. 195. cod. p. 202. Bait. *hoc est vestro nobis manente: neque reiecto*. Tum subscriptio: *De Praetura urbana finit liber III. Incipit liber IIII. Haec sine dubio* etc. Procedunt haec usque ad p. 201. cod. p. 209, 20. Bait. *si commissum quid esset: commissa dicuntur*. quibus verbis, nullo spatio relicto, adhaerent haec: *causae coniectio. quasi causae suae in breve coartio*. quibus verbis continuatur disputatio *de comperendinatione* supra (p g. 160. cod. p. 164, 13. Bait.) male abrupta, usque ad verba: *quia proditor carbonis favorem* (p. 206. cod. p. 168, 1. Bait.). Hinc apparet confusa esse multa in membranis, librario non animadvertente

scilicet, in archetypo, quod exprimebat, folia quaedam a bibliopego non suo loco esse posita; nihil autem deest."

Ex his igitur quinque codicibus, Riccardiano (Ric.), Ambrosiano (Ambr.), Laurentiano (Laur.), Lugduno-Batavo (Lugd.), Gothano (Goth.), quae lectiones adhuc erutae sunt, eas in ordinem digestas hic subiecimus.

P. 1. Inscriptionem, quam habet Cod. Riccardianus, vid. supra p. 307. In Ambr. et Laur. nulla est; in cod. Lugd. haec: *Asconii Pediani explanatio in orationes Ciceronis, et primo in L. Pisonem.* In cod. Gothano titulus est uncialibus rubro scriptus: IN SENTV CONTRA L. PISONEM Q. A. PEDIANVS.

P. 1. l. 1. *Cn.*] *Gn.* Ric. Laur.

P. 1. l. 1. *M. Crasso II. coss.*] *M. carso II. coss.* Laur. — *Marco et cos.* Goth. — Post voc. *Coss.* lacuna est in Laur.

P. 1. l. 3. *ex*] *et* Laur.

P. 1. l. 6. *Fenestella* om. lacuna relicta Ric. Ambr. Laur. Lugd. Goth.

P. 1. l. 7. *coss.*] *cons.* Goth. (sic ubique).

P. 1. l. 8. *primum*] *primo* Goth.

P. 1. l. 8. *ex*] *et* Laur.

P. 1. l. 9. *Gabinius*] *Gabino* Goth.

P. 2. l. 1. *Gabinii*] *Gabini* Ric. Ambr. Goth.

P. 2. l. 2. *quod magis*] *magis quod* Ric. Ambr. Laur. Lugd. Goth. — Fortasse: *deinde magis quoque naturale est, ut ipso* cet. Orellius.

P. 2. l. 2. *ut ipso*] *in ipso* Ric. Ambr. Laur. Lugd. Goth. — Puto Asconium scripsisse: *deinde magis in ipso recenti reditu invectus sit* (fieri debuit ut inveheretur) *in Ciceronem, responderitque insectationi eius — quam post anni intervallum.* Rau.

P. 2. l. 3. *qua revocatus*] *quare vocatus* Laur. Goth. — Quod cod. Lugd. habet *quare ante vocatus*, videtur natum ex interpolatione hominis requirentis videlicet *ante*, propter sequens *quam:* uti aerinria aetatis interpolator Hotomanus, eadem ratione motus, *prius* ante *quam* inseruit. Rau.

P. 2. l. 4. *autem*] *ante* Ambr.

P. 2. l. 5. *In summa*] *in senatum* Ric. Ambr.

P. 2. l. 5. *cum*] om. Ric. — *tum* Goth.

P. 2. l. 5. *dicat in ipsa*] *dicens ipsa* Ric. Lugd. Goth. — *diceret ipsa* Ambr. — *dicens in ipsa* Laur.

P. 2. l. 5. *post hominum memoriam* om. Ric. Ambr. Laur. Lugd. Goth. In solo Goth. lacuna est inter *instare* et *magnificentissimos.*

P. 2. l. 6. *magnificentissimos apparatissimosque*] *apparatissimos magnificentissimosque* Ric.

P. 2. l. 6. *quomodo hoc*] *quō hoc* Goth.

P. 2. l. 7. *Domitio*] *domio* Laur.

P. 2. l. 8. *quam*] *qui* Goth.

P. 2. l. 8. *Pompeio et Crasso*] *Pompeii et Crassi* Ric. — *pompei et crassi* Laur. — *pomei et crassi.* Goth.

P. 2. l. 9. *que* om. Ambr. Ibid. *ludis*] *ludi* Goth.

P. 2. l. 11. om. Laur.

P. 2. l. 12. *huius orationis*] *orationis huius* Ambr. Laur.

P. 2. l. 12. *admodum est*] *est admodum* Ambr.
P. 2. l. 13. *Gabinius*] *Gabinus* Goth.
P. 2. l. 16. *Caesaris generi*] Glossa in cod. Ric. a prima manu posita haec est: *nam Calphurniam Pisonis filiam duxit uxorem.*
P. 2. l. 17. *hac oratione*] *in hac oratione* Goth.
P. 2. l. 18. om. Ric.
P. 2. l. 19. VERS.] VERSVS Ric. — *ver.* Goth. ubique.
P. 2. l. 20. *specimen in te*] *speciem enim in te* Laur.
P. 2. l. 21. *ac liberi. Qui color? Ore ipso*] *ac liberi. qui ore ipso* Ric. — *ac liberi. qui colore ipso* Ambr. Laur. — Rau distinguendum censet sic: *ac liberi qui color? Ore ipso* cet.
P. 2. l. 23. *oratio inscribitur*] *oratio sic inscribitur* Ric. Ambr. Laur. Lugd. — Drumannus hist. rom. 2. p. 62 sq. hunc Pisonem ex familia Caesoninorum fuisse contra Asconium demonstrare studet: cf. Onomast. Tull. p. 123 sq. SAUPPE.
P. 3. l. 2. *dicit*] *dixit* Goth.
P. 3. l. 4. *is*] *his* Laur.
P. 3. l. 5. *haec*] *hoc* Ric. Ambr. recte.
P. 3. l. 7. *Magno opere*] *magnopere* codd. et edd. omnes ubique. Illud debetur Orellio.
P. 3. l. 10. *Iun.*] *ian.* Ric. Ambr. Laur. Goth.
P. 3. l. 10. *P.* om. Ric. Ambr. Laur. Goth.
P. 3. l. 11. *prioris* habent Ric. Ambr. Laur. Goth. nisi quod Laur. *priores.*
P. 3. l. 11. *Ti.*] *T.* Ric. Ambr. Laur.
P. 3. l. 13. *Cn. Pompeius*] *Gn. Pompeius* Ric. Laur. ubique.
P. 3. l. 13. *Cn. Pompeii*] *Gnei Pompeii* Ric.
P. 3. l. 13. *Transpadanas*] *transpadanos* Goth.
P. 3. l. 14. *colonias*] *colonia* Laur.
P. 3. l. 14. *eas*] *ea* Ambr. Laur. Goth.
P. 3. l. 15. *habere*] *hinc* Lugd.
P. 3. l. 16. *gerendo*] *petendi* Ric. Ambr. Laur. Goth. — Fuitne: *ut pedetentim* cet.? *Gerendo* certe nimis discrepat a lectione Codd. OR. Cf. Madvig. opusc. acad. p. 276. SPP.
P. 3. l. 17. *Placentiam*] *Placentia* Ambr. Laur. Goth.
P. 3. l. 18. *fuit*] *sunt* Laur.
P. 3. l. 20 seq. In loco, qui est de colonia Placentiam ex civibus Romanis deducta, quam Cicero per abusionem, ut videtur, *municipium* dixerit, eandem fere varietatem lectionis obfert codex Lugd. cum ea quae ex ed. pr. notatur: sed post notam numeralem LIII. in codice [etiam in Laurentiano] vacuum spatium est. In quo quin sinceritati codicis credendum sit vix dubito: locum enim mutilum esse satis manifestum est. De nomine *Cn. Pompeius* per errorem librarii in triumviris deducendae coloniae adscripto, in coniecturam quam protulit Madvigius App. Crit. p. 21 seq. inciderat Perizonius, qui sic in margine exemplaris sui notavit: „Ego quoque credo *Pompeius* ex incuria librarii hic legi: casu praenomini *Cneo* addiderit *Pompeius*, inspecto codice quem describebat addiderit Cn. Cornelium Scipionem, et Pompeium delere neglexerit. Certe Pompeii nomen non erat adeo antiquum, cuius mentio invenitur demum post bellum Punicum tertium." RAU.
P. 4. l. 2. *fuerunt, ut Quiritium aliae, aliae Lat.*] *Fuerunt itaque aliae (alie* Ambr.) *Lat.* Ric. Ambr. Laur. Goth.

P. 4. l. 3. *essent. De se*] *Esse de se* Ric.

P. 4. l. 3. *autem*] *aut* Laur.

P. 4. l. 4. *fecerant*] *fecerunt* Ric. Ambr. Laur. Goth.

P. 4. l. 5. *tota Italia, cum*] *tota quom* (omisso *Italia)* Goth.

P. 4. l. 7 seqq. Eaedem in codd. Ric. Ambr. Laur. Goth. lacunae, quae in editione nostra.

P. 4. l. 10. *de ing alica*] *dein gallica* Ric. Ambr. Laur. — *deinde gallica* Goth.

P. 4. l. 12. Post vocem *fuisse* lacuna est novem fere litterarum in Ric. Ambr. Laur. Lugd.

P. 4. l. 12. *persuasione*] *persuasionem* Ambr.

P. 4. l. 14. *venisse*] *invenisse* Laur.

P. 4. l. 14. *trans Alpes*] *trans alpis* Ric. Ambr. — *transalpis* Laur. Goth.

P. 5. l. 1. *quidem*] *quod* Ric. Ambr. Laur.

P. 5. l. 1. *consedent Placentinae*] *consederit placentie* Ric. Ambr. Laur. Goth. — Post *placentie* lacuna est in Laur.

P. 5. l. 2. *ad accitus*] *adaccitus* Ric. — *adacitus* Laur. — *adacertus* Ambr.

P. 5. l. 3. *deducta est*] *est deducta* Ric. Ambr. Laur.

P. 5. l. 4. om. Laur.

P. 5. l. 5 seqq. Codex Lugd. in hoc loco defectu laborante convenit cum ed. pr.; sed pro *collocavi* habet *colloca*, quo aliud tempus verbi significari puto: nimirum *collocavissem*. Sic etiam ubi pag. 7. l. 11. legitur *praetextatus fuisset*, ed. pr. habet *praetextato*, cod. Lugd. *praetextat*, erasa littera, et addente secunda manu litteras *us fuisset*. Puto autem hoc fere dixisse Ciceronem: Lautiorem, fateor, invenit pater tuus socerum quam C. Piso: qui me vidit in illo luctu, ut filiam meam non ei collocavissem, quem ego, si mihi potestas tum omnium fuisset, unum potissimum delegissem. Sequentia, quae Asconius ex superiore orationis Ciceronianae parte refert, cohaerent cum illis, ad quae proxime antecedente loco commentatus est: ut nunc prima et extrema recitet huius loci, intermedia omittat, quae supra retulit. Locus enim talis fuisse videtur: *Insuber quidam fuit, id est mercator et praeco. Hic cum ad . . . .* (inepte supplerunt *ad Padum;* causam migrationis addidit Cicero:) *Placentiae forte consedisset, paucis* (post annis) *in eam civitatem*, *nam* tum erat civitas, adscendit. Prius enim Gallus, dein Gallicanus, extremo semi Placentinus haberi coeptus est. Is cum Romam cum filia venisset, adolescentem nobilem Caesoninum, hominis furacissimi filium, ausus est appellare: filiam collocavit. Addenda sunt verba, quae pro Asconianis habentur: *Calventium aiunt eum appellatum:* quae superba quadam negligentia subiungit Cicero, summam hominis obscuritatem ita acerbissime significans: idque imitatione Platonis sui, cuius haec sunt in Euthyphr. p. 2. B: *οὐδ᾽ αὐτὸς πάνυ τοι γιγνώσκω τὸν ἄνδρα· νέος γάρ τίς μοι φαίνεται καὶ ἀγνώς· ὀνομάζουσι μέντοι αὐτὸν, ὡς ἐγῷμαι, Μέλιτον.* Eodem fastidio verbis *id est mercator et praeco* significavit, totam illam nationem mercatorio praeconioque quaestu victitare: nam *id est* habent vett. edd., codex noster *id ē:* Hotomanus *idem* intulit. Rau.

P. 5. l. 5. *Lautiorem pater* (nullo vacuo spatio) Ambr.

P. 5. l. 5. *C.*] *G.* Ric. — *Gaius* Laur.

P. 5. l. 6. *ei*] *enim* Ric. Laur.

P. 5. l. 6. *collocavi*] *colloca* Ric. Ambr. Laur. Lugd. Goth. — Post hanc vocem lacuna est in Ric. et Goth.

P. 5. l. 9. *patris*] *pater ipse* Ric. Ambr. Laur. Goth. — An: *Quis fuerit socer Pisonis, patet; ipse supra dixit?* Or. — Sed *patris* necessarium videtur, cum infra l. 13. sequatur *ipsius Pisonis*. Spp.

P. 5. l. 10. *Insuber*] *intuber* Ric. Laur. Goth.

P. 5. l. 10. *idem*] *id est* Goth.

P. 5. l. 11. *filia*] *filio* Ric. Ambr. Laur. Goth.

P. 5. l. 11. *Caesoninum*] *caesoniani* Ric. — *cesoniani* Ambr. Laur. — *caesoniam* Goth.

P. 5. l. 13. *Calventium*] *caluentinum* Ric. Ambr. Laur.

P. 5. l. 13. *aiunt*] *añe (= ante)* Laur.

P. 5. l. 13. *ipsius*] *saepius* Ric. Goth. — *sepius* Ambr. Laur.

P. 5. l. 14. *Rutilium Atilium Nudum*] Perizonius, cum primum coniecisset *Publium* pro *Rutilium*, postea nomen *Rutilii Nudi* ex Appiani Mithrid. V. p. 141. et Orosii lib. VI. c. 2. vindicavit; nomenque Atilii, ut ex repetitione ortum, in Asconio delendum censuit. Rau. Et quidem rectissime. Or. Drumannus hist. rom. 2. p. 63. non vidit, socerum L. Pisonis *patris* dici Calventium, Rutilium Nudum socerum L. Pisonis *filii* cos. 58. Rutilii uxori quod nomen fuerit Asconius se fatetur nescire p. 10, 25. Spp.

P. 5. l. 14. *tradit*] *tradi* Laur.

P. 5. l. 15. *Pisonis*] *pisoni* Laur.

P. 5. l. 16. *decessit*] *discesit* Laur.

P. 6. l. 1. om. Laur. — Notam numeralem om. etiam Ambr.

P. 6. l. 2. *C.*] *G.* Ric. Laur. ubique. — *Cn.* Goth.

P. 6. l. 2. *perduellionis reo*] *perduellio* (deinde lacuna) Ambr. Laur. Goth.

P. 6. l. 3. *interpositam*] *interposita* Laur. Goth. Post hanc vocem lacuna est quinque saltem litterarum in Ric. Laur. Goth.

P. 6. l. 4. Ante voc. *invidiam* lacuna est sex fere litterarum in Ric. Ambr. Laur. Goth.

P. 6. l. 5. *quidem dicat*] *quod dicat* Ric. Laur. Lugd. Goth. — *quod dierit* Ambr.

P. 6. l. 6. Inter *S. C.* et *versus* in Ambr. nulla lacuna est.

P. 6. l. 7. *Saturninum*] *saturnininum* Goth.

P. 6. l. 7. *C. enim Mario*] *Cn. Mario* Goth.

P. 6. l. 8. Post *v. cons.* lacuna non est in Goth.

P. 6. l. 9. *tempus* om. Laur.

P. 6. l. 10. *comprehensum*] *comprensum* Ric.

P. 6. l. 10. *perinde*] *proinde* Laur. Goth. — Post hoc vocabulum lacuna est (decem fere litterarum) in Ric. Ambr. Laur. Goth.

P. 6. l. 10. *acceperit*] *accipere* Ric. Ambr. Laur. Goth.

P. 6. l. 10. *dixerit*] *nixerit* Ric. Ambr. Laur. Goth.

P. 6. l. 12. *idem*] *ideo* Goth.

P. 6. l. 12. *in ea quoque quam habuit in Catilinam in senatu* om. Laur.

P. 6. l. 13. *cum octavus*] *ait . . . . octavus* Ric. Ambr. Laur. Goth.

P. 6. l. 13. *esset*] *est* Ric. Ambr. Laur. Goth.

P. 6. l. 14. *viderent consules*] *videret consul* Laur.

P. 6. l. 14. *res publica*] *rei p.* Goth.

P. 6. l. 15. *habere*] *hinc* Lugd. — om. Ambr.

P. 6. l. 17. *abiens magistratu*] *abiens . . . . magistratum* Laur. — Exciditne nota diei *PR. KAL. IAN.* ad Famil. 5, 2, 7.? Or.

P. 6. l. 18. *dicere prohiberer*] *dicere a tribus plebis prohibere* Laur.

P. 7. l. 4. om. Laur.

P. 7. l. 5 seq. Mihi locus esse argumento videtur posse veterem librum Sangallensem etiam interpolationibus laborasse. Illa enim *fieri vetuit* glossatori deberi puto: in Asconio fuit: *Dicit de ludis Compitalitiis.* QUOS Q. METELLUS, FACIO INIURIAM cet. Rau. Fort. verba Q. METELLUS — FIERI IUSSIT delenda sunt. Spr.

P. 7. l. 6. *cuius*] *cui* Ambr. Goth.

P. 7. l. 8. *sed ille designatus consul, cum*] Ric. Lugd. — *sic ille de sicco si cum* Ambr. — *sic ille de sic cosisum* Laur. — *sic illa de sicco siccum* Goth.

P. 7. l. 8. *quidam*] *quidem* Ambr.

P. 7. l. 9. *magistros ludos*] *magnos ludos* Ric. Ambr. Laur. Lugd. Goth. ex falsa interpretatione compendii scripturae. Etiam Ciceronis meliores codd. [inter quos Ambrosianus notatus *C.* 96. Bait.] habent *magistros ludos*, quam rursus peioris notae libri in *magnos ludos* depravarunt. Antiquissimae vero interpolationis mihi videtur vox *ludos*, quae requiri visa est, quod relativum *quos* paulo remotius esset a verbo facere, a quo pendet. Rau.

P. 7. l. 10. *Tu*] *tum* Ric. Ambr. Laur. Goth.

P. 7. l. 10. *Compitalitiorum*] *compitaliorum* Ric. Ambr. Laur. Goth.

P. 7. l. 11. *praetextatus fuisset*, *ludos facere*] *praetextato ludos faceret* Ric. Ambr. Laur. Lugd. (a pr. m. Vid. ad p. 5. l. 5.) — *praetextatos ludos faceret* Goth.

P. 7. l. 12. *es* om. Ric. Ambr. Laur. Goth.

P. 7. l. 13. *Marcio*] *mario* Ric. Ambr. Laur. Lugd. Goth.

P. 7. l. 14. *collegia*] *collega* Goth.

P. 7. l. 17. *discussi*] *dicussi* Goth.

P. 8. l. 1. *novem*] Orellio *quinque* legendum opinanti adsentitur Rau. p. 93.

P. 8. l. 3. *quod*] *quid* Ambr.

P. 8. l. 4. *sit*] *sic* Laur.

P. 8. l. 6. *Clodianarum*] *Clodiarum* Laur.

P. 8. l. 8. *Ninnius*] Ambr. Laur. Lugd. Goth. — *numius* Ric.

P. 8. l. 9. *autem quam*] *autem ante quam* Ric. Ambr. Laur. Goth.

P. 8. l. 11. *auctore*] *actore* Laur.

P. 8. l. 13. om. Laur.

P. 8. l. 15. *P. Clodio* om. Ric. Ambr. Laur. Lugd. Goth. et codex Ciceronis Ambrosianus *C.* 96.

P. 8. l. 16. *Fufia*] *fusia* Ric. Ambr. Laur.

P. 8. l. 18. *sustulerat*] *tulerat* Ric. Ambr. Laur. Goth.

P. 8. l. 18. *faece*] *fece* Ric. Ambr. — *fere* Goth.

P. 8. l. 19. *concitata* praeter Asconii codices omnes habet etiam codex Ciceronis Ambr. *C.* 96.

P. 8. l. 19. *in*] *ut* Ric. Ambr. Laur. Goth.

P. 8. l. 20. *modestiae*] *molestiae* Goth.

P. 8. l. 21. *censura*] In codice Ciceronis Ambrosiano *C.* 96. legitur *severitas* (om. *censoria)*, et in margine *censura.*

P. 9. l. 1. *et A. Gabinio*] *et cabinio* Laur. — *et gabino* Ambr. Goth.

P. 9. l. 4. *populo*] *populi* Goth.

P. 9. l. 4. *semis*] *senis* Ric. Ambr. Laur. Goth.

P. 9. l. 4. *aeris ac trientibus*] Ric. Laur. — *ris a arientibus* Ambr. — *aeris a cirientibus* Goth.

P. 9. l. 7. *Fufiam et Aeliam*] *fusiam et aeliam* Ric. Goth. — *fusiam et aliam* Ambr. — *aliam et fusiam* Laur.

P. 9. l. 8. *eversam esse*] *eversa esse* Ric. Ambr. Laur. Lugd. — *esse eversa* Goth. — Suspicor Asconium in Cicerone legisse, quod mihi rectius et numerosius videtur: *Ergo — inspectante te et tacente, a fatali portento prodigioque rei publicae lex Aelia et Fufia, propugnacula murique tranquillitatis atque otii eversa.* Rau.

P. 9. l. 9. *resistebatur*] *resciscebantur* Goth.

P. 9. l. 9. *Aelia*] *alia* Ambr.

P. 9. l. 10. *restituendis*] *instituendis* Ambr.

P. 9. l. 10. *quae*] *quam* Ric. Laur. Goth. — *quē* Ambr.

P. 9. l. 11. *constituta*] *constitutam* Ric. Ambr. Laur. Goth.

P. 9. l. 13. *accusatus*] *accusatos* Goth.

P. 9. l. 14. *ait*] *adit* Laur. — *addit* Ric. Ambr. Goth.

P. 9. l. 15. om. Laur.

P. 9. l. 17. *tribunali ne connivente*] *tribuno ne annuente* Ric. — *tribuno nec annuente* Ambr. Laur. Goth.

P. 9. l. 18. *eras*] *erat* Goth.

P. 9. l. 19. *nec pati turpe duxit*] *nec fati* (om. *turpe) dixit* Laur.

P. 9. l. 22. om. Laur.

P. 10. l. 1. *revulsis*] *revolsis* Goth.

P. 10. l. 2. *reliquiis*] *reliquis* Ambr. Laur. Goth.

P. 10. l. 3. *tum ultore armis teneretur*] *tumultuarum is tenetur* Ric. Ambr. Laur. Goth.

P. 10. l. 4. *lege* om. Goth.

P. 10. l. 5. *iam dictum*] *iam supra dictum* Laur.

P. 10. l. 6. om. Laur.

P. 10. l. 7. *relegarentur*] *negarentur* Laur. — *necarentur* Ric. Ambr. Lugd. — om. Goth.

P. 10. l. 7. *viri boni lapidibus e foro pellerentur* om. Lugd. — *lapidibus* om. etiam Ric.

P. 10. l. 9. *L. Lamiam*] *t. lamiam* Ric. — *t. clamiam* Ambr. Laur. Goth.

P. 10. l. 9. *edicto*] *edictum* Laur.

P. 10. l. 9. *relegatum*] *religatum* Ambr. Laur. Goth.

P. 10. l. 10. om. Laur.

P. 10. l. 11. *Seplasia*] *selapsia* Ric. Ambr. — *selapsa* Goth.

P. 10. l. 11. *mehercule, ut dici audiebam, te uti primum*] *he . . . . ut primum* Ambr. Laur. Goth.

P. 10. l. 14. *seplasia*] *selapsia* Ric. Ambr. Goth.

P. 10. l. 15. *qui*] *que* Ambr.

P. 10. l. 16. *cum*] *quom* Goth.

P. 10. l. 18. DCXL] DCXX Ric. Ambr. Goth. — Totam epigraphen om. Laur.

P. 10. l. 19. *Ecquod*] *Et quod* Ambr. Laur. Goth.
P. 10. l. 19. *unquam incendium*] *incendium unquam* Ambr.
P. 10. l. 20. *subvenerit*] *subveniret* Ric. Ambr. Laur. Goth.
P. 10. l. 20. *socrum*] *sacram* Goth.
P. 10. l. 21. *cuius domum ad meam*] *cui domum meam* Ric. Ambr. Laur. Lugd. Goth.
P. 10. l. 24. *consules lata*] *collata* Ric. Ambr. Laur. Goth.
P. 10. l. 25. *diruta*] *dirupta* Ambr. Goth.
P. 11. l. 4. om. Laur.
P. 11. l. 5. *Caesonine*] *ceso* Ric. Ambr. Laur. Goth.
P. 11. l. 6. *naturae tuae*] *ne*, superscribente secunda manu *rae tuae*, Lugd. — *naturae* (om. *tuae)* Ric. Ambr. Laur. Goth.
P. 11. l. 6. *experrecta*] *exporrecta* Goth.
P. 11. l. 7. *clarissimi viri* om. Ric. Ambr. Laur. Goth.
P. 11. l. 9. *intelligitis*] *intelligis* Ric. Ambr. Laur. Goth.
P. 11. l. 10. om. Laur.
P. 11. l. 11. *omnes*] *omnis* Ambr. Goth. — *annis* Laur.
P. 11. l. 13. *praeterque*] *praeterquam* Goth.
P. 11. l. 13. *centuriatis*] *centurias* Goth.
P. 11. l. 15. *sicut*] *sie* Laur.
P. 11. l. 16. *iam*] *cum* Goth.
P. 11. l. 16. *significavimus, fuit.*] *significabitur fuit frater.* Ric. Ambr. Laur. Goth.
P. 11. l. 18. *Atilium*] *statilium* Ric. Ambr. Laur. Goth.
P. 11. l. 18. *Q. Numerium*] Conf. etiam Schol. Bob. ad Milon. p. 288. l. 16. qui locus addendus est in Onomastico quoque s. v. Q. Numerius Rufus.
P. 11. l. 20. *vulturius*] *veteris* Ric. Ambr. Laur. Goth.
P. 11. l. 22. *lausea R. m. audiebas* Goth.
P. 12. l. 2. *is*] om. Ambr. Laur. Goth. — *quique* Ric. (?)
P. 12. l. 2. *ultimo*] *ultimum* Ric. Ambr. Laur. Goth.
P. 12. l. 3. *haec* om. Ambr.
P. 12. l. 6. om. Laur.
P. 12. l. 7. *M.* om. Ric. Ambr. Laur. Lugd.
P. 12. l. 7. *virtute* om. Ric. Ambr. Laur. Goth.
P. 12. l. 8. *periit*] *perit* Ric. Ambr. Goth.
P. 12. l. 10. *nepos* habent Ric. Ambr. Laur. Lugd. Goth. Unci igitur tollendi sunt.
P. 12. l. 12. *dicit*] *dicat* Ambr.
P. 12. l. 15. *decore*] *decorem* Ric. Ambr. Laur. Goth.
P. 12. l. 15. *III.*] *Hi* Ric. Ambr. Goth. — *hic* Laur.
P. 12. l. 16. *neque* om. Laur. Goth.
P. 12. l. 18. om. Laur.
P. 12. l. 20. *quam expilaras* om. Ric. Ambr. Laur. Goth.
P. 13. l. 1. *patres conscripti*] *pret.* (i. e. *praetores)* Ric. Ambr. Goth. — *patres* (om. *conscripti)* Laur.
P. 13. l. 2. *nemini*] *memini* Goth.
P. 13. l. 2. *pecunia publica*] *pecuniam publicam ad* Ric. Ambr. Laur. Goth.
P. 13. l. 3. *Cicero*] *circo* Goth.
P. 13. l. 6. *temporibus idem*] *temporibus pluribus idem* Ric. Ambr. Laur. recte.

P. 13. l. 8. *esset, in*] *esset et in* Ric. Ambr. Laur. Goth.
P. 13. l. 11. *Iulius Hyginus*] *L. higinius* Ambr. Goth. — *l. hyginius* Laur. — *L. iginius* Ric.
P. 13. l. 12. *Volusi*] *volesi* Ric. Ambr. Laur. Goth.
P. 13. l. 12. *Velia*] *uelis* Ric. Ambr. Laur. Goth.
P. 13. l. 13. *Victoriae*] *uictoria* Goth.
P. 13. l. 14. *concessisse*] *contexisse* Goth.
P. 13. l. 15. *annale*] *annali* Ric. recte.
P. 13. l. 15. *quae*] *quod* Ric.
P. 13. l. 15. *Lucilii*] *Lucii* Ric. Ambr. Laur. — *lutii* Goth.
P. 13. l. 17. *Mutini*] *murrinae* Ric. — *murrine* Ambr. — *murtine* Laur. — *muttinae* Goth. — *mutine* Lugd. i. e. *Mutinae;* diphthongum *ae* enim fere semper per *e* reddit codex; videtur autem Asconius *Mutines* nomen, quod apud Livium semper est tertiae declinationis, primae fecisse. Rau.
P. 14. l. 2. *an non*] *num* Ric. Ambr. Laur. Goth. recte.
P. 14. l. 2. *ideo*] *idem* Ric.
P. 14. l. 5. *propter*] *quapropter* Ric. Ambr. Laur. Goth. — An: *quae non fuerat eorum umquam, propter* cet.? Or.
P. 14. l. 5. *aedificata; Ciceroni*] *aedificate (— tae) Ciceronis* Ric. Ambr. Laur. Goth.
P. 14. l. 7. *primo et adhuc*] *primo aut adhuc* Ric. Ambr. Laur. Goth.
P. 14. l. 9. om. Laur.
P. 14. l. 10. *Curios*] *furios* Ric. Ambr. Laur. Goth.
P. 14. l. 11. *Marcellos*] *marcellum* Ambr. Laur. Goth.
P. 14. l. 11. *o amentem*] *amentem* (omissa interiectione) Ric. — *ornamentum* Laur. — *so ornamentum* Ambr. Goth.
P. 14. l. 11. *rusticum*] *ruscium* Ric. Laur. — *roscium* Goth.
P. 14. l. 12. *amborum*] *auorum* Ambr. Laur. Goth. — om. Ric.
P. 14. l. 13. *hanc*] *honos* Goth.
P. 14. l. 16. om. Laur. — Pro *DCLX.* habet *DCCCXX.* Goth.
P. 14. l. 17. *C.* om. Ambr. Laur. Goth.
P. 14. l. 18. *flagravit* om. (lacuna relicta) Ambr. Laur. Goth.
P. 14. l. 21. *C.* om. Laur.
P. 14. l. 22. *qui* om. Ric. Ambr. Laur. Goth.
P. 14. l. 22. *illi*] *ille* Ambr. Goth.
P. 14. l. 23. *triumphus, mortuus*] *triumphus ille mortuus* Goth.
P. 14. l. 24. *esset repente. Crasso autem*] *esset. Repente autem Crasso* Ric. Ambr. Laur. — *est. Repente autem Crasso* Goth.
P. 15. l. 4. *delinquebant*] *deliquebant* Ric. Ambr. Goth.
P. 15. l. 4. *aerario*] *oratio* Ric. Ambr. Goth. — *orô* Laur. Lugd.
P. 15. l. 5. om. Laur.
P. 15. l. 8. *omittendum*] *emittendum* Goth.
P. 15. l. 9. *Tu e. q. Piso*] *puer e. q. ipse* Ric. Ambr. Laur.
P. 15. l. 11. *Pupius Piso*] *P. Piso* Ric. Ambr. Laur. Goth.
P. 15. l. 12. *tanto*] *tamen* Goth.
P. 15. l. 13. *et antiquae*] *etiam quae* Ric. Ambr. Laur. Goth.
P. 15. l. 14. *eloquentior*] *melior* Ric. Ambr. Laur. Lugd. recte. — om. Goth.
P. 15. l. 15. *serius*] *serior* Ric.
P. 15. l. 19. *nunquam*] *unquam* Ambr. Goth.

P. 15. l. 20. *ne quomodo quidem fieri*] *ne modo quidem fieri* Ambr. Goth. — *ne modo fieri quidem* Laur.

P. 16. l. 1. om. Laur.

P. 16. l. 2. *quidam*] *quidem* Ric. Ambr. Laur. Goth.

P. 16. l. 3. *quamdiu* om. Ric. Ambr. Laur. Goth.

P. 16. l. 4. *est, aut ipse*] *est ipse* (om. *aut*,) Goth.

P. 16. l. 5. *Philodemum*] *filodemum* Goth. — *filio demum* Laur.

P. 16. l. 7. om. Laur.

P. 16. l. 8 seqq. insigne hoc est, totam illam particulam, *Quamquam — Atreo*, quae legitur in ed. pr., omitti in codice (Lugd.): ut non inanis suspicio sit, quae genere huius adnotationis, diverso a reliquo commentario historico, confirmatur; fuisse eam in veteri libro San-Gallensi ex alio scriptore, fortasse in margine adscriptam. Rau. — Negligentia potius eius, qui scripsit Cod. Lugd., banc particulam omissam esse, equidem arbitror. Or.

P. 16. l. 10. *notius*] *nocuis* Goth.

P. 16. l. 10. *indicandum*] *iudicandum* Ric.

P. 16. l. 11. *Accii*] *acci* Ambr. Laur.

P. 16. l. 11. *a Thyeste*] *a thieste* Ric. — *athieste* Laur.

P. 16. l. 12. om. Laur.

P. 16. l. 14. *stipendiariosque*] *stipendiarios quoque* Ric. Ambr. Laur.

P. 16. l. 16. om. Laur.

P. 16. l. 17. *Ecquid — ecquid*] *et quid — et quid* Ambr. Goth. — *Et quod — et quid* Laur.

P. 16. l. 17. *quos*] *quod* Ric. Ambr. Laur. Goth.

P. 16. l. 18. *iudices* om. Ric. Ambr. Goth.

P. 16. l. 18. *sumus*] *simus* Laur.

P. 16. l. 23. *aliter quam*] *aliter atque* Laur. — *aliterque* Goth.

P. 16. l. 24. *iudicarent*] *iudicaret* Laur. — *indicarent* Goth.

P. 17. l. 1. om. Laur.

P. 17. l. 2. *patria* om. lacuna relicta Laur.

P. 17. l. 1. *post praeturam*] Ciceronem scripsisse puto *ex praetura*. Rau.

P. 17. l. 3. *in eo*] *in eum* Ric. Ambr. Laur. Goth.

P. 17. l. 4. *in eis*] *in eos* Goth.

P. 17. l. 6. *in praetura*] Videtur legendum *ex praetura*. Rau.

P. 17. l. 6. *Fregellas*] *fragellas* Goth.

P. 17. l. 8. *Gracchum*] *graccum* Goth. — *grecum* Laur.

P. 17. l. 9. *invidiam*] *invidia* Ric.

Subscriptio est in eod. Ambr.: *Q. Asconi Pediani in Pisonem.* In cod. Lugd.: *Q. Asconi Pediani in L. Pisonem finit.* In cod. Gothano: *Q. Asconii Pediani in L. Pisonem.*

P. 18. In codd. Ric. Ambr. et Goth. inscriptio est PRO M. SCAURO.

P. 18. l. 2. *Ahenobarbo*] *alieno barbo* Laur. — *Ahenobaudo* Goth.

P. 18. l. 3. *a. d. III. Non.*] *a III. Nonas* Ric. Ambr. Laur. Goth. (hic tamen pro *Nonas* habet *men.*).

P. 18. l. 4. om. Laur. — *HOC EST* om. etiam. Ric.

P. 18. l. 11. *existimatus*] *aestimatus* Goth.

P. 18. l. 12 seqq. *Erat tamen aliquando inter patronos cau-*

sarum. Sed] *Voluerat t. a. i. p. causarum esse et* Rau. — *Erat* confirmant codd. omnes.

P. 19. l. 2. *a. d.*] *ad* Ric. Ambr. Laur. Goth.

P. 19. l. 3. *Quint. Ipse cum*] *Quintilis. Ipse cum* Ric. — *Quint. Inde cum* Ambr. Goth. et marg. Lugd. — *quin inde ipse cum* Laur.

P. 19. l. 3. *a. d.*] *ad* Ric. Ambr. Laur. Goth.

P. 19. l. 4. *redisset*] *rediisset* Goth.

P. 19. l. 6. *in Asia Pontoque legatus*] *in Asia legatus Pontoque* Ric. Ambr. Laur. Goth.

P. 19. l. 7. *Lucilli* — *Mitridatem* Goth.

P. 19. l. 8. *est* om. Ric. Ambr. Laur. Goth.

P. 19. l. 9. *postridie*] *pridie* Ric. — *pri.* Goth. — *pr.* Ambr. Laur. Lugd. — Si *a. d. III. Nonas Quint.* Cato absolutus est, et Scaurus repetundarum postulatus est *postridie Nonas Quint.;* non *post diem tertium*, sed *post diem quartum*, ex Romanorum more loquendi, Asconio scribendum fuisset. Atqui verbum *postridie* non fuit in vetere libro, sed coniecturae debetur: in ed. pr. legitur *pri.* in cod. Lugd. *pr.* i. e. *pridie*, quod servandum erat; legendum autem in superioribus levissima mutatione *a. d. IIII. Nonas.* Rau.

P. 19. l. 9. *C.* om. Ric. Ambr. Laur. Goth.

P. 19. l. 10. *L. Marius*] *Q. marius* Ric. Ambr. Laur. Goth.

P. 19. l. 11. *M.* om. Ric. Ambr. Laur. Goth.

P. 19. l. 11. *inquisitionem*] *inquisitiones* Laur.

P. 19. l. 13. *causam* om. Ambr.

P. 19. l. 14. *erant*] *erat* Ambr.

P. 19. l. 16. *ante quam*] *antea quam* Goth.

P. 19. l. 19. *in Cn. Pompeii*] *in necessitudinẽ Gn. pompei* Laur. Recte: modo ablativus restituatur pro accusativo.

P. 19. l. 19. *Magni reponebat*] *Magni dignitate reponebat* Ambr.

P. 19. l. 20. *filium*] *filius* Ric.

P. 19. l. 23. *Triarii*] *triaria* Ambr. Laur. Goth.

P. 19. l. 26. *Sed in eo iudicio*] *Sed in iudicio* Laur. — *Sed et in iudicio* Goth.

P. 19. l. 29. *fecisse existimaretur*] *fecisse extimaretur* Ambr. — *facile aestimaretur* Goth.

P. 20. l. 1. *necessitudinis*] *necessitudine* Goth.

P. 20. l. 2. *quae*] *quam* Ric. Ambr. Laur. Goth.

P. 20. l. 2. *eius et mag.*] *eius mag.* Goth.

P. 20. l. 3. *Post diem autem quartam* cet.] Invenit in codice Ambr. [non in eo, quem ego contuli. Bait.] Maius particulam *quod* ante *servus;* in codice Lugd. pro *lecticis* est *lecticiis:* ex quo lego: — *quod servus eius vulneratus prosiluit ex lecticariis, questus est pro interempto esse se competitoribus Scauri, et* (f. *eos) ambulare cum trecentis armatis*, cet. Nimirum intelligitur, Faustum Syllam haec questum esse in senatu, cum ad curiae introitum esset turba lecticariorum dominos morantium; a quibus circumfusus servus Fausti eluctatus est, et *prosiluit* vulneratus: cf. Sueton. Caes. cap. 82. Hoc igitur dixit Faustus, id errore percussorum factum esse, se petitum, et iam pro interempto esse competitoribus Scauri, qui ad vim paratam trecentos homines armatos haberent. Rau.

P. 20. l. 11. *ad*] *an* Laur. — *ante* Ric. Ambr. Goth.

P. 20. l. 11. *patronos* om. Ambr.
P. 20. l. 14. *effusae*] *effusa* Ric. Ambr. Laur. Goth.
P. 20. l. 17. om. Laur.
P. 20. l. 18. CIRCA VER. PRIM. XXXX. Ric. Goth. — om. Laur.
P. 20. l. 20. *Subiit*] *subit* Ric. Ambr. Laur. Goth.
P. 21. l. 1. *Domitius*] *Gn. Domitius* Ric. Ambr. Laur. Goth. Recte.
P. 21. l. 2. *eum*] *cum* Goth.
P. 21. l. 2. *collegium*] *collegio* Laur.
P. 21. l. 3. *apud*] *quod* Ambr.
P. 21. l. 4. *populi Romani*] *pr̄* Laur. Sic statim.
P. 21. l. 4. *deminuta*] *diminuta* Ambr. Laur. Goth.
P. 21. l. 5. *deûm*] *dictu* Goth.
P. 21. l. 5. *Penatium*] *penatum* Laur.
P. 21. l. 5. *Lavinii fierent, opera*] *lauini (labini* Laur.) *fuerunt opera* Ric. Ambr. Laur. — *Lauini opera fuerunt* Goth.
P. 21. l. 6. *crimine*] *crimini* Goth.
P. 21. l. 6 seqq. Bake sic legendum censet: *absolutus est Scaurus quidem, et ita, ut a tribus tribubus damnaretur, a XXXII. absolveretur, sed in eis* cet.
P. 21. l. 7. *tribus tribubus*] *tribus tribus* Goth.
P. 21. l. 7. *XXXII.*] *XXXVII.* Ric. Ambr. Laur.
P. 21. l. 9. *IBIDEM. Reus est factus*] *Ibidem reus est factus* Ric. Ambr. Laur. — *ibidem reus factus est* Goth.
P. 21. l. 15. *Glaucia*] *claudia grachia* Ric. — *claudia gracchia* Ambr. Laur. — *claudia graecia* Goth.
P. 21. l. 15. *continentia animi et magnitudine*] Erravit Orellius, cum putaret Maium e codd. Ambr. edidisse *continentia et animi magnitudine*. Omnes enim codd. habent quod a nobis editum'st.
P. 21. l. 16. *contra reum*] *contrarium* Ric. Ambr. Laur. Goth.
P. 21. l. 17. *prior*] *primo* Ric.
P. 21. l. 19. *IBIDEM. Ab*] *Ibidem ab* Ric. Ambr. Laur.
P. 22. l. 3. *de iis*] *de his* Laur. Goth.
P. 22. l. 5. *se occasionem*] *se quaestionem* Ric. Ambr. Goth. — *sese quaestionem* Laur.
P. 22. l. 7. *accersitus*] *arcessitus* Ric. Laur. Lugd. Recte.
P. 22. l. 19. *contendisset*] *contendissem* Ric. Ambr. Laur. Goth. quod reponendum videtur, mutato accusativo *Virtutem* in ablativum *virtute*.
P. 22. l. 21. *claritas*] *caritas* Ambr. Laur. Goth.
P. 22. l. 23. *fortuna. Nam*] *fortuna natura. Nam* Goth.
P. 22. l. 25. *sunt* om. Goth.
P. 22. l. 27. *Tubulo*] *tribulo* Ambr.
P. 22. l. 28. *ex omni*] *et omni* Ric. Ambr. Laur.
P. 23. l. 4. *accersitus*] *arcessitus* Ric. Laur. Lugd. Recte.
P. 23. l. 4. *carcere*] *carcerem* Ric. Ambr. Laur. Goth. — Tubulus ab exsilio retractus, in quod sponte concesserat, ne quaestio de se haberetur, (vid. de Fin. II. 16.) cum venenum biberit, non videtur adeo mortem in carcere timuisse, quam ipsius carceris ignominiam. Itaque verum puto *carcerem*, et legendum: *ne in carcerem duceretur*. Vidimus etiam supra (p. 10. l. 7.) verbum *necaretur* alieno loco poni. Rau.

P. 23. l. 6. om. Laur.

P. 23. l. 9. *interemisse*] *interuenisse* Goth.

P. 23. l. 11. *Periit*] *perit* Ric. Laur.

P. 23. l. 13. om. Laur.

P. 23. l. 14. *superioris*] *neque superioris* Lugd.: quae interpolatio est ab homine alterum *neque* requirente, neque intelligente, quod ad h. l. docuit Beierus, pro altero *neque* poni sequens *quid vero:* illa enim verba quae *paulo post* in Cicerone esse ait Asconius: *quid vero — imitari:* proxime sine dubio sequebantur, paucis de M'. Aquilii exitu adiectis, quorum extrema servavit palimpsestus Taurinensis, ex quo fragmenta orationis pro Scauro edidit Peyronus. Ex eodem autem errore tota illa adnotatio de necessaria geminatione coniunctionis *neque* orta est, quae nunc in Asconianis legitur, a recentiore grammatico adiecta. Est enim nullius acuminis et genere abhorrens ab Asconii commentario, in rebus historicis explicandis occupato. Accedit etiam illud, permulta esse vitia scripturae in hac particula in ed. pr., quae omnia etiam codex Lugd. habet: perpetua, ut hoc solum dicam, confusio est particularum *et* atque *ut:* quam in reliqua collatione non ita constantem observavi: quod potest esse argumento, alia manu haec in vetere exemplo Asconii San-Gallensi vel etiam vetustiore scripta fuisse: quam sententiam etiam sequitur Madvigius de Ascon. p. 78 sqq., qui recte monet, haec locum occupare potuisse eorum, quae Asconius de M'. Aquilio scripserat. Rau.

P. 23. l. 14. *iisdem*] *hisdem* Ambr. Laur. Goth.

P. 23. l. 15. *M'.*] *M.* Ric. Ambr.

P. 23. l. 17. *semel*] *simul* Laur.

P. 23. l. 18. *disiunctiva et semper*] *disiunctiva sed semper* Ric. Ambr.

P. 23. l. 18. *inferatur NEQUE ut cum dicimus: neque*] *inferatur: et neque cum dicimus: ut neque* Ric. Ambr. Laur. et Goth. (nisi quod hic habet *inseratur* et *quom).*

P. 23. l. 20. *ratione*] *oratione* Ambr.

P. 23. l. 21. *et nomen*] *ut nomen* Ric. Laur. Goth.

P. 24. l. 1. *Sic*] *Sed* Ambr.

P. 24. l. 3. *est* om. Ambr.

P. 24. l. 3. *et sine*] *ut sine* Ambr.

P. 24. l. 4. *videmus*] *uideamus* Ric. Ambr. Laur. Goth.

P. 24. l. 4. *post*] *quo sit* Ric. Ambr. Goth.

P. 24. l. 7. om. Laur.

P. 24. l. 8. *num*] *nam* Ambr. Laur. Goth.

P. 24. l. 12. *eum* om. Goth.

P. 24. l. 13. *Asia*] *asiam* Ric. Ambr. Laur. Goth.

P. 24. l. 14. *Iulios*] *ludos* Ambr.

P. 24. l. 15. *censor*] *pretor* Ric. Ambr. Laur. Goth.

P. 24. l. 16. *civitatem potuit ut causas* Ambr.

P. 24. l. 18. *cui*] *qui* Ambr.

P. 24. l. 20. *temporis sui*] *sui temporis* Ric. Ambr.

P. 24. l. 21. *huius sunt enim*] *huius enim sunt* Goth.

P. 24. l. 22. *Hi autem Iulii*] *et hi autem Iulii* Ric. Laur. Goth. — *et Iulii* Ambr.

P. 24. l. 22. *ab satellitibus*] *a satellitibus* Laur.

P. 25. l. 3. om. Laur.

P. 25. l. 6. *C.* om. Ric. Ambr. Laur. Goth.

P. 25. l. 7. *enim* om. Goth.

P. 25. l. 9. *familiae Claudiae*] *Claudiae familiae* Ric. Ambr.

P. 25. l. 9. *earum quae*] *earumque* Goth.

P. 25. l. 10. *plebeia; quae*] *plebeiaque* Laur. — *plebeiaque et* Ric. Ambr. Goth.

P. 25. l. 11. *in Claudium*] Reponendum *in C. Claudium.* Similiter apud Asconium ad or. in Pison. p. 12. l. 7. praenomen *M.* excidit ante *Marcellus* testibus ed. pr. et codice Lugd. Item in arg. or. pro Milone p. 31. l. 7. in nomine Annii Milonis praenomen *T.* omissum propter praecedens verbum *est:* vere etiam praenomen restituit Baiterus in argumenti principio ad or. pro Corn. p. 56. l. 4. RAU.

P. 25. l. 12. *Nam quia is* cet.] Rau totum locum eiusmodi fere fuisse putat: *Nam qui eius P. Clodii erat frater, qui ex patricia in plebeiam familiam transierat per summam infamiam, fratrem sequi dubitare adhuc dicitur.*

P. 26. l. 1. om. Laur.

P. 26. l. 2. *dein de*] *deinde* Ric. Ambr. Goth. — *dein* (om. *de*) Laur. — *dein* inducendum est ex errore librarii ortum, quem statim correxit scribens *de.* RAU.

P. 26. l. 3. *Dolabella*] *dolobella* Ric. Ambr. Goth. ubique.

P. 26. l. 5. *literas*] *steteras* Ric. Ambr. Laur. — *stateras* Goth.

P. 26. l. 6. *relictas*] *relatas* Ric. Ambr. Laur. Goth.

P. 26. l. 10. *nec damnavit; alterum M. Scaurus et accusavit* om. Ambr.

P. 26. l. 11. *Sc. et accusavit*] *Sc. accusavit* Goth.

P. 26. l. 13. *Quo loco*] *Primo quo loco* Ric. Laur. Goth. — *Primo quoque loco* Ambr.

P. 27. l. 3. *prodieris*] *proderis* Ambr. Laur. Goth.

P. 27. l. 4. *Largus Caecina*] *longus cecinna* Ric. — *longus cicinna* Ambr. Laur. Goth.

P. 27. l. 6. *iis*] *his* Ric. — *is* Ambr. Laur. Goth.

P. 27. l. 7. *perquam*] *per quem* Goth.

P. 27. l. 8. *magnitudine magne*] *magnitudine* (om. *magne*) Ric. firmans nostram coniecturam. — *magnitudinis magne* Ambr. Laur.

P. 27. l. 9. om. Ric. Laur.

P. 27. l. 10. *tamen et*] *tamen ut* Ambr.

P. 27. l. 12. *sordidissime, levissime, navissime* Goth. — *levissimae, vanissimae* om. Laur.

P. 27. l. 13. *pellitis*] *pellicis* Goth.

P. 27. l. 15. *quoque nominat*] *nominat quoque* Laur.

P. 27. l. 17. om. Laur.

P. 27. l. 18. *mihi* om. (lacuna relicta) Ambr.

P. 28. l. 1. *sanctissimo* (om. *deos) illo constituisse* (om. *in) templo* Laur.

P. 28. l. 3. *deprecarentur*] *deprecaretur* Ric. Ambr. Laur. Goth.

P. 28. l. 4. *Metellus*] *metellum* Goth.

P. 28. l. 4. *refecerat*] *referat* Ambr. Laur. Goth. — *refecit* Ric. (?)

P. 28. l. 5. *L. Volcatius*] *M. uol.* (sic per compendium) Ric. Ambr. Laur. Goth.

P. 28. l. 7. *Isauricus*] *hisauricus* Ric. Ambr. Laur. Goth.

P. 28. l. 7. *pater*] *pri.* Goth.
P. 28. l. 9. *pro consule*] *proconsul* Ric.
P. 29. l. 4. *M'. Glabrio*] *M. glabrio* Ric. Ambr.
P. 29. l. 6. *Memmius*] *menraius* Goth.
P. 29. l. 7. *T. Annius Milo*] *G. aronius limo* Ric. Laur. — *c. aronius limo* Ambr. Goth.
P. 29. l. 8. *memio et T. peducens* Goth.
P. 29. l. 9. *M. Octavius Laenas Curtianus*] *M. olena scortianus* Ric. — *molena scortianus* Laur. Goth. — *M. Olena scoritanus* Ambr.
P. 30. l. 2. *ex quibus*] *e quibus* Laur.
P. 30. l. 8. *denas*] *denis* Goth.
P. 30. l. 9. *quia aestate*] *qua aestate* Goth. — *quia a frate* Laur.
P. 30. l. 10. *campestri*] *campestre* Ric. Ambr. Laur. Goth.
P. 30. l. 11. *ex vetere*] *et uetere* Ambr. Goth.
P. 30. l. 11. *quam* om. Ambr.
P. 30. l. 12. *ac Tatii statuae*] *aetatis statuae* Ric. — *etatis capue* Laur. Goth. — *statue . . . capite* Ambr.
Subscriptio in cod. Ambr. haec est: *Pro M. Scauro finis. Incipit pro Milone.*
P. 31. l. 1. *a. d.*] *ad* Ambr.
P. 31. l. 3. *collocatum*] *collata. tum* Goth.
P. 31. l. 3. *non tantum*] *tuntam* (om. *non*) Goth.
P. 31. l. 4. *ex oratione*] *ex ea oratione* Ambr. — *ex ea ratione* Goth.
P. 31. l. 4. *sed etiam*] *sedent* Ambr.
P. 31. l. 7. *T.* om. Ambr. Lugd.
P. 31. l. 7. *Plautius Hypsaeus*] *Plancius hipseus* Ambr.
P. 31. l. 10. *Ciceroni erat amicissimus*] *Ciceronis erat amicissimus* Ambr. — Verius, ni fallor, membranae nostrae (Goth.): *ciceronis erat amantissimus.* Iacobs.
P. 32. l. 1. *erant*] *erat* Ambr.
P. 32. l. 3. *consule*] *concluse* Ambr.
P. 32. l. 7. *trahereturque*] *traherenturque* Goth.
P. 32. l. 7. *dum* delendum putat Rau ut ex repetitione ortum.
P. 32. l. 8. *que* om. Lugd., quare Rau scripsit: *vellet et conficeret.*
P. 32. l. 9. *favente etiam populo*] *tum etiam populo* Ambr. Lugd. — *tum etiam clodio* Goth. — Et Rau et Iacobs verum existimant, quod Manutius et Hotomanus dederunt: *tum etiam populi*, scil. studiis. Assentior.
P. 32. l. 10. *impensasque*] *impensas quoque* Ambr.
P. 32. l. 11. *praedia* ex male intellecto compendio scripturae ortum, et *tria* ab interpolatore additum putat Rau.
P. 32. l. 12. *gener*] *e genere* Goth.
P. 32. l. 12. *T. Munatius*] *L. numatius* Ambr.
P. 32. l. 14. *cum interregem prodere moris esset*] *eum interregem prodere oratores esset* Ambr. — *ad interregem prodere oratores essent* Goth.
P. 32. l. 15. *a. d. XIII. Kal.*] *ad III. Kal.* Ambr. Goth.
P. 32. l. 18. *prodendum postera die. Occurrit*] *prodendum. Postera die occurrit* Ambr.
P. 33. l. 8. *rhomphaea*] *rumpea* Ambr.

P. 33. l. 9. *accurrerunt*] *accurrunt* Goth. fortasse verius. Iacobs.

P. 33. l. 10. *proximam in Bovillano*] *proximam Bovillano* (om. *in)* Ambr.

P. 33. l. 13. *taberna*] *tabernam* Ambr.

P. 33. l. 19. *unde erat egressus, se recepit.*] *unde erat egressum recepit.* Ambr.

P. 33. l. 26. *T. Munatius*] *numatius.* omisso praenomine, Ambr.

P. 34. l. 2. *adstantibus*] *obstantibus* Lugd. — *hortantibus* Ambr. et margo Lugd. Recte.

P. 34. l. 3. *caldatum* habet cum reliquis antiquioribus libris [etiam Ambr.] codex Lugd., levissima mutatione ex *calciatum* depravatum; quam lectionem satis firmavit Manutius, ut in textum recipi potuisset. Rau. Mihi in mentem venit *nudum ac foedatum.* Iacobs.

P. 34. l. 3. *ut* om. Ambr.

P. 34. l. 7. *mensis*] *mens.* Ambr.

P. 34. l. 12. *Libitinae raptos*] *libitin eratos* Ambr.

P. 34. l. 18. *nihilo*] *milo* Ambr.

P. 34. l. 19. *dederat. Concionem ei*] *dederat concionem: et* Ambr.

P. 34. l. 20. *atque ipse etiam causam egit ad populum. Dicebant uterque*] *accipse etiam causam etiam ad populum dicebant. Uterque* Ambr. — *acci ipse etiam causam* (om. hic *etiam) ad populum dicebant uterque* Goth.

P. 35. l. 2. *eandem manum armatam*] *eadem manus armata* Ambr.

P. 35. l. 5. *dilectus*] *delectus* Goth.

P. 35. l. 7. *postulaverunt*] *postulaveruntque* Goth.

P. 35. l. 9. *filii* om. Ambr. Goth.

P. 35. l. 10. *persequebantur*] *prosequebantur* Ambr. — *prosequebatur* Goth.

P. 35. l. 11. *Nepos*] *nepottes* Ambr. — *nepotes* Goth.

P. 35. l. 13. *Caelius*] *cecilius* Goth.

P. 35. l. 14. Ante *affuerunt* nulla est lacuna in Goth.

P. 35. l. 16. *dixit: liberos*] *dixitque liberos* Ambr. — *dixit quam* (per compendium) *liberos* Goth.

P. 36. l. 1. *ac*] *hac* Ambr. Lugd.

P. 36. l. 3. *Aricinos*] *vicinos* Ambr.

P. 46. l. 4. *sex ac*] *ex hac* Goth.

P. 36. l. 5. *armatis*] *armant* Goth.

P. 36. l. 9. *eius* om. Goth.

P. 36. l. 10. *Clodii esse, venisse ad*] *clodii venisse. venisse ad* Goth.

P. 36. l. 11. *villam*] *illam* Ambr.

P. 36. l. 12. *consecaret*] *consecarent* Ambr.

P. 36. l. 12. *villicum et praeterea duos*] *villicum et duos praeterea* Ambr. — *villicum praeterea et duos* Goth. bona lectio. Iacobs.

P. 36. l. 13. *defenderint*] *defenderunt* Ambr.

P. 36. l. 14. *Miloni*] *milo* Ambr.

P. 36. l. 18. *Hypsaeo*] *ipsei* Goth.

P. 37. l. 2. *neque* ante *populi* om. Ambr.

P. 37. l. 4. *per* om. Ambr.

P. 37. l. 7. *Pompeium* om. Ambr. Goth.

P. 37. l. 8. *oportere, neque*] *neque oportere* Ambr.
P. 37. l. 10. *tractata*] *cruenta* Ambr.
P. 37. l. 10. *senatus eonsulto*] *sie* Ambr.
P. 37. l. 17. *dari per triduum*] *dare* (om. *per triduum)* Ambr.
P. 37. l. 25. *idque ipsum*] *idque ipse ipsum* Ambr.
P. 37. l. 26. *magna manus militum*] *magnanimus multum* Ambr. Goth.
P. 37. l. 26. *excubabat*] *excumbebat* Goth.
P. 38. l. 1. *nudaret*] *uideret* Ambr.
P. 38. l. 2. *Tum M. Cicero*] *Tum enim M. Cicero* Goth.
P. 38. l. 2. *similia crimina esse*] *similia esse crimina* Goth.
P. 38. l. 3. *dicerentur alia. Deinde*] *dieerentur. Alia deinde* Goth. — Lodoicus exhibuit: *Alia die.* Fortasse fuit: *Alia dein die.* Iacobs.
P. 38. l. 5. *Philemonem*] *Philomenem* Goth.
P. 38. l. 6. *Is* om. Ambr.
P. 38. l. 6. *secum*] *secuta* Ambr.
P. 38. l. 7. *supervenisse*] *insuper venisse* Ambr.
P. 38. l. 8. *productos*] *perductos* Ambr. Goth., ut malebat Orellius.
P. 38. l. 8. *in villam Milonis per duos menses*] *per duos menses in villam Milonis* Ambr. — Re denuo pensitata mihi nunc scribendum videtur: *abreptos et per duos menses in villa Milonis praeclusos fuisse.* Vocem *perductos* ante vocc. *per duos* vel ex incuria librarii (διττογραφία) vel a glossatore ortam puto. Bait.
P. 38. l. 11. *capitalem*] *eompitalem* Ambr.
P. 38. l. 13. *deprehensum*] *prehensum* Ambr.
P. 38. l. 13. *productum*] *perductum* Ambr. Goth.
P. 38. l. 14. *Denunciaverant*] *denunciaverat* Ambr. — *denuntiarant* Goth.
P. 38. l. 14. *remitteret*] *remitterent* Goth.
P. 38. l. 15. *Caelius*] *cecilius* Ambr.
P. 38. l. 15. *et Q. Manilius Cumanus*] *et Manilius camanus* Ambr.
P. 38. l. 16. *Haec etsi nullam*] *haec et nullam* Ambr.
P. 38. l. 20. *invidiam* habet etiam cod. Lugd. sed potius mihi videtur varia esse lectio, pertinens ad extremam huius loci partem: in qua turbatum esse ostendunt ed. pr. et cod. Lugd. [etiam Ambr.] in quibus sunt haec: *sed etiam propter invisum Ciceronis patrocinium.* Scripserat fortasse Asconius: — *inimicissimas conciones de Milone habebant; habebant etiam de Cicerone, quod — defenderet: eratque maxima pars multitudinis infensa non solum Miloni, sed etiam Ciceroni, propter invidiam patrocinii.* Rau.
P. 38. l. 21. *eratque m. p. multitudinis infensa*] *atqui m. p. multitudinis populi infensa* Ambr.
P. 39. l. 2. *in gratiam redisse*] *redisse in gratiam* Ambr.
P. 39. l. 5. *comparari vim*] *eomparavit eum* Ambr. Lugd. — *eomparaverit cum* Goth. — Lego: *in perniciem reip. eomparari eum vociferatus.* Rau.
P. 39. l. 6. *ob ea saepius querebatur*] *ab ea saepius quaerebatur* Goth.
P. 39. l. 7. *Dicturum*] *dictorum* Ambr.
P. 39. l. 9. *fuit* om. Goth.

P. 39. l. 10. *periculi futuri metu*] *periculum futurum ut* Ambr.

P. 39. l. 11. *diceretur*] *diceret* Ambr.

P. 39. l. 13. *et offensionem inimicae*] *et offensionem inimicicie* Ambr. — *etiam offensio verae inimicitiae* Goth.

P. 39. l. 17. *L. Domitius*] *cn. domitius* Ambr. Lugd. Goth.

P. 39. l. 17. *Aenobarbus quaestor*] *caenobardus quaesitor* Goth.

P. 39. l. 20. *postulatus est a*] *postulatus a* (om. *est)* Ambr.

P. 40. l. 2. *itemque*] *itaque* Ambr.

P. 40. l. 2. *de vi* om. Ambr.

P. 40. l. 3. *Cetheio*] *ceteio* Ambr.

P. 40. l. 3. *sodaliciis a*] *sodaliciis et a* Ambr.

P. 40. l. 4. *quod* om. Ambr.

P. 40. l. 5. *quo eum*] *quod cum* Ambr.

P. 40. l. 9. *tribunal*] *tribunale* Goth.

P. 40. l. 12. *exhiberi servos*] *servos exhiberi* Ambr.

P. 40. l. 16. *quam* om. Ambr.

P. 40. l. 20. *unius et LXXX.*] *unius et LXX.* Ambr.

P. 40. l. 21. *obtigisset*] *attigisset* Ambr.

P. 40. l. 21. *ipsi protinus sessum irent*] *is ei protinus sensum iret* Goth.

P. 40. l. 22. *haberet reusque*] *haberetque* Ambr.

P. 40. l. 23. *illo*] *ille* Ambr.

P. 41. l. 8. *Marcellus*] *M. celius* Ambr.

P. 41. l. 13. *Marcellus et Milo ipse. Multi*] *Marcellus Milo ipse multis* Ambr. Goth.

P. 41. l. 15. *cauponem*] *componere* Ambr. — *coponem* Goth.

P. 41. l. 16. *Albanae*] *alie* Ambr.

P. 41. l. 17. *ignoratam*] *ignotam* Ambr. Recte.

P. 41. l. 22. *pateretur*] *peteretur* Goth.

P. 41. l. 24. *qui fuit a. d.*] *qui fuit indicissimus ad* Ambr. Lugd.: ex quo legit Rau: *qui fuit iudicii summus a. d.* cet.

P. 42. l. 5. *his*] *hic* Ambr.

P. 42. l. 8. *quasi*] *quamvis* Ambr.

P. 42. l. 8. *placuit, quod non, qui bono publico*] *placuit quod quis bono publico* Ambr. et corr. Lugd. — *placuit: quisquis bono publico* Lugd. a pr. m. et Goth. — Potuit Asconius scribere: *Ciceroni non placuit, quod qui bono publico damnari, idem etiam occidi indemnatus posset.* Est enim haec constructio a scriptoribus Asconii aetatis non prorsus spreta. Ita Florus I. 24.: *quando sensissent, quod eius opera redactis in sanguinem cibis irrigarentur:* ubi cf. Duker. et Oudend. ad Suet. Tib. cap. 50. Rau.

P. 42. l. 13. *constitit, ut diximus, neutrius*] *constituit, ut diximus, utrius* Ambr.

P. 42. l. 14. *verum ei forte* cet.] Rau sic legendum putat: *verum eis forte occurrisse rixam servorum; tandem ad caedem perventum.*

P. 42. l. 14. *tandem ad caedem perventum*] *ad eandem caedem perventum* Ambr. Goth. — Mihi satis verisimile est, vocem *eandem* ex *διττογραφίᾳ* natam delendamque esse. Simillima enim in libris *caedem* et *eandem.* Iacobs.

P. 42. l. 15. *tamen*] Sic Ambr. Lugd. Goth.

P. 42. l. 19. *est* om. Ambr.

[redacted]

P. 42. l. 22. *legimus ita perfecte*] *legimus perfecte* (omisso *ita)* Goth.

P. 43. l. 1. *in expositione*] *in ea expositione* Ambr.

P. 43. l. 5. *quotidie*] *cotidie* Ambr.

P. 43. l. 8. *de quibus in argumento*] *de quibus argumento* (om. *in)* Ambr.

P. 43. l. 10. *quo p. Cl. c. c. incensa est*] *quod p. Cl. c. c. incensa esset* Ambr.

P. 43. l. 22. *factiones*] *factionis* Ambr.

P. 43. l. 24. *faceret, domum*] *faceret et domum* Ambr.

P. 43. l. 25. *obsederunt*] *obsiderunt* Ambr.

P. 43. l. 27. *itemque*] *uterque* Ambr.

P. 44. l. 9. *enarrandum*] *narrandum* Ambr.

P. 44. l. 10. *si non omnes aeque probantur*] *si omnes . . . probantur* Ambr.

P. 44. l. 10. *postulatur ut dividatur*] *postulat ut dividantur* Ambr.

P. 44. l. 11. *referatur*] *referantur* Ambr.

P. 44. l. 12. *auditor*] *adiutor* Ambr. Lugd. — Utrumque sine dubio corruptum. Legendum: *quod non fuit adiectum.* Sic Ascon. ad or. pro Cornelio p. 77. l. 2. *nomina sola non adiicit.* Rau.

P. 44. l. 12. *Non enim ei qui*] *non eme. qui* Ambr.

P. 44. l. 13. *consurgendum*] *consulendum* Ambr.

P. 44. l. 14. *Divide*] *denique* Ambr.

P. 44. l. 17. *S. C.*] *sic* Ambr.

P. 44. l. 19. *factam*] *factum* Ambr.

P. 45. l. 1. *Quae* om. Ambr. Lugd. — Mihi sic legenda videtur particula orationis Munatianae: *Quum Q. Hortensius dixisset: extra ordinem quaereretur; apud quaestorem aestimare futurum, ut — devoraret: adversus hominem ingeniosum non ingenio usi sumus; invenimus Fufium qui diceret: Divide* cet. Rau.

P. 45. l. 2. *ut cum pusillum edisset*] *utrum pupillum dedisset* Ambr.

P. 45. l. 3. *acerbitatis*] *acerbitas* Ambr.

P. 45. l. 4. *ingenio*] *non ingenio* Ambr. Lugd.

P. 45. l. 4. *usi sumus*] Sic Ambr. Lugd.

P. 45. l. 5. *Divide; reliquae parti sententiae*] *divideret: reliquae partis sententiam* Ambr. Lugd.

P. 45. l. 14. *L. Domitii*] *Cn. Domitii* Ambr. Lugd.

P. 46. l. 3. *tribubus*] *tribus* Ambr.

P. 46. l. 5. *infimam offenderat*] *infirmam ostenderat* Ambr.

P. 46. l. 7. *Itaque illud* cet.] Haec verba in codice Lugd. ita scripta sunt: *I. i. C. cui* (rescripto verbo, in margine additur *bono fuerit) in his personis valeat.* Puto in Asconio fuisse solas litteras *c. b. f.:* id pro compendio unius verbi esse habitum a Poggio, ut interpretaretur *iudicium.* Rau.

P. 46. l. 7. *valeat*] *valet* Ambr.

P. 46. l. 24. *ideo lumen curiae dicit.*] Haec verba interpolatoris esse putat Rau.

P. 46. l. 26. *intentata*] *intenta* Ambr. Lugd.

P. 46. l. 27. *non sum passus*] *passus non sum* Ambr.

P. 46. l. 27. *est* om. Ambr.

P. 47. l. 1. *quo*] *quod* Ambr.

P. 47. l. 1. *a Clodio*] *a P. Clodio* Ambr.
P. 47. l. 2. *est*] *et* Ambr.
P. 47. l. 5. *sica*] Nominativum confirmat Ambr.
P. 47. l. 7. *et se domi tenuit*] *ex eo domi tenus* Ambr. — *ex eodem tenuis* Lugd. — Rectius fortasse sic legitur: *ex eo domi se tenens*, *obsessus etiam est* cet. Verba *domi se tenens* adscripsit in margine sui libri Perizonius, addens Vellei. II. 44. Rau.
P. 47. l. 8. *anni* om. Ambr.
P. 47. l. 10. *appellaret*] *appellarent* Ambr.
P. 47. l. 12. *Clodii*] *Clodio* Ambr.
P. 47. l. 16. *nece Papiria*] *nec Papirii* Ambr. L. *nece Papirii.* Or.
P. 47. l. 20. *petiit*] *petit* Ambr.
P. 47. l. 23. *repetenti*] *repetente* Ambr.
P. 47. l. 24. *Antium. Inde*] *tantum ille* Ambr.
P. 48. l. 2. *misit* om. Ambr.
P. 48. l. 8. *me* om. Ambr.
P. 48. l. 10. *nusquam inveni*] *nusquam pene conveni* Ambr.
P. 48. l. 12. *de eo die*] *de illo die* Ambr.
P. 48. l. 16. *facit*] *fecit* Ambr.
P. 48. l. 17. *adsidue*] *ad id ue* Ambr.
P. 48. l. 19. *iustissimi fortissimique*] *fortissimi iustissimique* Ambr.
P. 48. l. 21. *praetor* om. Ambr.
P. 48. l. 25. *nusquam*] *nunquam* Ambr.
P. 49. l. 2. *obiecit*] *obstitit* Ambr.
P. 49. l. 3. *oppressum a Clodio*] *oppressum et Clodio* Ambr.
P. 49. l. 10. *utrique et inimici*] *utrique ex inimici* Ambr.
P. 49. l. 13. *et idem* om. in lacuna Ambr.
P. 49. l. 14. *in Albano*] *Alba* (om. *in)* Ambr.
P. 49. l. 14. *fuisse* om. Ambr.
P. 49. l. 15. *apud* om. Ambr.
P. 49. l. 19. *qui in hac*] *qui hac* Ambr.
P. 49. l. 20. *dicerent*] *diceret* Ambr. Lugd. recte, ut opinor; quoniam unius dicti ipsa verba referuntur: quamquam Asconius eius duos auctores nominat; sed locus interpolatus videtur. Rau.
P. 50. l. 1. *sunt*] *fuerunt* Ambr. Recte.
P. 50. l. 3. *consilio vero maioris alicuius* om. Ambr.
P. 50. l. 7. *subsidendum* om. Ambr.
P. 50. l. 8. *Basili*] *Basilii* Ambr.
P. 50. l. 9. *perinfamis*] *per quam is* Ambr.
P. 50. l. 14. *Manlii*] *manli* Ambr.
P. 50. l. 14. *in* om. Ambr.
P. 50. l. 15. *Faesulas*] *fessulas* Ambr.
P. 50. l. 16. *urbem*] *urbe* Ambr.
P. 50. l. 17. *iam hoc Clodianum*] *tam hoe quotidianum* Ambr.
P. 50. l. 21. *simulasse se timere*] *simulasse timere* (om. *se)* Ambr.
P. 50. l. 23. *Rufus*] *fuit* Ambr.
P. 51. l. 1. *in concione* om. Ambr.
P. 51. l. 2. *Milo dedit, quem in curia eremaretis: dabit* (mire in omnibus libris legitur *dabo) quem in Capitolio sepeliatis:* quo significabat morem summorum hominum et civitatis statorum, qualis tum habebatur Cn. Pompeius, in arce sepeliendorum. Rau.

P. 51. l. 4. *a. d.*] *ad* Ambr.
P. 51. l. 5. *VIIII. Kal. Febr.*] *VII. Kal. Febr.* Ambr.
P. 51. l. 5. *in hortos*] *in ortis* Ambr.
P. 51. l. 7. *III. consul*] *ter consul* Ambr.
P. 51. l. 8. *Rufus* habet etiam Ambr. Unci igitur delendi sunt.
P. 51. l. 8. *T. Munatius*] *L. munacius* Ambr.
P. 51. l. 10. *Pompeium* om. Ambr.
P. 51. l. 11. *illud*] *illius* Ambr.
P. 51. l. 12. *de plebe sacrificulum*] *de plebe sacrificorum* Ambr. Lugd. quod Rau probavit.
P. 51. l. 14. *libertos*] *liberos* Ambr.
P. 51. l. 15. *edidisse; se ad*] *edisse ad* Ambr.
P. 51. l. 15. *eos*] *eum* Ambr.
P. 51. l. 18. Inter vv. *haberet* et *Lucium* lacuna est quinque fere litterarum in Ambr.
P. 52. l. 3. *intraret, iusserat*] *intraret priusquam iuserant* Ambr.
P. 52. l. 5. *ut vos* om. Ambr.
P. 52. l. 7. *sed praesidio esse*] *et praesidio esset* Ambr.
P. 52. l. 11. *nec pateretur elabi*] *ne pateretur labi* Ambr.
P. 52. l. 12. *nos servis*] *nos iam servis* Ambr.
P. 52. l. 15. *non nisi in urbanis tribubus*] *non plus quam in tribus* Ambr.
P. 52. l. 16. *propriae*] *proprie* Ambr.
P. 52. l. 18. *circumscripsisset*] *circumscripsisse* Ambr.
P. 52. l. 19. *cum*] *tum* Ambr.
P. 52. l. 19. *profecerat* om. in lacuna Ambr.
P. 52. l. 21. *Clodius, cum adhuc*] *Clodium . . . . . . adhuc* Ambr.
P. 52. l. 22. *esset, deprehensus est, cum*] *esset . . . . est cum* Ambr.
P. 53. l. 1. *erat a senatu*] *erat . . . . . S. C.* Ambr.
P. 53. l. 2. *decretumque extra ordinem . . . . iudicium fieret* Ambr.
P. 53. l. 6. *infimam*] *infirmam* Ambr.
P. 53. l. 8. *fecisse commemorat, ut non modo virtute flecteret* om. Ambr.
P. 53. l. 9. *deleniret*] *deliniret* Ambr.
P. 53. l. 11. *Tertium patrimonium — invenio.*] Haec verba Rau, qui in verbis Ciceronis mire vocem *tribus* pro accusativo plurali substantivi *tribus* habet, interpolatrici manui deberi putat, parum probabiliter.
P. 53. l. 11. *patrimonium*] *matrimonium* Ambr.
P. 53. l. 12. *matris; aliud enim*] *matris enim* Ambr.
P. 53. l. 14. *accusator et*] *accusaret* Ambr.
P. 53. l. 15. *equites et tribunos*] *equites tribunos* Ambr.
P. 53. l. 15. *reiecerunt*] *reicerunt* Ambr.
P. 53. l. 16. *Senatores condemnaverunt XII.* cet.] Cum ex singulis ordinibus aequali numero (cf. p. 40. l. 24.) iudices sedisse videantur, nimirum XVII., probabilis videtur Graevii coniectura, pro XII. legendum XI., pro III. autem IIII. Rau.
P. 53. l. 17. *absolverunt IIII. Tribuni aerarii condemnaverunt XIII.* om. Ambr.

P. 53. l. 22. *morte*] *mortem* Ambr.

P. 53. l. 22. *studebat*] *studebant* Ambr.

P. 53. l. 24. *audisse a*] *audisse eum a* Ambr.

P. 53. l. 24. *tertium*] *tertium* Ambr. Recte.

P. 54. l. 2. *uetiar*] *vertiar* Ambr.

P. 54. l. 3. Lacunae non sunt in Ambr. — Locus mihi ita supplendus videtur: *Sed Milonis quoque notam audaciam* (remo)*veri a rep.* (ei fortasse) *utile ,visum est: scire t*(amen) *nemo unquam potuit utram sententiam* (tulisset). Rau.

P. 54. l. 8. *et in ambitus indicio*] *et ambitus iudicia* Ambr.

P. 54. l. 8. *Cn. F.*] *C. F.* Ambr.

P. 54. l. 10. *accusante P. Fulvio Nerato*] *accusator P. clodio Nerato reo* Ambr.

P. 54. l. 13. *profectus est*] *profectus esse* Ambr.

P. 54. l. 14. *semuncia*] *semiuncia* Ambr.

P. 54. l. 16. *Saufeius*] *saufius* Ambr.

P. 54. l. 18. *C. Valerius*] *Valerius* (omisso praenomine) Ambr.

P. 54. l. 18. *Caelius*] *cecilius* Ambr.

P. 54. l. 19—21. *Condemnaverunt senatores X., absolverunt VII. Sed ex* (mediis omissis) Ambr. — Rau legendum putat: *Condemnaverunt senatores* X. *absolverunt* VII. *Condemnaverunt equites Romani* VIIII. *absolverunt* VIII. *Sed ex tribunis aerariis* XI. *absolverunt*, VI. *condemnaverunt*. Recte. Cf. ad p. 53. l. 16.

P. 54. l. 21. *condemnaverunt*] *damnaverunt* Ambr.

P. 55. l. 1. *quod* habet etiam Ambr.

P. 55. l. 2. *tabernae. Repetitus deinde*] *tabernae repertus. Deinde* Ambr.

P. 55. l. 2. *est* confirmatur codice Ambr.

P. 55. l. 3. *superiora* om. in lacuna Ambr.

P. 55. l. 8. *hoc ac priore*] *hoc a priore* Ambr.

P. 55. l. 11. *accusantibus C. Ciessenio Filone M. alfidio defenderunt flacconio magno consensu: damnatusque est* cet. Ambr.

P. 55. l. 15. *pars Clodianorum*] *pars fuit Clodianorum* Ambr. Recte.

P. 56. l. 3. *C. Cornelius*] Praenomen om. Ambr. Lugd.

P. 56. l. 6. *iusto pertinacior*] *iustior pertinacior* Ambr. Lugd.: quod depravatum ex *tristior pertinaciorque* putat Rau.

P. 56. l. 7. *est* om. Ambr.

P. 57. l. 2. *ferret*] *ferat* Ambr.

P. 57. l. 4. *quod ante annos * L. Domitio*] *quo ante annos Cn. Domitio* Ambr.

P. 57. l. 7. *de ea in concione*] *de ea ne* Ambr.

P. 57. l. 8. Ita fere mutilus locus restituendus videtur: *providendum, ne haberent legati unde praesentem pecuniam dividerent.* Cf. in Verr. lib. I. 56, 146. pro Cluent. c. 12, 34. Rau.

P. 57. l. 9. *promulgavitque legem*] *promulgavit legem* Ambr.

P. 57. l. 10. *ne quis nisi per*] *ne quivis per* Ambr.

P. 57. l. 12. *adiici erat*] *adiecerat* Ambr.

P. 57. l. 17. *ex senatu, quorum*] *ex S. C. quorum* Ambr.

P. 57. l. 18. *inventus erat, qui C. Cornelio*] *inventus est qui L. cornelio* Ambr.

P. 58. l. 4. *C. Piso*] *L. Piso* Ambr.

P. 58. l. 5. *tribuniciam intercessionem diceret*] Rau legendum putat: *et contra trib. i. esse diceret;* vel sine *esse*, deleto *diceret*.

P. 58. l. 6. *eos*] *cons.* Ambr.

P. 58. l. 6. *intendebant*] Lugd. — *intentabant* Ambr. Recte.

P. 58. l. 17. *res cunctam gratiam*] *res eum aut gratiam* Ambr.

P. 58. l. 18. *solebant*] *assueverant* Ambr. Lugd. Recte.

P. 58. l. 20. *tribunatus eius peractus est*] *tribunatus tempore eius peractum est* Ambr.

P. 62. l. 9. *me praetore*] *a me praetore* Lugd.: quod vere correctum a Sigonio, *apud me praetorem:* in praepositione facilis fuit lapsus, et in *m* finali sexcenties in Asconio peccatum est. Rau.

P. 62. l. 10. Alterum *videlicet* tollendum videtur, et extrema legenda cum exclamandi signo: *Prospectat videlicet Cominius, quid agatur. Homines foeneos in medium ad tentandum periculum proiectos!* Rau.

P. 63. l. 1. Ciceronis verba probabiliter fortasse sic restituentur: *Quid? Metellus summa nobilitate ac virtute, cum bis iurasset, semel privatim* (poscente) *patre, iterum publice et lege: deiectus est ratione: an vi?* (an metu?) *at utrius suspicionem ex animo tollit et C. Curionis virtus ac dignitas, et Q. Metelli adolescentia ad summam laudem omnibus rebus ornata.* Rau.

P. 63. l. 3. *an vi an veri*] *an vi ad utri* Lugd.

P. 63. l. 6. *desistere interdum debere ab accusatione eum, qui neque accusaverit neque fecerit poctionem*, Rau: in quibus *accusaverit* et *fecerit* habet cod. Lugd.

P. 63. l. 24. *inter Metellum et Curionem facta pactio, ne arbitrium de libertate perageretur*, (si venis)*set tamen ille in libertatem debitam, neque Metellus perstaret in accusatione Curionis.* Rau. Cod. Lugd. habet ut ed. pr. sed omisso *ut*.

P. 64. l. 7. *At tulisse*] *an tulisse* Lugd. — *Nam subiecisse* Rau.

P. 64. l. 9. *lata esset.*] *lata est.* Rau.

P. 65. l. 5. *pater*] Sic etiam Lugd. — *populus* Rau.

P. 65. l. 11. Etiam cod. Lugd. habet *respublica*, sed omissis illis, quae inter hoc verbum semel iterumque positum leguntur; pro *manet* exhibet *manet et*. Legendum mihi videtur: — *quod summa resp. non accepisset, ab illo ipso tribuno abiectum est; bonum autem, quoad summa resp. manebit, in vestri ordinis* cet. Rau.

P. 68. l. 24. *esse*] *est* Lugd. sed ab aliena manu additum.

P. 69. l. 5. *Et videtur* cet.] Ausim contendere, et hic Asconium interpolatum esse, et quae h. l. de Cicerone dicuntur, a posterioris aevi grammatico vel rhetore adscripta esse. Ita destituitur oratio de Haruspicum responsis Asconii auctoritate: quo cognitore in iudicio *νοθείας* inprimis defensa est. Rau.

P. 69. l. 13. * *et collega eius*] Intelligitur scriptum fuisse: *a P. Africano II. cos. et collega eius;* fecisse vero idem Africani nomen in loco orationis de Har. resp., ut intermedia exciderent. Rau.

P. 69. l. 17. *ius*] *vis* Lugd. quo magis apparet, hoc verbum esse ex temeraria repetitione. Rau.

P. 70. l. 10. Cicero cum reprehenderet Servilii temeritatem, videtur suo more quaesivisse: „num, lege recitata, nullus amplius est intercedendi locus, antequam is qui legem fert populum *iubeat discedere?*" quibus respondet iis quae sequuntur apud Asconium, quae mihi

sic fere legenda videntur: *Est utique locus vetandi etiam tum ne feratur*, *quamdiu* (quae ad suffragia pertinent) *ferenda transiguntur*. Rau.

P. 70. l. 13. *cistella*] *sitella* Lugd.

P. 70. l. 14. *alia populus* cet.] *Scil. populus confusus ut semper alias, ita et in concione; sed peractis his, cum id solum superest, ut populus sententiam ferat, iubet etiam is qui fert legem, discedere: quod verbum non hoc significat, quod in communi consuetudine, abeant (eant* pro vulg. *erat* habet Lugd.) *de eo loco ubi lex fertur* cet. Rau.

P. 71. l. 20. *non perterritus*] *perterritus non* Lugd.

P. 71. l. 21. *damnari*] Pro *damnari* non dubito quin vere dederit Hotomanus *omnia*. Rau.

P. 72. l. 1. *Sed postquam* VII. *et* X. *tribus* cet.] *sed postquam* VII. *et* X. *tribus rogationem acceperunt*, — *et una modo supererat*, *ut populi iussum conficeret*, *remisit intercessionem Trebellius*. Extrema plane uti scripsimus habet cod. Lugd.; tantum addidimus *ut* post *supererat*. Rau. Vellem declarasset vir doctissimus, utrum verba *et una mens esset* in codice Lugd. desint necne.

P. 72. l. 10. *decrevissent*] Sic a prima manu Lugd., qui a secunda m. habet *decrevissem*.

P. 73. l. 13. *ingentum*] *vigentum* Lugd. quod depravatum puto ex *vigebant*, et locum ita legendum: — *et vigebant: maxime C. Curio*, *C. Curionis adolescentis eius qui b. c. C. fuit partium*, *pater*. Rau.

P. 73. l. 16. *Non* — *privasset*.] *Num* — *privasset?* Rau.

P. 73. l. 20. *Non* — *non dedisset*.] *Num* — *non dedisset?* Rau.

P. 74. l. 3. Videtur pro *hunc* legendum *haec*, et post *doceretur* supplendum *quotidie*: tum legendum: *exstingui nullo modo posse*. *Exstingui* et *nullo* habet etiam cod. Lugd. a secunda manu. Rau.

P. 74. l. 6. *idque iure ut docti sumus*] *idque urebus doctissimus* Lugd., adscribente secunda manu in margine *iuris*.

P. 74. l. 10. *calamitat.*] *calamitatis* Lugd.

P. 75. l. 16. Legendum puto: *Ante vestros annos p. i. tr. pl. temeritatem rem eo posse adduci, ut omnino . . . . . ne* (f. *dominatione)*, *illius potestatis abalienemur*. In quo extremo verbo, modo non legendum sit *liberemur*, est ἦθος hominis de re invisa verbo odium dissimulante cum ironia utentis: proprie enim dicimur abalienari rebus, quibus caremus inviti, ut dicuntur apud Livium XXII. 60. *abalienati iure civium*. Quo sensu dicantur *anni* cum pron. poss. explicavit Ernestus in Clavi. Rau.

P. 76. l. 3. Mihi dubium non est, quin, ut sexcenties factum est, hic etiam X. scriptum sit pro V. Rau.

P. 76. l. 10. *Cicurino*] *cecurino* Lugd.

P. 76. l. 16. *Sicinius*] Sic Lugd.

P. 76. l. 16. *Bellutus*] *Velutus* Lugd.

P. 76. l. 17. *L. Albinius*] *Lavinius* Lugd. Scrib. *L. Albinus*.

P. 76. l. 17. *Paterculus*] *patriculus* Lugd.

P. 78. l. 13. *Dicit de nobilibus* habet etiam Ambrosianus. Itaque unci tollendi sunt. Conf. Madvig in praefat. nostra p. VII.

P. 80. l. 2. *qui non dixerunt*] *qui nondum dixerunt* Rau.

P. 82. l. 12 seqq. Cod. Lugd. et ed. pr. *Cassius*; cod. *in eius*,

pro *iners*, ut ed. pr., sed correcta voce in margine: in utroque omittitur *ac:* porro *sed* ante *paucos* habent (omisso *post)* et *eum* ante *esse:* quae sunt vestigia locum olim ita scriptum fuisse: *Cassius iners et stolidus tum magis quam improbus, sed post paucos menses in c. C. eum esse apparuit.* Rau.

P. 83. l. 3. *pro re iacebant*] *prope iacebant* Rau.

P. 84. l. 16. *se id eiurare*] *se ideo iurare* Lugd. — *se id eo facere* Rau.

P. 85. l. 1. *Nec*] *ne* Lugd.

P. 85. l. 1. *tum* om. Lugd.

P. 86. l. 13. *protinus videtur non fuisse*] *partius videretur fuisse* Lugd. Scribendum igitur: *parcius videtur fuisse.*

P. 87. l. 6 seqq. *Praeterea movet me* cet.] Ex illa editionis pr. lectione, cum qua consentit cod. Lugd. etiam in vitioso *esset*, et in *earum* pro *causarum*, legam: — *quod, cum sint commentarii Ciceronis causarum, eius tamen defensionis nullum commentarium aut principium invenio:* (ita loquitur etiam in arg. Pison. p. 1.) *item quod* cet. Hotomanus, qui post *principium* supplevit verba *nullum inveniam*, post haec verba edidit: *Itaque puto non defendisse, sed tantum de defendendo cogitasse: quod per haec ipsa negari non potest.* Quae verba non sunt ipsius commentum, sed e margine codicis arcessita: leguntur etiam in cod. Lugd. margine, sed emendatiora. Nam cum supra, ad verba *Fenestella tradit*, adscripsisset docta et antiqua manus: *Cicero, in quadam ad Atticum epistola*, (est lib. I. 2.) *scribit de Catilinae defensione, quam facere cogitabat:* hic in margine addidit: *Itaque puto non defendisse, sed tamen de defendendo cogitasse, quod per epistolam negari non potest.* Rau.

P. 88. l. 2. *quidem* om. Lugd.

P. 88. l. 14. *bestias*] *uestias* Lugd.

P. 90. l. 20. *fuit*] *stat* Rau.

P. 93. l. 10. Adscripsit margini cod. Lugd. antiqua manus: *Nomen uxori fuit Aurelia Orestilla* (ex Salustio, Catil. cap. 15.) *de socru ignoro.*

P. 94. l. 3. Olim legebatur: *perierat in Hispania, missus* cet.; quae ut nunc leguntur restituit Baiterus. Melius, ut opinor, ex eius ratione, media distinctio post *perierat*, maior post *ablegaretur* poneretur, deleto *que* in *ibique.* In multis coniecturis, quibus verba *ut avus suus* tentata sunt, miror neminem voluisse legere: *ut a suis sociis:* dicitur enim saepe *socius* in malam partem, ut apud Cic. hoc ipso loco p. 93. l. 17. Catil. II. 2, 4. pro Sull. 6, 19. in Verr. V. 62, 160. Rau.

P. 94. l. 17. *Dicit*] *Dixit* Ambr.

P. 95. l. 3. Emendare locum difficile est; hoc tamen omnino videtur (Cicero) dicere: *Licinium gladiatorem* in se *immissum* esse, et *cupidum Catilinae iudicem Q. Curium hominem quaestorium. Cupidum* est omnium vett. editt. praeterquam principis lectio, quam libris MSS. deberi puto, quamvis noster (Lugd.) cum ed. pr. consentiat. Rau.

Extremum locum in codice Lugduno-Batavo, ut in editione principe, obtinent commentarii in Divinationem in Caecilium et in Verrinas. Servari oportuisset iste ordo: ita fortasse non accidisset, quod nunc factum dolemus, ut maiore cum cura a viris doctis hi commentarii tractarentur, quam illi quos hactenus excussimus, quibuscum sane, quidquid tandem de iis statuatur, neque elegantia, neque copia rerum scitu dignissimarum, ullo modo sunt comparandi. Etiam vix fieri potuisset, veteri ordine servato, ut legentes, quum ad haec scholia perventum esset, prioris commentarii salubritatem non requirerent, neque animadverterent, quantum hoc opus ab illo, toto genere distaret. Nimirum hoc est, quod quum pluribus verbis explicare pararemus, ab instituto deiecti sumus, viso doctissimo Madvigii libello, qui ita hanc quaestionem tractavit, ut perpauca nobis dicenda reliquerit. Quae tamen ut ordine et loco dicamus, neque quidquam nos fugere patiamur, disputationis nostrae capita, et quasi puncta argumentorum, quibus fere iisdem atque Madvigius usi eramus, breviter recensebimus. — Et primum, extrinsecus illud adscitum, argumentum hoc est, nullum librum scriptum commemorari, in quo scholiastae in Verrinas opus, quod in edd. recentioribus factum est, ut Asconii venditetur. In cod. L. B., ut in ed. pr., post commentarium ad or. in Toga Candida simpliciter sequitur: *Argumentum divinationis.* Contra in fronte commentarii ad or. in Pisonem, ut supra notavimus, Asconii nomen ponitur. Videtur ab hac oratione novum volumen operis Asconiani incoepisse, quapropter universi operis titulum ibi habemus, cuius principium se tenere credens librarius scripsit, *et primo in L. Pisonem.* Alterius voluminis particulam habemus commentarios in Cornelianam, et in or. in Tog. Cand.: quam veteris autographi partem Asconii nomen, fortasse in ora superiore, prae se tulisse etiam testatus est librarius scribens: *Q. Asconi Pediani. Incipit pro Cornelio de Maiestate.* — Deinde ipsa haec scholia si spectamus, et primum externam formam: Ciceronis loca adponuntur brevissima, quae longiora describuntur in vero Asconio, notata etiam orationis parte unde sumpta sint, vel ipsis codicis Ciceroniani versibus, ad quos commentarius pertineat, numero designatis. Quamquam deficiunt illae notae in commentario ad Cornelianam extremo, et ad or. in Tog. Cand. universo: quod non cum Madvigio, in not. ad pag. 60, Poggio tribuerim festinanti, vel alius cuiusvis negligentiae; sed factum puto, magis evanescente in illa vetusti codicis parte minio, quo illae superscriptiones pingi solebant. Ex eadem causa in ea parte libri litteras nonnunquam evanuisse in principio locorum Ciceronianorum, prodit codex L. B.; qui in primo horum locorum, in secunda Corneliana, ubi legitur *num*, habet *cum*, prima littera ab alia manu adscripta, quamquam additum est signum interrogandi; mox in principio sequentis loci, qui incipit a verbo *quid*, scriptas habet solas litteras *uid*. Sed haec, de quibus diximus, ut indicant, Asconii opus, pro dignitate famaque doctrinae, seorsim editum descriptumque esse; ita in scholiis in Verrinas omnia suadent, ea antequam in codicem San-Gallensem, vel antiquiorem quemdam describerentur,

alicui Ciceronis codici, diverso tempore, et a diversis hominibus, in margine adscripta fuisse: quamvis in eo assentimur Madvigio, p. 90, potiorem partem unum habere auctorem, a quo etiam argumenta scripta sint. Eiusdem plane generis scholia, duplici manu scripta, Maius invenit in margine codicis Ambrosiani, ex quo reliquias orationis pro Scauro edidit: de quibus vid. Madv. p. 143 seq. Et egregie illam nostram suspicionem confirmatam vidimus in lib. I. act. II. in Verr., cuius libri extremam partem vetustas intercepit: deficientibus igitur codicibus Ciceronis, deficiunt etiam scholia, et in scholio mutilo desinunt: et quum in c. 59. h. or. iusta cadat suspicio, ut suo loco dicetur, non pauca Ciceronis intercidisse, etiam scholia mutila sunt; ut ex uno codice, qui illa scholia habuerit, mutilo, neque satis bono, omnes nostri codices, quos nunc illius libri habemus, descripti videantur: cf. Madv. p. 102. in not. Arguit etiam illud quod diximus commentandi genus perturbatus ordo scholiorum, de quo dixit Madv. p. 89., qui talis est in cod. nostro et in vett. edd. qualem exspectes, quum quae non una manu in diversis marginibus codicis scripta sunt, non satis diligenter in unum libellum coniiciuntur. Exempla huius rei, post ea quae Madvigius, l. c. not. 2, dedit, nemo requiret: unum tamen insignius praeterire non possum, quod est ad c. 15. lib. I in Verr., ubi ad verba *C. Malleolo occiso*, haec notantur: (in cod. et edd. vett.) *Suspicioso verbo usus est, nam non insistit ut probet a Verre occisum esse, sed ita vult videri, quia Verri mors eius lucro fuit. Alteram tutelae. Filii Malleoli tutor factus est Verres.* Quae verba sine dubio ad c. 36. pertinent, quo etiam relata sunt in edd. recentioribus, et in novissima: vid. p. 169. 184. Bait. Ibi enim hoc verbum *occido* suspiciosum est, quoniam continuo dicitur de commodis quae ex morte Malleoli ad Verrem pervenerint: neque alio loco verba *alteram tutelae* leguntur. Nimirum qui alius magistri scholium in suum codicem transferre vellet, similitudine verborum deceptus alieno loco addidit: hinc etiam in scholiorum libro San-Gallensi alieno loco legitur. — Ex codice Ciceronis aliquo omnia descripta esse etiam eo apparet, quod de eadem re, diversis locis, saepius idem monetur, ut solet fieri in illis notulis a legentibus adscriptis. Sic de Minoë, apud Virgilium quaesitore dicto, dicitur p. 110., ad act. I. in Verr., et in arg. lib. I. act. II. p. 155. In hoc ipso argumento multis verbis monetur, reliqua non dicta sed scripta a Cicerone: idem rursus dicitur ad prima orationis verba, p. 156. et ad c. 8. p. 162. De *amplius* pronuntiando ad h. or. bis dicitur, p. 164. et 180. Ad c. 1. Div. p. 100. monetur, a duobus quaestoribus Siciliam regi, Lilybaetano, et Syracusano: idem recurrit p. 187. ad lib. I. act. II. et postea ad lib. II. p. 207.: dicas satis inculcatum; sed ad eundem librum p. 208. dicitur: *Lilybaetanus scil. quaestor, non Syracusanus. Nam hos binos quaestores annuos habuit Sicilia.* Conf. Madv. p. 142. not. 4. — Diversorum etiam hominum saepius agnoscas manum: ut p. 110. ubi dicitur de iuvenibus nobilibus in accusando ab Hortensio elusis, monetur significari etiam Caesarem, quod fortasse ex veri Asconii

commentario petitum: quamquam errore compilatoris additur: *in Dolabella reo ex Cilicia* (cod. ed. pr. *Sicilia*): scimus enim oon Dolabellam praetorem Ciliciae, sed alterum, coosularem, qui ex Macedonia triumphavit, a Caesare frustra accusatum, defeodente Hortensio. Sed quae in scholio sequuotur: *qui quidem damnatus, sed non quantum oportuit per Hortensii gratiam.* caet. (ita legeodum videtur; habet codex o. *quantum oportuit:)* haec igitur suot alius homiois superiora corrigere volentis: noo quidem propter errorem quem significavimus, quippe io quo ipse versetur, sed ne quis ex magistri verbis cooficiat Dolabellam Cilicieosem absolutum esse, quem propter Ciceroois verba, in cap. 30. lib. I. io Verr., quae adfert, damoatum quivis intelligat; quamvis Caesarem significari posse coocedat, quod fortasse eo accusante Hortensii artibus effectum sit, ut mious damoarctur Dolabella quam oportuisset; sed verosimilius putat Scaurum sigoificari, qui alterum Dolabellam defenderit, quem etiam potuerit Horteosius defendere. Nimirum a Scauro Dolabellam accusatum esse, oeque potuisse damoari, scripsit etiam ad lib. I. c. 15. p. 169., quem errorem ootavit Madvigius p. 109 seq. — Sic quae de tempore ad accusandum lege coocesso ootantur p. 166. lin. 7 et 24. oon sunt eiusdem scriptoris. Etiam ad act. I. io Verr. p. 128. de accusatore illo Achaico, qui, ut Ciceroni meliores accusationis dies eriperentur, a defensoribus Verris interpositus est, quae primum notantur: *petiit — C et VIII. petiit:* sunt homiois unum auctorem secuti: sequentia, *alii hunc — Curionem reum*, plurium auctorum varias sententias referentis: et quae rursus leguntur ad act. II. lib. I. p. 165. *qui iste sit accusator — notavimus*, sunt illius qui certam, ooo dubiam seotentiam de illa re retulerit. — Ad formam etiam qoodammodo pertinet, Ascooium ubique filios alloqui; quos appellat ad or. pro Milon. p. 44. cf. ad or. in Pisoo. p. 12. lin. 1 et 10. p. 14. l. 20. et p. seq. l. 10. ad or. pro Scauro, p. 26 et 27. ad or. io T. C. p. 90. Scriptum est ad or. in Pis. p. 9. l. 21. *intelligitur;* sed paulo post in simili loco p. 11. lio. 9., ubi iteruio sic editur, ed. pr. et cod. n. habeot, *intelligis:* quod natum est ex *intelligitis*, ut recte legitur ad or. in T. C. p. 93. lin. 19. Eius rei igitur, de qua dicimus, vix teoue vestigium io scholiis ad Verrinas occurrit: quale est v. g. ad lib. I. act. II. p. 192. *ut vides*, quod potest esse ex *ut videtis*, in scholio quod ex Asconiano commeotario excerptum esse res de qua dicitur probabile facit. — Si deoique ipsam horum scholiorum indolem spectaoms, inveoimus looge diversam ab Asconii salubritate; sive ad ea attendimus ex quibus de ipsa persona scribentis iudicare possumus, sive ad res quas tractat, sive ad sermonem quo utitur. Et io Asconio quidem statim agnoscimus hominem staotibus rebus de quibus dicit viveotem: vid. ad or. pro Miloo. p. 44. l. 7 seqq. ad or. pro Corn. p. 70. lin. 9 sqq. ad or. pro Sc. p. 27. l. 1. pro Miloo. p. 31. l. 2. p. 32. l. 20. p. 43. l. 12. in T. C. p. 90. l. 19.: in scholiis ad Verrinas oihil simile iuvenies, nisi fortasse duas diligeotiores designationes locorum, fornicis Fabiani, ad act. I. p. 133. et signi Vertumni, ad lib. I. act. II. p. 199., ubi ex ed. pr.

et codicis nostri lectione: *flectentibus se ad postramus dextram partem:* legendum puto, *flectentibus, si ad portam* (vel *ad rostra*, quod suppetit Orellius) *eas, ad d. p.:* nam huiusmodi quid videtur requiri: conf. locus ad or. pro Sc. modo cit. Quorum scholiorum alterum ex veterum commentariis sine dubio descriptum iudicat Madv. pag. 142.; de altero idem suspicor: quamquam non contendo non potuisse etiam extremis imperii Romani in Occidente temporibus scribi, perinde atque illa quae de Circensibus dicuntur, a Madv. p. 141. memorata; est vero in Asconio eiusmodi locorum frequentia, quae antiquitatis fidem facit. — Sed etiam de rebus florente imperio Romano vulgaribus saepe illa scholia ita loquuntur, ut de aliis moris ita *fuisse*, de aliis *veteres* vel *antiquos* ita consuesse dicatur, vid. Madv. p. 134 seq. ibique nota 5 et 6.: quae res etiam Perizonium advertit, qui ad act. I. p. 133. corruptum scholium sic emendans, uti etiam a Baitero factum vidimus: *non solebant precari veniam veteres de eorum compellatione nuda:* hoc addidit, „nota autem *veteres*". Alia explicantur quae Asconii aetate adolescentes docere putidum fuisset, nec sine errore: quae recensentur a Madv. p. 188 seqq. Quamquam non ausim viro doctissimo adstipulari adfirmanti, in iis quae ad Div. p. 118. leguntur, per errorem *iudicia quaestorum* commemorari: non absurdum enim videtur, quaestores v. g. urbanos iudicasse de causis quales sunt de quibus dicitur in l. 1. §. 9. et l. 2. D. *de off. praef. urbi*, quarum rerum cura postea ad novum magistratum pertinuerit; alios de aliis rebus: cf. in Vatin. 5, 12. et pro Quint. c. 4., ubi praeferendam quidem puto lectionem *ad Castoris*, sed tamen verba *a quaestoribus* ex vera interpretatione nata; ut consultis quaestoribus Aquilium arbitrum rem transegisse de qua dicitur intelligamus: nam viros quosdam hoc tempore ad eam rem constitutos fuisse, propter difficultates ex lege Valeria ortas, dixit quidem, sed nullo veterum loco allato probavit v. cl. Niebuhrius in Mus. Rhen. vol. I. p. 224 sqq. — Quae ad act. II. lib. I. p. 165. leguntur: *apud antiquos et de auditione testimonium dicebatur:* non certe ante Hadrianum Imp. potuisse scribi, haud scio an vere statuamus: hoc enim demum tempore videmus severiorem rationem in audiendis testibus constitutam: vid. l. 3. §. 1 seqq. D. *de testibus:* ex cuius l. §. 3. intelligimus, ab hoc tempore in desuetudinem abiisse morem, antea frequentissimum, testimoniorum, testibus non productis, de scripto recitandorum; qui mos cum illo, de quo dicitur in scholio, quodammodo genere coniunctus est. Potest autem hoc loco animadverti, non omnia haec scholia eodem tempore esse scripta: nam quae ad lib. I. p. 175. dicuntur, de omissa tabularum conscribendarum consuetudine, Asconii aetatem, ut opinor, attingunt. — Quod vero attinet ad genus rerum quae in his tractantur scholiis: supra iam diximus, totum Asconii commentarium esse historicum, paucissimis exceptis, quae suis locis notavimus; quae singula, etiam ob rationes aliunde petitas, interpolationis suspicione laborant; scholia vero quae nunc tractamus rhetorica et grammatica sunt, admixtis quibusdam quae ex historicis veterum commentariis petita sunt, multis in excerpendo erroribus

admissis, quos doctissime persecutus est Madv. p. 108 seqq. Qui etiam p. 92 seqq. errores in ipsis grammaticis explicandis ostendit: quibus addi potest quod ad lib. I. c. 47. p. 193. de *viris bonis et honestis* dicitur: *an vetuste bonos pro magnis; honestos pro divitibus posuit?* quum Cicero *bonos* dicat locupletes: vid. Graevius ad lib. IX. ad Att. ep. 12.; *honestos* non sordidae vitae, et in quos nulla mprobitatis suspicio cadat: quae verba addidit Cicero, ut augeret rei indignitatem, quum a talibus viris voluntas defuncti destituta esset. — Sermo denique est eiusmodi, qualem exspectes ab homine indocto, et iam collapsis rebus Romanis vivente: cuius rei nihil attinet plura exempla colligere, post ea quae dedit Madv. pag. 135 seqq., ut verbum *figmentum* in primo schol. ad lib. I. et similia: quorum incondita barbaries fecit, ut vero Asconio nullus testimonii dicendi locus apud lexicorum conditores daretur; quum tamen utatur sermone puro et simplici, quem rectius imitemur, quam illos multorum argenteae aetatis scriptorum calamistros.

Sunt autem plura in hac disputatione, quae cadunt etiam in scholia a Maio ex libris Ambrosianis et Vaticanis edita: quae non quidem putamus alium quemquam Asconio adscripturum, quum ipsum Maium paene audiverimus confitentem, in praef. ad schol. ad or. pro Mil. p. 273. Orell. Sed tamen, etiam post Madvigium, de iis pauca dicemus, ut magis appareat Asconiani operis praestantia, et quibus in rebus a reliquis superstitibus huius generis scriptis distet. Et sunt illa scholia ex rhetorico et historico genere, ut ait Madv. p. 144., ita tamen ut historia magis utatur scriptor ad artem illustrandam: et videntur ab initio seorsim edita, ut in illa ex deteriore aetate non tam multa confluxerint quam in scholia ad Verrinas; sed tamen etiam in his duplicem manum interdum agnoscimus. Nam quum multis verbis in argumento orationis in Clodium et Curionem p. 329 seq. Orell. dictum sit de incestu Clodii, secutoque illu iudicio, ad c. 5. h. or. §. 3. p. 336. de eadem re narratio integratur, apposito veteris scriptoris loco, quem quum ut Asconii notavissem, non sine voluptate vidi etiam Madvigium p. 150. non alienum esse ab hac opinione. Repugnantiae exemplum, praeter illud de Gabiniis quod notavit Madv. p. 151 seq., est ad orat. de aere al. Mil. p. 343. ubi ad c. 1. §. 3. haec sunt: *videtur et Cn. Pompeio idem Clodius insidias paravisse:* pag. seq. ad c. 2. §. 8.: *notissimum autem est P. Clodium insidiatum esse Pompeio. Id ipsum testificatur et in aliis quidem retro habitis orationibus, et multo plenius ac manifestius pro Milone.* Maius igitur ait, *videtur* priore loco positum pro *constat*, vel *apparet*, quod si concedamus, tamen non potest alia mente esse scriptum, quam ut hoc dicatur, *apparere hoc loco*, *confici ex eo posse:* quae quomodo cum illis ad c. 2. scriptis consentiant Maius viderit. Sed de illis insidiis luculenter dixerat Asconius ad or. pro Mil. p. 47. l. 2.: scholium autem ad c. 2. natum videtur ex eo, quod ad huius orationis locum, de eo ipso tempore, dubitanter aliquid scripserat Asconius. — Nemo igitur mirabitur, etiam in his scholiis Asconii vocem ad filios non audiri; sed

contra ad or. in Cl. et Cur. II. 4. pag. 332., *ne quaesieris*; (vid. similia scholia ad Divin. p. 114. ad Act. I. p. 135. ad or. pro Sull. c. 3. p. 360. *ut animadvertis*; ad or. pro Flacco c. 32. p. 244. *etiam sua sponte lector adgnoscet*; in arg. or. de aer. al. Mil., *non ab re existimamus futurum lectoribus*, caet. — Recentioris manus in vetere instituto notando indicium est ad or. in Cl. et Cur. II. 6. de sortitione provinciarum a quaestoribus fieri solita: nam quod de ea re Ulpianus ICtus, in leg. un. D. *de off. quaest.*, utitur verbo *solebant*, respicit SCtum, quod obsoluisse significat, quo excipiebantur e numero quaestorum *candidati principis*, qui erant e nobilioribus: hi igitur in urbe manebant, ut in senatu principi officium praestarent; significat vero Ulpianus, suo tempore omnes quaestores provincias sortitos esse: itaque *sane* h. l. est pro *scilicet*. — In erroribus contra historiam admissis, praeter eum quem notavit Madv. p. 152. de Gabiniis, et eum quem Orellius ad or. pro Arch. c. 4. indicavit, mire a Maio defensum p. 353. Orell., censeri etiam debet, quod ad or. pro Sull. c. 7. p. 363. dicitur: C. Antonium, Ciceronis *quamvis collegam*, eius novitatem contumeliis exagitasse: tempora enim confunduntur: vid. Ascon. ad or. in T. C. p. 95. Item quod ad or. in Cl. et Cur. III. 3. p. 333. *loquacem Siciliam* putat dici: *quod plerosque*, inquit, *de pecuniis repetundis accusaverant, sed ut scimus ipsum Verrem*: quum moderationem Siculorum in hac re praedicet Cicero, lib. II. in Verr. c. 3. — In commentario ad or. de aer. al. Mil. mirus error est in verbis explicandis, ad II. 6. p. 345., ubi putat hominem *sine ore*, i. e. in cuius vultu nullum reperias pudoris indicium, *deformem* dici. — De latinitate sermonis satis videtur dictum a Madvigio p. 146 seqq. Unum addamus de verbo *reatus*, quo utitur scholiastes ad or. in Cl. et Cur. I. 1. p. 331. et ad or. pro Sull. c. 33. p. 368. fortasse etiam in illius orationis argum. p. 329.; a quo abstinuit, quum saepe uti potuisset, Asconius. Rau.

P. 97. l. 10. *fuisset Sex. Peducaeo*] *fuisset praetore Sex. Peduceo* uterque Ambr. Recte.

P. 99. l. 1. *quia non de facto quaeritur* cet.] Variis modis viri docti hunc locum constituerunt. Mihi sic videtur: vocem *haec*, quam habet cum vett. edd. codex Lugd., a librariis pro *sed* illatam esse, postea ex correctione etiam hanc particulam in textum alieno loco venisse; itaque sic legendum: *quia non de facto quaeritur, sed coniecturá de futuro, quae est divinatio, uter debeat accusare*. Rau.

P. 100. l. 6. Pro *sed* [alter cod. Ambr. habet *et*] *repetundarum — et caeterae rei publicae causa constitutae sunt:* legendum, *iud.* (iudicia) *repetundarum — et caetera reip. c. constituta sunt:* cuius lectionis indicium est in cod. Lugd. habente *caetera*. Rau.

P. 105. l. 29. *iuris magis studiosi*] Credo primum editorem dare voluisse *iuri*, quod plane legitur in cod. Lugd., et locum ita legendum:

iuri magis studiosi quam eloquentiae causarum: ut addi possit iis quibus nomen *studiosus* cum tertio casu iungitur. Rau.

P. 106. l. 2. *actione, privato*] Sic etiam Lugd.

P. 107. l. 27. *Quod facile est*] Non spernendum videtur, quod in ed. pr. et cod. Lugd. legitur, *quod fidele est*, i. e. quod fidem non laedit, quod salva tua fide fieri potest. Rau.

P. 116. l. 13. Recte editum est *potisset* pro *petisset*, quod est in ed. pr., unde volg. *potuisset*. Coniecturam qua id assecutus erat Ios. Mercerus planissime confirmat cod. Lugd. Rau.

P. 119. l. 19. *Ex illo grege moratorum*] Ita editur, etiam in Cicerone, ex coniectura Cuiacii, quam primus, ut opinor, librorum MSS. plane confirmavit codex Lugd.: habet enim, *ex illo gregem oratorum*. Rau.

P. 122. l. 18. *Circes* habet etiam cod. Lugd. et cod. Ciceronis Leidensis.

P. 123. l. 8. *Quamobrem eum, cui quaestor fueris, accuses*] *quamobrem cum quaestor fueris accuses* Lugd. Varietas orta est ex eo, quod paulo negligentius scripsit Cicero, *quamobrem cui quaestor fueris accuses:* cf. Madvig. ep. crit. p. 106 seq. Rau.

P. 124. l. 1. *Sergium*] Leg. *Servium*. Vid. Onomast. s. v. Servius Sulpicius Galba p. 564.

P. 124. l. 7. *post secundum consulatum*] Atqui hoc ipsum est, quod Cicero dicit: *cum P. Africanus — posteaquam bis consul et censor fuerat, L. Cottam in iudicium vocabat:* vere igitur codex Lugd. cum ed. pr. videtur habere, *ante secundum consulatum;* ut μνημονικὸν ἁμάρτημα in Cicerone reprehenderit scholiastes, vel potius verus Asconius, ex quo haec excerpta sunt. Neque iniusta fuisse videtur reprehensio; qua de re vide disputantem Ferratium ad h. l. Rau.

P. 136. l. 8. *noster nostrae*] *noster vestrae* Goth.

P. 136. l. 9. *Dividere argenti nummos dicit*] *divideret argentinum: mox dixit* Goth.

P. 140. l. 15. *Naevio*] *nemo* Goth. — *nemo* autem a *nevio* in membr. minimum differt. Iacobs.

P. 144. l. 17. *additum* (non *addictum)* habet etiam Lugd.

P. 175. l. 4 seq. Consentit cod. Lugd. cum ed. princ.

P. 183. l. 12. *a Dianio*] Adscripsit margini cod. Lugd. antiqua manus: *Dianium, oppidum, cuius vestigium hodie dicitur Denia.*

P. 195. l. 13. *Eques Romanus publicanus* cet.] Consentit cod. Lugd. cum editt. antiquis. — Legendum post *publicanus: aut potius parcus et attentus, quo magis* cet.: ut hoc moneat, corruptum esse illud verbum *publicanus*, meliusque legi, *parcus et attentus*: idque, ut equidem puto, vere monetur: omnia enim verba apud Ciceronem h. l. composita sunt ad augendam rei indignitatem: *publicanum* autem ad meretricem venisse, in eo nihil erat adeo indignum: itaque puto Ciceronem scripsisse: *Venit ad Chelidonem C. Mustius, eques Romanus parcus et attentus, homo cum primis honestus* cet. Rau.

P. 197. l. 16. *Manupretii machina. Manupretium dicitur*] *manupredii machina dicitur* Lugd.

P. 209. l. 12. *Ipsius civis causa est* cet.] In cod. Lugd. haec sunt: *Ipsius cuius causa est amplius honorifice positum est, quasi alicuius magni hominis.* Ex quo legendum: *Ipsius*] *cuius causa est. Alii: ipsius honorifice positum est, q. a. m. h.* Nimirum quaesitum est, cur hoc pronomine de ignoto provinciali homine usus esset Cicero. Utraque sententia vera est: nam Dionis causa praecipue agebatur, idque significavit Cicero; neque tamen hoc pronomine usus esset, si de homine nequam et nullius dignitatis ei sermo fuisset: conf. Orell. ad Catil. II. 9, 20. Rau.

P. 209. l. 18. *E Chelidonis sinu* cet.] Non invenitur in hoc scholio ratio, quam exspectas, cur Venerius homo dicatur Verres e Chelidonis sinu in provinciam profectus. Nimirum legendum est *Veneris — sit amica.* Habebatur hirundo Veneris comes et amica, quoniam veris tempore, et eo mense quem *Veneris marinae* dixit poëta, redit in regiones quas hiemis tempore deserit. Hoc igitur cogitans Cicero, ut docet scholiastes, Venerium dixit Verrem, quem sinus vel, ut ita dicam, nidus et pluma Chelidonis fovisset, antequam in Siciliae oras evolaret. Rau.

P. 214. l. 26. *Laelium*] Leg. *Lucceium*, ut Ciceronem inspicienti patebit. Rau.

P. 253. l. 20. Excidisse puto verbum *competitores*, propter sequens *conciliassent.* Rau. Equidem malim supplere *sodales.* Bait.

P. 294. l. 20. *Adiutor ei*] Cum in codice scriptum sit *Semper ei* (SEMPEREI), tu mecum restitue *Si M. Petrei* (SI. M. PETREI): quam emendationem praecepit ex parte Madvigius in disput. II. de emend. Cic. oratt. pro P. Sestio et in P. Vatinium p. 6 seq. Bait.

P. 312. l. 34. *ne populo R. dederetur a suis civibus, afuit*] Fuitne: *ne merces* (vel *obses) pacis populo R. dederetur a suis civibus, aufugit* cet.? Baiteri. In qua emendatione hoc quidem certum videtur, pro *afuit* scribendum *aufugit*, et illud natum esse ex compendio scripturae male intellecto.

P. 321. l. 7. *ea feriri*] Legendum videtur *ex ea fieri.* Rau.

P. 354. l. 6. *Fit* natum ex *st.* i. e. *status.* Rau.

P. 366. l. 9. *hominum publicorum*] Lego, *hominum perditorum.* Rau.

P. 442. l. 28. Totus hic locus ex Corrigendis Gronovianis et emendatione Garatonii sic exhibendus erat:

„Cap. XX. 60. *Cimbris*] Gallis. — Cap. XXI. 62. *Lucius Philippus dixisse dicitur*] Consulibus Sertorianum bellum detrectantibus Pompeius electus est. Cum interrogarentur patres, quali debeat cum potestate mitti, Philippus, consulum ridens ignaviam, pro consulibus dixit. Cicero hoc capit, quasi hoc dixerit laude Pompeii, non consulum vituperatione."

A supplementis Asconii ceterorumque scholiastarum transitus iam nobis faciendus est ad Indicem Editionum: in quo quae vel correximus vel addidimus, eorum maximam partem debemus Bardilii nostri et sagacitati et amicitiae. Cuius viri doctissimi nomen ne singulis suis emendationibus et supplementis adderetur, ipse pro modestia sua a nobis deprecatus est.

P. 214. l. 20. Leg. „(Vol. 10.)"

P. 216. l. 23. Repetitio Ed. 1521. emendatior, curante Paullo Manutio, et primus Ciceronis liber ab eo editus.

P. 217. l. 4. † — Rhetoricorum ad C. Herennium libri IIII. incerto auctore. Ciceronis de inventione libri II. Topica ad Trebatium, Oratoriae partitiones. Cum correctionibus Pauli Manutii. Venetiis, Aldus 1564. 8. *f.* *198.*

P. 217. l. 14. — Rhetoricorum ad Herennium libri IV. M. T. C. de inventione libri duo Io. Mich. Bruti animadversionibus illustrati. Lugduni apud Ant. Gryphium 1570. 12. M. T. C. Rhetoricorum secundus tomus. Ibid. 1570. 12.

In adnotationibus ad libros de Oratore Brutus laudat Leoniceni veterem editionem; ad Oratorem vetustam editionem Venetam; ad Topica et Partitiones oratorias manuscriptum librum vetustissimum Ant. Gryphii.

P. 219. l. 28. Leg. (Francisci Maturantii cet.

P. 220. l. 21. Leg. 1511.

P. 220. l. 32. Leg. 1513.

P. 223. l. 17. Leg. Sixtus Riessinger. (Neapoli.) Fol. RR.

P. 225. l. 15. Leg. cum Nascimbaeni Nascimbaenii commentariis. Venetiis, Bol. Zalterius 1563. 4.

Catal. Bibliotb. Meermann. II. 36. num. 129. Fabricii Bibliotb. Lat. I. 146. ed. Ern. et Catal. Bibl. Ernesti, Lips. 1782. 8. p. 206. num. 3147.

P. 225. l. 35. Otto Maurit. Müller in Dissertatione (p. 455. laudata) de M. T. Ciceronis libris III de Oratore „Anno" inquit „circiter 1471. editionem sine loci et anni nota prodiisse puto, quae reperitur in volumine, quod in Bibliotheca Universit. Lipsiens. servatur, et plura Tullii scripta continet. Nam priorem partem conficiunt libri de Finibus Venetiis 1471. editi. Sequuntur libri de Oratore; deinde quinque scripta, Libri de Officiis, Paradoxa, Laelius, Cato maior et Somnium Scipionis. In ultimo folio leguntur haec verba: *A. Chr.* 1470. *Venetiis*, et versus sequentes: *E spira nato Ciceronis opuscula quinque Haec Vindelino formis impressa fuere.* Libri de Oratore pluribus albis foliis ab iis, qui praecedunt et sequuntur, separati sunt; sed litteris ceterisque signis typographicis Spirensis editionis simillimi sunt."

P. 226. l. 41. De hac editione O. M. Müller l. c. p. 17. haec scripsit: „Magna auctoritas tribuenda est editioni Andr. Catharensis Venet. 1478. nam ex commentario Pearcii, qui eam comparavit, satis intelligitur, plurimas eius lectiones bonorum codd. testimonio confirmatas inveniri."

P. 228. l. 33. Leg. *Venet.* 1478.

P. 230. l. 30. ∈ * M. Tullii Ciceronis de Oratore libri tres ad Quintum fratrem. Kritisch berichtigt und mit Commentar herausgegeben von Karl Gottlob Kuniss. Leipzig, K. F. Koehler 1837. 8.

In plerisque ad Aldi Iuntaeque lectiones rediit Editor.

P. 230. l. 31. In Ciceronis dialogum seu librum primum de Oratore ad Quintum fratrem Fabii Paulini Utinensis Scholia. Venetiis, Franciscus Franciscius Senensis 1587. 4.

Catalogue des livres imprimés de la Bibliothèque du Roi. Belles lettres. Tom. I. pag. 111. num. 1788.

P. 231. l. 26. Leg. Oxonii 1716. 8.

P. 233. l. 16. M. T. Ciceronis Orator, Iac. Lud. Strebaei, Victoris Pisani et incerti authoris commentariis, item scholiis Phil. Melanchthonis illustratus. Parisiis, Thom. Richardus 1552. 4.

Catalogue des livres imprimés de la Bibliothèque du Roi. Belles lettres. Tom. I. pag. 111. num. 1799.

M. T. Ciceronis Orator cum argumentis et Scholiis Phil. Melanchthonis. Parisiis, Thom. Richardus 1558. 4.

Catalog. Röver. I. 224. num. 496.

P. 233. l. 47. Pars est editionis, quae infra p. 323. l. 36 seqq. memoratur, ut e signatura patet et foliorum numero.

P. 235. l. 7. Ach. Statii Lusitani castigationes et explanationes in Topica Ciceronis. Lovanii, Servatius Sassenus 1552. 8.

P. 235. l. 13. Leg. Boetii commentariorum libri VI. Ioannis Visorii commentariorum libri III.

P. 236. l. 22. Catalogus Paris. l. c. p. 112. num. 1810. habet annum 1533.

P. 236. l. 36. Leg. Vascosani.) 1543. 4.

P. 237. l. 11. Leg. „Perna 1576."

P. 237. l. 14. Leg. Basileae, Ioannes Oporinus 1556. 8.

P. 237. l. 30. Pars est editionis libri primi de Oratore p. 230. l. 31. commemoratae. Erratorum index utriusque libri legitur post Indicem ad librum I. de Oratore.

P. 237. l. 39. Quae sit editio princeps huius libelli, nondum constat. Antiquiorem Veneta 1485. fol. (p. 215.) non cognovimus, in qua cum ceteris libris rhetoricis Ciceronis legitur.

P. 238. l. 1. M. T. Ciceronis de optimo genere oratorum liber, cum insigni emendatione loci deplorati. Paris., Feder. Morel 1596. 4.

Catal. Paris l. c. p. 113. num. 1817.

P. 241. l. 33. Leg. *praeceptores* pro *praeceptoribus*.

P. 243. l. 32. Leg. „Archi*diacono* Brabantiae in *eccles*. Leodiensi."

P. 245. l. 6. Leg. 3. Vol. *16*.

P. 246. l. 16. M. T. Ciceronis Orationes. Patavii 1755. 3 Vol. 12.

P. 246. l. 31. ∈ * Marcus Tullius Cicero's sämmtliche Reden. Kritisch berichtiget und erläutert von Reinhold Klotz. Erster Band. Leipzig, Barth 1835. 8.

P. 247. l. 22. Leg. 1582. Cf. p. 463. l. 5.

P. 249. l. 1. M. T. Ciceronis Orationes selectae. Patavii **1760. 12.**

P. 250. l. 33. Leg. Geisfinger.

P. 252. l. 12. M. Tullii Ciceronis Orationes selectae XV. In C. Verrem Liber IV. Pro A. Caecina. Pro lege Manilia. Pro C. Rabirio. In Catilinam IV. Pro P. Sulla. Pro Q. Ligario. Pro rege Deiotaro. Philipp. I. II. XIV. Pro Archia. Recognovit et emendavit partim ex Codd. nunc primum collatis Io. Casp. Orellius. Turici, ex officina Schulthessiana **1836. 8.**

P. 254. l. 12. Leg. „Francofurti 1582. 8."

P. 256. l. 11. Adde: Editio altera auctior. Ibid. **1700. 8.**

Catal. Paris. l. c. pag. 120. num. 1930.

P. 257. l. 13. Leg. **1540.** *4.*

P. 257. l. 17. Leg. eum comm. (A. Turnebi) et cet.

Verba A. Turnebi uncis inclusa habet Catal. Meermann. II. 36. num. 126. Commentarius non Turnebi est; in huius enim operibus non legitur.

P. 258. l. 26. Leg. orationes *quatuor* in Catilinam.

Catal. Paris. l. c. p. 112. num. 1803.

P. 258. l. 33. Delendum est interrogationis signum. Vid. Catal. Meermann. II. 33. num. 105.

P. 259. l. 5. Editio nova. Hafniae, sumptibus Gerhardi Bonnieri **1812. 8.**

Titulus tantummodo novus est.

P. 260. l. 34. Leg. **1539. 4.**

P. 260. ∈ * M. Tullii Ciceronis oratio pro rege Deiotaro. Ad fidem Codicum Guelferbytanorum, Monacensium et Parisiensis II., nuper collatorum, adiecta aliorum manu scriptorum aliunde notorum et veterum exemplarium varietate, recensuit et critica adnotatione instruxit Augustus Ferdinandus Soldan. Hanoviae, impensis Edleri, **1836. 8.**

P. 261. l. 10. Leg. **1543.** *4.*

P. 262. l. 10. Catalogus Meermann. II. 33. num. 109. habet annum **1543.**

P. 262. l. 20. Leg. „vide in Epp. selectis *p.* 307.)"

P. 263. l. 16. Leg. *R.* Agricolae cet.

P. 264. Faernus orationis pro Marcello editionem curavit, a nemine bibliographorum memoratam. Vid. Victorii Var. Lect. XVI. 21. p. 249. ed. Florent. 1553. fol. Ursinus, ut ex eius adnotationibus ad hanc orationem apparet, Faerni editione usus est.

P. 264. l. 5. Leg. Febr. **1537.** *4.*

P. 264. l. 14 seq. Catal. Meerm. II. 30. num. 86. habet: Fr. Sylvii comment., arg. et annotatt., B. Latomi artificio, et cet.

P. 266. l. 7. Ciceronis Oratio pro Milone, F. Sylvii comment. et B. Latomi artificio explicata. Paris. Prig. Calvarinus **1550. 4.**

Catal. Meerm. II. 30. n. 86.

P. 266. l. 11. Leg. Dusseldorpii, *Iohannes Oridryus et Albertus Buysius* **1569. 8.**

P. 267. l. 6. Ioach. Camerarii commentarii explicationis orationis Ciceronis pro L. Murena, cum ipsa oratione et Epistola ad Octavium. Lipsiae, Iac. Berwaldus **1542. 8.**

Catal. Paris. l. c. pag. 119. num. 1924.

P. 268. l. 34. Hanc editionem commemoravit Maittaire A. T. III. 2. p. 590.

P. 270. l. 38. Conf. p. 266. l. 11. Oratio de provinciis consularibus nullas habet Franc Fabricii adnotationes.

P. 271. l. 43. Leg. *Basil.* **1580. 4.** Conf. p. 247. l. 20. pag. 463. l. 1.

P. 272. l. 25. Leg. Prig. Calvarinus **1552. 4.** Vid. Meerm. Catal. II. 30. num. 86. Idem Prigent. Calvarinus sub eodem titulo antiquiorem editionem curavit **1544. 4.** Vid. Ibid. II. 34. n. 166.

P. 273. l. 25. * M. Tullii Ciceronis pro Sexto Roscio Amerino oratio. Recensuit, emendavit, scripturae varietatem, veterem Scholiastam, selectas variorum annotationes atque suas adiecit Dr. Guilelmus Büchner. Lipsiae, sumptu Reichenbachiorum fratrum **1835. 8.**

Cfr. Indicium Klotzii in Jahn's N. Jahrb. Bd. 15. Heft 4. 1835. Osenbrüggenii in Zeitung für Altertbumswissenschaft 1836. p. 990.

P. 273. l. 27. Leg. Ciceronis *Orationis* pro Q. Roscio cet.

P. 273. l. 28. Leg. **1532. 4.**

P. 276. l. 7. Lovanii, *Servatius Sassenus* **1546.**

P. 277. l. 16. Leg. Geis*tinger*.

P. 277. l. 23. Mediolani, Stella **1826—29. 10** Vol. 8. mai.

P. 277. l. 24. * M. T. Ciceronis Epistolae ad Atticum, ad Quintum Fratrem et quae vulgo ad familiares dicuntur temporis ordine dispositae. Zum Gebrauche in Schulen mit den nothwendigsten Wort- und Sacherklärungen ausgestattet von Dr. Jul. Billerbeck. Hannover, Hahnsche Hofbuchhandlung **1836. 4** vol. **8.** mai.

P. 280. l. 47. Leg. **1475.**

P. 287. l. 17. Editio Aldina anni 1518. exstat. Vid. Renouard Hist. des Alde édit. trois. pag. 142.

P. 288. l. 35. Leg. „Nemo adhuc *post Lambinum* praeter me" cet.

P. 290. l. 43. — — cum commentario Paulli Manutii. Francofurti, Wechel **1580. 8.**

Est repetitio edit. Venet. a. 1579. fol.

P. 291. l. 36. Dele verba: „vel etiam error, 1592. pro 1582."

P. 291. l. 38. Exstat. Vid. Renouard édit. trois. p. 249.

P. 292. l. 1. Leg. cum Paulli Manutii *commentario*.

Est repetitio edit. a. 1580. Vid. p. 290. l. 43.

P. 295. l. 44. „Est repetitio Romanae a. 1490., cui tamen non modo quod spectat ad typographicum artificium chartaeque qualitatem longe inferior est, sed etiam quoad correctionem et accurationem, Venetiis a Ioanne Tacuino verisimillime facta. Huius typographi prae manibus habeo Valerii Probi de interpretandis Romanorum literis opusculum aliaque quaedam unico volumine impressa a. 1502, cuius Romanus nec inelegans character adeo praesentis editionis characteri conformis est,

ut, quin utrique eadem fuerit origo, dubitari non posse videatur. Ex hac Veneta alia editio serviliter expressa est, in qua ultimo folio recto sub registro signaturarum legitur: Venetiis. M. CCCCXCIX. die XII. Iunii, tacito nomine typographi." Haec Audiffredus Catal. Roman. editt. saec. XV. p. 400.

P. 296. l. 36. M. T. Ciceronis Epistolarum ad Brutum liber unus: M. T. Ciceronis ad Octavium epistola: M. T. Ciceronis Epistolarum ad T. Pomponium Atticum libri XVI: Titi Pomponii Attici vita per Cornelium Nepotem. Venet. 1493. fol. RRR.

Kluegling Additamenta ad Harlesii brev. notit. litterat. Rom. Lips. 1819. 8. p. 48. Conf. censuram Supplementorum Klueglingii ad Harlesii brev. notit. litt. Rom. Lips. 1817. 8. in Leipziger Litteratur-Zeitung Jahrgang 1817. Num. 316. Cuius censurae auctor Beierus scripsit ad Bardilium, se illam editionem in auctione vidisse, atque ex officina Bernardini Benalii putare prodiisse. Benalius quidem eodem anno (vid. p. 282. l. 46.) excudit Epistolas ad Familiares. Post verba: M. T. Ciceronis Epistolarum ad Brutum liber unus: videntur excidisse haec: M. T. Ciceronis epistolarum ad Q. C. fratrem libri III: nam procul dubio editioni etiam hae epistolae insunt.

P. 296. l. 38. Cf. Audiffredus Catal. Roman. editt. saec. XV. l. c.

P. 299. l. 3. adde signum †.

P. 301. l. 11. Novit eam Fabricius Bibl. Lat. I. 113. ed. Hamburg. 1721. pag. 177. ed. Ern. Utroque loco annus 1549 pro 1594. indicatus est.

P. 302. l. 6 seq. Est pars editionis Epistolarum ad Familiares cum commentario P. Manutii p. 290. l. 43. memoratae, quae repetita est a. 1600. Cf. p. 292. l. 1.

P. 310. l. 41. adde signum †.

P. 310. l. 43. Leg. *f.* 25. *Schol.*

P. 311. l. 25. Fabricius eam memoravit Bibl. Lat. tom. 1. pag. 123. tom. 2. p. 138. ed. Hamburg.

P. 313. l. 16. Ciceronis Academicae Quaestiones. Parisiis, Vascosanus 1550. 4.

Catal. Meerm. II. 34. num. 117.

P. 314. l. 47. Ciceronis Academicae Quaestiones, editionis secundae liber primus, Leodegarius a Quercu illustravit. Paris. 1558. 4.

Catal. Meerm. III. 1. pag. 96. num. 30.

P. 315. l. 6. Leg. „primi et fragmm., *Paradoxorum*, Timaei, et" cet. Conf. p. 364. l. 19.

P. 316. Etiam Catonis maioris Faernus editionem curavit (vid. Victorii Var. Lect. XXXIV. 12. pag. 157. ed. Florent. 1569. 4.): quam praeter Ursinum nullus editorum usurpavit neque ullus bibliographorum commemoravit.

P. 316. l. 12. M. T. Ciceronis. De Senectute. Lyptzk per Valentinum Schuman. 1514. 4.

P. 319. l. 12. ∈ * M. Tullii Ciceronis Cato maior et Laelius sive de senectute et de amicitia dialogi. Recensuit et praefatus est Dr.

Io. Nicolaus Madvig. Hauniae 1835. sumptibus librariae Gyldendalianae. 8.

Insunt scripturae Codicis Regii Parisiensis in Catone maiore longe accuratius a Krarupio collati, quam meum in usum fecerat Iulius Bergerus.

P. 326. l. 9. Propter Davisii praefationem et Haries. Introd. in Notit. Litterat. Rom. II. 118. adnotandum erat, Morelii Observationes in titulo quidem annum 1546., sed in calce a. 1545. exhibere.

P. 327. l. 9. * De codicibus et editionibus vetustis bibliothecae Zwiccaviensis particula IV. De Petri Marsi librorum Ciceronis de Finibus editione. Scripsit Frid. Godofr. Guil. Hertel. Zwiccaviae, typis Hoeferi 1836. 4.

Ex egregia hac scriptiuncula nunc primum compertum habemus libros de Finibus re vera editos esse cum commentariis Petri Marsi, qua de re, cum bibliographorum nemo eius editionis mentionem fecisset atque Goerenzius ipse, qui unus ea usus erat, eam describere neglexisset, non sine causa dubitare licebat. Libri longe rarissimi index hic est:

DE FINIBUS BONORUM ‖ ET MALORUM. ‖ Marcus Tullius Cicero ‖ de finibus bonorum atque malorum: post omnes impressiones ubique locorum excussas: recens cum fidelissimo exemplari manuscripto: ad amussim recognitus: cunctisque mendis et erroribus: quibus undique scatebat: expurgatus. Adiunctis luculentissimis commentariis Petri Marsi: nunc primum in lucem editis. Nēc non amplissimo indice nuper excogitato: qui omnia quesita *(sic)*: dicta: notabilia: et queque *(sic)* digna cognitu: secundum multiplicem alphabeti ordinem eleganter: et mirifice complectitur: et aliis multis que inter legendum lectori patebunt. — *In fine:* Finiunt quinque libri Marci Tullii Ciceronis de finibus bonorum atque malorum antea mendosi et vix intelligibiles, nunc vero fidelissimo exemplari manuscripto in pristinum candorem redacti. Adiunctis eruditissimis commentariis D. Petri Marsi, nuper ex ipsius archivo in lucem editis. Una cum elegantissimo indice omnium eorum, quae memoratu digna sunt. Impressi autem in alma Venetiarum civitate accuratissima diligentia per Caesarem Arrivabenum Venetum. Anno a nativitate domini nostri Iesu Christi millesimo quingentesimo vigesimo septimo, Die vero ultimo mensis Februarii. Regnante Serenissimo ac Illustrissimo Principe Domino Andrea Griti duce Venetiarum. — Fol.

Hertel V. C. diligenter Marsianam contulit cum mea atque lectionis diversitatem huic opusculo inseruit.

P. 332. l. 14 seq. Leg. „Goveani Annotationes, *editae Paris. apud Thom. Richardum* 1553. 4. *et repetitae* in eiusdem Operibus," cet.

P. 332. l. 17. Ciceronis de Legibus libri III. Parisiis, Vascosanus 1554. 4.

Catal. Meerm. II. 34. num. 119.

P. 343. l. 13. Leg. *f. 158. num.*

P. 345. l. 31. Leg. 1530 et 1533. 8.

P. 346. l. 5. Leg. *Windhäuser.*

P. 347. l. 11. Leg. *1530.*

P. 351. l. 29. Collectiones istae Turnebi fuisse non videntur, cum in eius Operibus non legantur.

P. 351. l. 41. Leg. Antverpiae, *Guil. Silvius* 1563.

P. 351. l. 20 seq. Haec editio eadem est cum ea, quae significatur l. 25 seqq.

P. 352. l. 2. † M. Tullii Ciceronis de Officiis libri III. Cato maior, vel de senectute: Laelius, vel de amicitia: Paradoxa Stoicorum sex: Somnium Scipionis ex libro sexto de republica. Cum annotationibus Pauli Manutii, in margine adscriptis. Index rerum et verborum. Venetiis, Aldus 1564. 8. *f. 151. f. 16. Indicis f. 1. cum ancora.*

P. 352. l. 5. Leg. R*RR*.

Haec editio rarissima est atque iam anno 1615. Andreas Schott conquestus est de eius raritate (Observatt. Human. Hanov. 1615. 4. p. 396.), eaque carent vel maximae bibliothecae, ut Monacensis et Parisiensis. Prodiit teste Schotto l. c., ex officina Guil. Silvii, sicut prior Langiana, a qua hanc alteram multis locis aberrare neque omnem varietatem in Langii adnotationibus indicatam, et novam collationem necessario instituendam esse, apparet ex hisce Suffridi Petri adnotationibus:

Suffridus Petrus ad I. Offic. c. 3, 10. p. 311.: *Hac in divisione)* Praepositionem *in* Langius priori editione omiserat, posteriori expressit; c. 4, 12. p. 312.: *Impellitque, ut hominum coetus* cet.) Hanc sententiam alii aliter efferunt. Petrus Balduinus, cum quo et magnus codex Erphordiensis ms. et alii cum nonnullis Lambinianis conveniunt, plenius ita legunt: *impellitque, ut hominum coetus et celebrationes et esse et a se obiri velit.* Quam lectionem et Langius editione posteriori expressit; c. 10, 32. (p. 316.): *Contra officium est, maius damnum anteponi minori)* Ita Lambinus. Langius priori editione habet: *contra officium est, maius anteponi minori;* in posteriori habet: *maius non anteponi minori. Damnum* utrobique omisit, nec facti sui causam ullam reddidit; (c. 30, 108. p. 332: *Themistoclem Atheniensem)* Hanc posteriorem dictionem Langius omisit, etiam si rationem in Annotationibus non reddat; c. 31, 114. p. 333.: Langius edidit, *Epigonos Medumque*, quamvis in commentariis de eo nihil dicat;) II. Offic. c. 4, 15. p. 338. *Tantum distitit)* Ita Lambinus. In aliis omnibus mss. et excusis codd. quos ego quidem videre potui, habetur *tantum destitit.* Langius tamen posteriori editione Lambinum secutus est, nec facti rationem reddidit; III. Offic. c. 2, 10. p. 346: *Qui Veneris eam partem)* In aliquot Erphordiensibus lego, *Coae Veneris*, quod et Lambinus adnotavit, et Langius editione posteriore expressit, quamquam rationem non reddidit; c. 10, 43. p. 349 seq. Langius in priori editione habet, *orandae liti;* in posteriori habet, *perorandae liti*; Cat. mai. c. 4, 10. p. 365: *Quintoque anno post)* Alii aliter hanc Catonis Chronologiam referunt. Sed nos in praesenti lectionem Langii sequemur, quam ille expressit editione secunda. Ea est haec: *Quintoque anno post ad Tarentum: Quaestor deinde*

quadriennio post factus sum, quem magistratum gessi Consulibus Tuditano et Cethego, cet.; cap. 14, 47. pag. 380. *Haec non desiderare dico esse iucundius)* Hanc Lambini Lectionem et Langius editione secunda expressit, nisi quod pro *haec* habeat *hoc;* Lael. c. 8, 27. pag. 391: *Ab imbecillitate)* Liliensis codex et Martinius pro *imbecillitate* legunt *indigentia.* Atque huic quidem lectioni suffragatur Seb. Gryph. Balduini et Lang. posterior editio; III. Paradox. princ. pag. 405: *Parva, inquit, res est, at magna culpa)* Iohannes Gryph. et Pet. Balduinus ita habent: *Parva, inquis, res est, at magna culpa.* Langius priori editione Lambinum, posteriori Balduinum retulit; IV. Parad. princ. p. 406: *Rationibus vincam necessariis* (Langius in posteriori editione habet, *rationibus addicam necessariis;* VI. Parad. c. 1. p. 409: *Quantum enim cuique opus est)* Liliensis codex et Martinius legunt, *satis est*, quam lectionem etiam adnotavit Iohannes Gryphius, et Langius editione posteriori expressit; Somn. Scip. c. 3. p. 412: *Quia ea vita via est in coelum)* Gemblac. cod. vocem *quia* non habet, et Lang. editione posteriori omisit.

Idem Suffridus Petrus auctor est libros de Officiis cet. editos esse etiam ab Iohanne Loeio et ab Iohanne Gryphio, quorum alter circa a. 1545. Antverpiae, alter (Gryphius) Venetiis circa a. 1557. artem typographicam exercebat. Neutrius editionis ullum vestigium exstat praeter locos hosce:

Suffridus Petrus ad I. Offic. c. 2, 6. p. 310: *Quantum quoque modo videbitur)* Alii quidam habent, *quantocunque modo videbitur.* Quam lectionem Io. Loeius in margine adnotavit; c. 18, 61. p. 324: *Leuctris, hinc noster Cocles)* Hic locus multos eruditos torsit, sed hoc modo, quo Lambinus legit, etiam edidit Iohannes Loeius, et eum mox secutus Petrus Balduinus Parisiis editione sua comprobavit, et subiectis rationibus confirmavit.

Suffridus Petrus ad II. Offic. c. 23, 81. p. 343: *Tyrannum Nicoclem)* Ita plerique omnes codices habent; meus tamen Martinius legit *Methodium*, Altingius *Methodaeum.* Et sane Iohannes Gryphius ex Polybio contendit hunc esse vocandum *Methodeum*, sed ego nihil muto; Cat. mai. c. 17, 61. p. 383: *Plurimae consentiunt gentes)* Quidam mss. codices pro *consentiunt* legunt *concinunt*, quam lectionem Iohannes Gryphius adnotavit.

P. 352. l. 34. Pro „Compluribus" leg. „Viginti sex."

P. 353. l. 38. Pro „e pluribus Mss." leg. „e quattuor codd. mss., duobus Coloniensibus, tertio Santensi, quarto ab amicis ex Italia subministrato" cet. In fine praefationis ad Annotationes Fabricius haec scripsit: „Ad extremum emendationes quasdam Lambini nostri, quas ille bis diebus, cum Annotationes nostrae iam ederentur, ad me familiariter misit, adiecimus." Dedicationi Fabricii ad Car. Fridericum iuniorem, Ducem Iuliacens. Cliuens. Montens. subscriptum est: *Dusseldorpii prid. Kalend. Octobris, anno a Christ. nat.* 1570.; ipse mortuus est a. 1573. aut 1574. Unde aliquis suspicari possit, in titulo

editionis ex errore quodam scriptum esse annum M. D. LXXXI. pro anno M. D. LXXI.

P. 354. l. 22. Leg. B. Albinus, **1582. 4.**

P. 356. l. 13. Leg. „Repetita est Rachelii cura *Amstelod.* 1686. *in edit. Offic. Meier. Lips.* 1721. *item* in Ed. Garatoniana" cet.

P. 362. l. 35. Leg. Denide*l*.

P. 367. l. 20. **Ciceronis Somnium Scipionis, cum annotat. Erasmi. Parisiis, Vascosanus 1553. 4.**

Catal. Meerm. II. 34. num. 119.

P. 367. l. 26. Schweiger usus est Fabricio auctore Bibl. Lat. I. 128. ed. Hamb. p. 200. ed. Ern. ubi est: „Gerardus Vossius, Tungrensis, Rom. 1575. 8."

P. 371. l. 36. **Ioach. Camerarii in M. T. Ciceronis Tusculanar. Quaestionum libb. V. Commentarii. Acc. epist. ad Ioannem Oporinum, qua Apoll. Tyan. de imitat. sententia declaratur. C. ind. Basil. 1548. 4.**

Weigel, Appar. Literar. Num. 6446. Conf. Harles. Introd. in notit. litter. Rom. II. 119.

P. 371. l. 39. Leg. illustrati. *Acc. P. Victorii Castigationes.* **Parisiis** cet.

Catal. Meerm. II. 34. num. 118.

P. 374. l. 34. ∈ * **M. Tullii Ciceronis Disputationes Tusculanae. Kritisch berichtiget und erlaeutert von Reinhold Klotz. Leipzig, E. B. Schwickert 1835. 8.**

Simul publici iuris facta est Editio minor, contextum, quem dicunt, solum continens, subinde emendatiorem.

∈ * **M. Tullii Ciceronis Tusculanarum disputationum libri quinque cum commentario Io. Davisii, R. Bentleii Emendationibus, Lallemanni Animadversionibus integris, reliquorum interpretum selectis. Ad Codd. Mss. recens collatorum editionumque veterum fidem denuo recognovit, aliorum ineditam suamque annotationem, excursus et indices adiecit Georgius Henricus Moser. Hanoverae, in bibliopolio aulico Hahniano 1836. 2 Vol. 8.**

M. Tullii Ciceronis Disputationum Tusculanarum ad M. Brutum libri V. ad optimas editiones collati. Mit deutschen Wort- und Sacherklärungen, als: philosoph. u. mytholog. Beziehungen, histor. und biograph. Notizen, stets vergleichenden Hindeutungen auf verschied. Codices und ihre Varianten, besondern grammat. Anmerkungen, nebst einem ausführl. citirenden Register. Zum Nutzen und Gebrauche der studirenden Jugend von Ign. Selbt. Mit Titelkupfer. Prag, v. Mayregg 1836. 8.

P. 375. l. 9. **Platonis Timaeus sive de Universitate, interpretibus M. T. Cicerone et Chalcidio, cum eius explanatione. Parisiis, Guil. Morelius 1563. 4.**

Catal. Röver. II. 240. num. 590.

P. 375. l. 18. De antiquiore editione Arateorum scripsit Brunet Nouv. Recherch. tom. 1. pag. 331: „Ciceronis [Caesaris Germanici]

in Aratum Cilicium praefatio. in 4. Première édition, et qui a été faite à Brescia en 1473, selon le catal. du comte d'Elci, p. 34.

P. 376. l. 41. „Von *Christian Gottlob Herzog's Observationes in nonnullos veterum scriptorum locos. VIII. Particulae. Gera*, 1828—1836. 4. enthält Particula V—VII. Gera, 1833, 1834, 1835, 4. unter dem Titel: *M. T. Ciceronis Orationis in Crispum Sallustium denuo castigatae et emendatae Specimen*, eine neue kritische Bearbeitung dieser Declamatio, an die sich in Particula VIII: *Agitur primum de quibusdam artis criticae praeceptis, tum de Pseudo-Sallustii persona. Gera*, 1836. 4. eine Untersuchung über die Verfasser der beiden Declamationen anschliesst." Jahn in Neue Jahrbücher Jahrg. 1836. 2tes Heft. Pag. 235 seq.

P. 377. l. 17. Leg. **1552**. Vid. ad pag. 272. l. 25.

P. 377. l. 22. Leg. „T. 1. p. 212."

P. 377. l. 32. Leg. **1515**. 8.

P. 377. l. 37. Ciceronis Epistola ad Octavium. Parisiis, Tiletanus **1541**. 4.

Catal. Meerm. II. 34. num. 116. Videtur eadem esse cum editione ap. Vascosanum, sicut et aliarum editionum alia exemplaria Tiletani, alia Vascosani nomen prae se ferunt. Cf. p. 236. l. 35. p. 274. l. 10.

P. 378. l. 21. Titulus huius editionis idem est, qui editionis Bononiensis a. 1583. Prodiit apud haeredes Andreae Wecheli.

P. 378. l. 22. Fabricius Bibl. Lat. I. 139. (ed. Hamburg.): „Separatim excusa est [Consolatio] in variis locis non modo Italiae sed Germaniae quoque, ut Erfordiae 1584. 8. In editione Ernestii scriptum est 1585. errore typothetae.

P. 380. l. 46 seq. Ciceroniana ou Recueil de bons mots et apophthègmes de Cicéron, *suivi d'anecdotes et de pensées tirées de ses ouvrages, et précédé d'un abrégé de son histoire, avec des notes* (par Breghot et *A.* Péricaud) Lyon., Ballanche **1822**. 8. *p.* **239**.

Brunet Nouv. Rech. I. 326.

P. 381. l. 1. Leg. „editor*um*."

P. 381. l. 12. Zweite verm. und verb. Auflage. Ebendas. Ders. **1833**. 8.

P. 382. l. 40. Leg. *3* Thle. Ceterum hic liber textum Latinum non continet.

P. 383. l. 7. Leg. Initium et finem iam ante *Matthaei* publici iuris fecerat cet.

P. 383. l. 9. Leg. A. **1810**. *idem* Matthaei cet.

P. 383. l. 43. Huc pertinet quae p. 364. l. 14 seqq. indicata est Paradoxorum Graeca interpretatio Dion. Petavii.

P. 384. l. 35. sechs Reden] Statim (l. 37.) enumeratae sunt *septem* orationes.

P. 386. l. 8. Leg. *3.* Bände.

P. 412. l. 47. Leg. „sequentibus *Gallicis editt.* omissum."

P. 412. l. 48. Est repetitio superioris editionis cum Somnio Scipionis.

P. 414. l. 17. Leg. **1795. 12.** Conf. p. 410. l. 39.

P. 420. l. 25. † Della natura degli dei libri tre di M. Tullio Cicerone volgarizzati da Teresa Carniani Malvezzi. Della vecchiezza, dell' amicizia, ed il sogno di Scipione dello stesso volgarizzati nel buon secolo della lingua italiana, a cui si aggiunge la Miloniana tradotta dal P. Cesari. Milano, per Giovanni Silvestri **1836. 12.**

Prima editio curae Malvezzianae est Bononiensis 1828. Catonis interpretatio Itala desumpta est a Manzio ex Cod. Barberino N. 2233., scripto ante annum 1339. Laelium ex simili interpretatione Sec. XIV. primus edidit Fiocchius Florentiae 1809. 8. Somnium Scipionis in Italum sermonem conversum est a Zenobio de Strata. Roma, Pio Cipicchia 1819. 8.

P. 422. l. 9 seqq. Ciceron Oraciones escogidas, traducidas por Oviedo, en latin y castellano. Madrid **1826. 2** Vols. **8.** y Valencia **1829. 2** Vols. **8.**

— Epistolas ó cartas volgarmente llamadas familiares traducidas por el Dr. Pedro Simon Abril. En latin y español. Valencia **1797. 4.** Vols.

— Cartas escogidas con breves argumentos y notas en castellano por Oviedo. Madrid **1816. 8.**

— traducidas por un Padre de las Escuelas Pias. En latin y castellano. Madrid **1817. 8.**

— Los Oficios etc. Valencia **1774. 4.**

— Los officios con los Diálogos de la Vejez, de la Amistad, las Paradojas, y el Sueño de Escipion; traducidos por D. Manuel de Valbuena: En latin y español. Tercera edicion. Madrid **1818. 2** Vols. **8.**

P. 424. l. 1. * Cicero in seinen Briefen. Ein Leitfaden durch dieselben, mit Hinweisung auf die Zeiten, in denen sie geschrieben wurden. Von *Bernhard Rudolf Abeken.* Hannover, Hahn **1835. 8.**

P. 424. l. 16. Bonon., *haered. Io Rossii* **1598. 4.**

P. 426. l. 32. *Benecke C.*, Lectionum Tullianarum Specimen. Posaniae, Decker **1835. 4.**

* De Cicerone etymologo dissertatio, quam scripsit *Carol. Adolph. Benecke.* Regiomonti Prussorum, Carolus Paschke, **1835. 8.** *p. 60.*

P. 426. l. 48. Huc pertinet liber, qui p. 435. l. 5—7. indicatus est.

P. 427. l. 39. Leg. loci vel *omnino medici, vel* facillime cet. Conf. p. 380. l. 31 seqq.

P. 428. l. 13. Böttigeri Prolusio repetita est in: Schlichthorst's Magazin für Schulen II. 2. p. 413 sqq. et in Böttigeri Opuscc. Dresd. 1837. 8.

P. 428. l. 28. Hic liber non seorsim prodiit, sed pars est libri supra p. 412. l. 44 seqq. indicati.

P. 430. l. 9 seq. *Ioach. Camerarii* in Ciceronem Annotationes. Lugduni, Seb. Gryphius **1552. 8.**

Catal. Paris. l. c. pag. 117. num. 1880.

P. 430. l. 20. *Iulii Castellani Faventini* adversus M. Tullii Ciceronis academicas quaestiones dissertatio. Bononiae **1557. 12.**

Catalogus auctionis Norimb. anni 1836.

P. 432. l. 3 seqq. Corradi, Seb., in M. T. Cicerone Quaestura. Venetiis in officina Ioannis Antonii Sabiensis, auctore Melchiore Sesso, **1537. 8. RRR.**

Haec *prior* quaestura demum in Ernestii editione Lipsiensi repetita est.

— — Egnatius s. Quaestura, in qua M. T. Ciceronis vita refertur. Bononiae, Anselmus Giaccarellus **1555. 8. RR.**

— — (*Idem liber* posterior *repetitus:*) Basileae, Ioh. Oporinus **1556. 8.**

— — (*Idem liber* posterior *repetitus curante Iac. Gronovio:*) Lugduni Batav. **1667. 12.**

P. 432. l. 8 et 9. Haec delenda sunt.

P. 432. l. 20. Variae lectiones cet. excusae sunt primum in Epp. ad Famil. Edit. Paris. 1534. fol. Vid. supra p. 286. l. 8 seqq.

P. 432. l. 47. Leg. Basil., *Io. Oporinus* **1556. 8.**

P. 433. l. 13. Leg. etiam Ambergae **1597. *12.***

P. 433. l. 14—18. Est particula Edit. Offic. Ciceronis supra memoratae p. 358. l. 6 seqq.

P. 433. l. 19. * Quaestiones grammaticae et criticae de locis aliquot Ciceronis scripsit *Carolus Guilelmus (sic) Dietrich.* Lipsiae, Focke **1835. 8.** min.

P. 433. l. 47. Leg. — In: Io. Vorstii de latinitate selecta et vulgo fere neglecta Libro. Berol. Nicolai **1738. 8. p. 257—316.** Dornmeier anno demum 1717. mortuus est. Delenda igitur verba (*Hortensii Landi*) dial. de Cic. relegato. Lipsiae **1534. 8.**"

P. 434. l. 1. * Geschichte Roms in seinem Uebergange von der republikanischen zur monarchischen Verfassung, oder Pompeius, Caesar, Cicero und ihre Zeitgenossen. Nach Geschlechtern und mit genealogischen Tabellen. Von *W. Drumann.* Königsberg, Bornträger **1834.** folgg. 4. Bände. 8.

P. 437. l. 4. — — His adiecimus M. T. Ciceronis defensiones contra Caelii Calcagnini Disquisitiones in eius officia: per Iacobum Grifolum Luciniacensem. Lugduni, apud Antonium Vincentium **1562. 8.** *In fine:* Lugduni excudebat Symphorianus Barbierus.

P. 438. l. 28. * *Frotscher, Car. Henr.*, in M. T. Ciceronis orationem Philippicam II. Commentariorum Specimen. Lipsiae, Hartmann **1835. 8.**

P. 438. l. 37. Adde: In mea edit. Orat. pro Planc. p. **275—285.** In edit. Wunder. p. **XC—XCV.**

P. 439. l. 12 et 13. delendae sunt. Est idem liber cum sequente.

P. 439. l. 17. Leg. Argentinae, apud Ioan. Albertum **1535.** m. Martio. **8.**

P. 439. l. 37. Leg. ex off. Hoeferi *s. a.* **(1807—18*10*.) 4.**

P. 439. l. 44. * Disputatio de verborum coniugatorum *gravis, graviter* et *gravitatis* vi apud Ciceronem, uberioris de oratore magno disputationis breve quoddam vestibulum. Iudiciis virorum doctorum tradit *Franc. Volkm. Reinh. Goetz.* Lipsiae, Reclam **1836. 8.**

P. 440. l. 5. Leg. Paris., *Io. Lod. Tiletanus* **1544. 4.**

P. 440. l. 7. Vid. supra p. 234. l. 47.

P. 440. l. 8. Leg. Paris., *Thom. Richardus* **1553. 4.**

P. 440. l. 12 sq. Repetita est haec dissertatio in Graeteri Interpretatione Ciceronis Epistolarum vol. 7. p. 1—42.

P. 440. l. 20 sq. Vid. ad p. 437. l. 4.

P. 441. l. 13. Opus tantummodo usque ad Epp. lib. IV. progressum neque absolutum est.

P. 441. l. 32. *Hasse*, zur Lex Voconia. Cicero de re publica Lib. III. cap. **10.** *in:* Rhein. Museum für Iurisprudenz Vol. III. pag. **183—214.**

P. 446. l. 29 sq. Hi dialogi repetiti sunt in libro Ioh. Vorstii supra (ad p. 433. l. 47.) memorato p. 317—376.

P. 446. l. 32—34. delendae sunt.

P. 447. l. 17. Variae Lectiones in Orationem pro M. Marcello e cod. Guelpherbyt. I. membran. depromptae: in Seebodii N. Arch. **1829.** num. **34.** pag. **136.**

P. 447. l. 44. Harles Introd. in notit. litterat. Rom. II. 156. scripsit: „Castigationes *pluribus mutationibus factis*. Aug. Taur. 1743. 8."

P. 449. l. 12. Leg. commentariis.

P. 449. l. 30. *Eiusd.* de locis nonnullis Ciceronis et Quintiliani melius interpungendis: in Seebodii N. Arch. **1829.** num. **34.** p. **134** sq.

P. 449. l. 31. deleatur. Conf. ad p. 452. l. 16.

P. 449. l. 42. Leg. Franciscum *Franciscium* Senensem. Conf. ad p. 230. l. 31.

P. 449. l. 48. Leg. **1563.** Vid. Catal. Röver. II. 135. num. 934. Catal. Meerm. II. 48. num. 166. Etiam exemplar Parisiense hunc annum prae se fert.

P. 451. l. 11. Leg. *Eiusd.* commentarius in epistolas M. T. Ciceronis, quae familiares vocantur. Lugduni, Car. Pesnot **1580.** *Fol.*

P. 451. l. 14 et 15. deleantur. Conf. ad p. 291. l. 32 seqq.

P. 451. l. 16—18. Prima editio prodiit ibid. 1580. 8. Vid. ad p. 290. l. 43.

P. 451. l. 39. *Manutii, Pauli*, Scholia, quibus Ciceronis Philosophia partim corrigitur partim explanatur. Parisiis, Rob. Stephanus **1543. 8.**

Catal. Röver. II. 135. num. 933.

P. 452. l. 13 et 15. Leg. c. ***11.*** extr.

P. 452. l. 16. Leg. *Massé, P. C.* disput. liter. iurid. de Cic. orat. in Verrem de iurisdictione Siciliensi. Lugd. Bat. **1824. 4.**

Vid. Bergman. ad Wyttenbachii Vitam Ruhnkenii, p. 487. ed. Lugd. Bat. 1824. 8.

P. 453. l. 48. Leg. „intentiore."

P. 455. l. 18. Morgensternii Symbolae repetitae sunt in Seebodii Novo Arch. philolog. A. 1829. num. 37. p. 145—148.

P. 456. l. 31. Editio emendatior et auctior priore a. 1557.

P. 456. l. 41. Leg. „Commentarii hi, *exceptis Scholiis in Philippicas*, reperiuntur" cet.

P. 457. l. 5. Vid. ad p. 225. l. 15.

P. 457. l. 46. Leg. Basileae, *Joh. Hervagius* **1551**. Fol.

P. 458. addendae sunt duae *Nizolii* editiones: Basileae, Joh. Hervagius **1559**. m. Mart. Fol. et Basileae, ex offic. Hervag. per Euseb. Episcopium **1576**. m. Septemb. Fol.

P. 459. l. 2 et 3. deleantur.

P. 459. l. 9. *Eiusd.* Commentationum Tullianarum Monumentum primum. Lips., Staritz **1832**. **4**.

Schweiger II. 2. p. 1331.

P. 460. l. 26 seqq. De hac praefatiuncula haec adnotavit Clericus (Le Clerc) in Bibliothèque ancienne et moderne T. VII. p. 326: „L'an 1594. Henri IV. étant maître de Paris Passerat recommença ses Leçons par un Discours qu'il fit avant que d'expliquer ce que Cicéron dit des bons mots, dans le II. Livre de l'Orateur. Il y fait une invective très-vive contre les Jésuites, qu'il décrit comme des Hypocrites, et des Harpyes, qui sons prétexte d'enseigner pour rien, et faisants profession d'un entier désinteressement, avoient déja amassé alors de grandes richesses et qui étoient dans le parti de l'Espagne et ennemis de la France. Cet endroit mérite d'être lû et de Thou n'a pas dédaigné d'en inserer une bonne partie dans son histoire, sur l'année 1594."

Praeter hanc praefatiunculam alias XXVIII. publici iuris fecit Passeratii propinquus Rougevalet a. 1606. (repet. 1637.): quarum omnino novem ad Ciceronem pertinent, teste eodem Clerico l. c. p. 354 sqq.:

„Les neuf Discours suivans sont des préludes sur des Livres, ou sur des endroits de Cicéron, que Passerat a expliquez. Le VIII. sur la Harangue de Cicéron *pour Caecina*, est mêlé de diverses choses, et parle en général de la maniére d'expliquer Cicéron, qu'on ne peut bien entendre, comme on l'a déja dit, dans la Vie de Passerat, sans savoir l'ancien Droit Romain: le IX. est un prélude de l'explication de la Harangue, *pour la Loi Manilienne*, et Passerat y montre fort bien, ce me semble, que l'ancienne République Romaine étoit composée de Monarchie, d'Aristocratie et de Démocratie: le X. fut prononcé, par l'Auteur, avant qu'il explicât la Harangue *pour le Poëte Archias*. Passerat apprend, en ce Discours, à ses Auditeurs pourquoi il avoit choisi une Harangue si courte, et fait une très-jolie comparaison des Poëtes et des Orateurs: le XI. est un Discours, contre l'ambition de ceux qui aspirent aux grandes Charges, à l'occasion du livre de *Quintus Cicéron, de la maniere de demander le Consulat*, duquel Livre Passerat donne une petite analyse: le XII. contient des Prolegomenes, sur les *Topiques* de Cicéron, où l'Auteur fait voir que ce Livre n'est pas si facile, qu'on s'imagine, et qu'il faut avoir étudié le Droit Romain, pour le bien entendre: le XIII. (vid. supra) est un Discours fait à l'occasion des Bons Mots, dont Cicéron parle dans son second Livre de l'Orateur, où Passerat louë d'abord Henri IV. et fait une véhemente invective contre les Jésuites, comme on

l'a déja dit; après quoi, comme lassé de se plaindre, il fait l'éloge drs railleries et de la joie: le XIV. Discours est plus régulier, plus grave et plus sérieux, puisque l'Auteur y rntreprend de réfuter le Iurisconsultr *Ulpien*, qui a dit: *quod Principi placuit Legis habet vigorem*, et: *Princeps Legibus solutus est:* le XV. Discours est à l'occasion d'une Lettre de Cicéron à Hirtius, et au jeune César, que Passerat vouloit expliquer; rt l'Auteur y montre très bien le mauvais goût de ceux, qui affectoirnt dr mêler dans leur stile Latin de vieux mots, entierement hors d'usage au siècle d'Auguste. A cette Harangue est ajoûtée une petitr Lettre, sur la même matiere, à un Disciple de Passerat; qui ne le fait connoître, que par les lettres initiales de son nom, N. R."

P. 460. l. 35. Leg. „e *quattuor* Codd. MSS. Vratislaviensibus *et uno Dresdensi.*"

P. 460. l. 36 seq. Repet. in Moebii edit. Oratt. select. Cicer. Hannov. 1829. 8. p. 180—182.

P. 461. l. 44. Rrprritur etiam in Noltenii Lexico Antibarbaro, tom. 2. p. 367—369. ed. Bernl. 1780. 8.

P. 461. l. 46. Leg. *Meletlum.*

P. 462. l. 12. *Puchta*, Ueber den der Rede pro Q. Roscio Comoedo zu Grunde liegenden Rechtsfall. *in:* Rhein. Museum für Jurisprudenz Vol. V. p. 316—328.

P. 462. l. 21. Leg. „Argentorati 1600. Vol. I. pag. 72—82. Ibid. T. I. p. 262—269.

P. 462. l. 42. Leg. Etiam ibid. 1549. 8. et apud Matth. David 1552. 8.

Catal. Paris. l. c. pag. 112. num. 1799.

P. 462. l. 47. Acced. eiusdem commentaria in librum de Fato et de optimo genere oratorum.

P. 463. l. 37. *R. Regii* Epistolae Plinii, qua libri Nat. Hist. Tito Vesp. dedicantur, enarrationes; eiusdem de quatuor Persii locis, uno Valerii Maximi, duobus Tullii de Officiis, ac tribus Oratoriis quaestionibus disputatio; eiusdem de quibusdam Quintiliani locis cum quodam Calfurnio dialogus, eiusdem loci cuiusdam Quintiliani, ac eius Cicer. ad Attic. Epistolae, cuius initium est: *Epistolam hanc* etc. enarratio. Venet. per Guliel. Tridinens. 1490. 4.

Catal. Meerm. 2, 38 sq. num. 151.

P. 464. l. 1. Leg. Veleurionis uno verbo. Est idem Velcurio, cuius rxplicationes in Livii histor. libb. primum et secundum indicavit Schweiger II. 1, 557.

P. 464. l. 5. *Riccoboni*, *Ant.*, de consolatione edita sub nomine Ciceronis iudicium secundum, quatuor disceptationibus explicatum. Vicentiae, Perinus et Georgius Graecus 1584. 4.

P. 464. l. 6. *Riccoboni*, *Ant.*, de usu artis rhetoricae Aristotelis commentarii vigintiquinque. Quibus accessit eiusdem Ant. Riccoboni a Io. Marco Matio Brixiano dissensio de quibusdam locis

Quintiliani probantibus Rhetorica ad Herennium esse Cornificii. Francofurti, Claud. Marnius et Io. Aubrius 1595. 8.

P. 464. l. 7. Leg. Ciceronis; *addito compendio totius rhetoricae ex Aristotele et Cicerone.* Francofurti, *Wechel. hered.* 1596. 8.

P. 464. l. 12. Leg. lib. I. *et Valer. Max. lib. I.* cap. ult. cet.

P. 464. l. 35. Conf. supra p. 433. l. 19 seqq.

P. 465. l. 18. *Sambuci, Io.*, de imitatione Ciceroniana Dialogi tres. Parisiis, Aegid. Gorbinus 1561. 8.

Catal. Röver. II. 135. num. 939.

P. 465. l. 19. Leg. 1573. Conf. supra p. 367. l. 25. et Fabricii Bibl. Lat. I. 128. ed. Hamb. p. 200. ed. Ern.

P. 466. l. 27. Leg. *Schering* cet.

P. 466. l. 43. * Einladung zur feierlichen Eröffnung der neuorganisirten Aargauischen Cantonsschule am 28. April 1836. Ausgegeben von dem gegenwärtigen Rector der Cantonsschule *Dr. Carl Fr. Schnitzer*, Prof. Inest Quaestionum Ciceronianarum Particula prima. Aarau, Beck 1836. 4.

Ciceroni rursus vindicare conatur Catilinarias illas subditicias.

P. 467. l. 4. Leg. — — Ibid. *Ios. Rihelius* 1580. 8.

P. 467. l. 7. Leg. *(Index novus:* Ibid. *typis Iosiae Rihelii per Andr. Rietschium* 1608.*)*

P. 467. l. 14--16. deleantur. In earum locum ponantur haec:

Nodi Ciceronis variorumq. Libris IIII. enodati. Ab *And. Schotto* Antverp. de Societate Iesu. Antverpiae, apud heredes Martini Nutii. Typis Henrici AertsI. CIↃ. IↃC. XII. Superiorum permissu. 8. *12. f. non. num. et 192. pagg. num.*

And. Schotti Soc. Iesu Tabulae rei nummariae Romanorum Graecorumque ad Belgicam, Gallicam, Hispanicam et Italicam monetam reuocatae. Item Veterum Opuscula varii generis Graeco Latina nunc primum ab eodem edita. Seriem sequens pagina repraesentat. Antverpiae, apud Petrum et Ioannem Belleros. CIↃ. IↃC. XVI. Superiorum Permissu. 8. *(Fol. verso:)* Opuscula hic contenta. Tabulae Rei nummariae Graecorum et Rom. Mensium Atticorum et Roman. Verborum Anomalorum Graecor. Geometrica et Gromatica vetusti scriptoris. Gromatica autem a Groma, seu Gruma, quae limitum mensura est, Festo, Isidoro, et in Glossario, etc. Auctorum Index in C. Plinio de Naturali Historia, nunc primum editus. Fauonius Eulogius Rhetor in Cicer. Somnium Scipionis. Cicero a calumniis vindicatus ab And. Schotto. R. Gregorii Thaumaturgi Metaphrasis in Ecclesiasten Salomonis Graece et Lat. Seorsim editi: Nodi Ciceroniani ab And. Schotto enodati et aucti.

Favonii Eulogii sunt 39. pagg. Titulus est: Favonii Evlogii Rhetoris Karthaginensis in Cicer. Somnivm Scipionis Dispvtatio ad V. C. Superivm Cos. Provinciae Bizacenae. Typis nunc primum edita. In ultimo folio verso legitur: Antverpiae, ex Typographeio Henrici Aerts I. CIↃ. IↃC. XII. Sequitur: Cicero a calvmniis vindicatvs. Qui est Tullianarvm Quaestionvm And. Schotti Antverp. S. I. Liber

V. FavonI EulogI Carthagin. in Cic. Somnium Scipionis Dispvtatio nunc primum in lucem edita. Antverpiae, apud heredes Martini Nutii. CIↃ. IↃC. XIII. Superiorum permissu. *119 pagg. et 16. f. non. num. In fine:* Antverpiae, Typis Henrici Aerts I.CIↃ.IↃC.XIII.

Ex his titulis apparet Favonium Eulogium primum seorsim editum anno 1612., deinde iunctum Ciceroni a calumnia vindicato a. 1613., denique a. 1616. insertum esse Collectioni Opusculorum And. Schotti, ubi tamen Ciceronem vindicatum, quem a 1613. secutus erat, praecessit.

Schotti editionem Favonii Bardilius noster accurate contulit cum nostra; in qua haecce sunt corrigenda: P. 397. l. 11. Pro „post librum quintum Quaestionum Tullianarum" leg. „post Ciceronem a calumniis vindicatum". — P. 403. l. 32. Pro „quater" Schottus habet „IIII." — P. 404. l. 16 sq. Verba „aut enim se complent, aut etiam transeunt" a Schotto parentheseos signis notata sunt. — In adnotatione ad p. 405. l. 34. legendum est: „Excidisse videntur in Codice, quae" cet. omissis mediis. — P. 408. l. ult. post numerum 439. adde: Schott. — P. 409. l. ult. post notam numeralem IV. adde: Schott. — P. 412. l. 20 seq. Schottus habet: „tantum [hoc] illud ad hoc." — In adnotat. ad p. 413. l. 8. post num. 646. adde: Schott. — Ibid. leg. „Fort. scholis abdita, vel abolita. Schott.

P. 467. l. 18. Leg. Antv. Bellerus **1615. 4.** et Hanoviae, typis Wechelianis, apud haeredes Johannis Aubrii **1615. 4.**

P. 468. l. 36. Leg. Bononiae ***1600.* 8. RR.**

P. 468. l. 36 et 37. deleantur. Haec oratio tam rara est, ut auctore Ebertio Editor Operum Sigonii eam neque reperire neque repetere potuerit. Eius exemplar exstat Parisiis in bibliotheca Regia.

P. 469. l. 10. *Statii, Ach.*, in Ciceronis librum de Fato Notae. Lovanii **1551. 8.**

Fabricius Bibl. Lat. I. 120. ed. Hamburg. p. 187 sq. ed. Ernest. — Saxii Onomasticon Literarium vol. III. pag. 640: „Ach. Statii Commentarii in librum Ciceronis de Fato 1551. Lovanii 8. lucem viderunt. V. Catalog. Burmann. Octavo. n. 930."

P. 469. l. 34. Pro „Fonteiana" leg. „Oratione pro L. Flacco."

P. 470. l. 48. — P. 471. l. 2. Leg. *Eiusd.*, Variae lectiones e codice Danico ad libros primum et secundum Rhetoricorum ad Herennium: *in:* Thorlacii Opuscula. Ibid. **1815.** T. III. p. **399—419.**

P. 472. l. 11. Leg. „1553. 4."

P. 472. l. 17—18. deleantur.

P. 472. l. 19. Leg. *Eiusd.* comment. in Cic. Acad. Quaest. librum primum. Paris. **1553. 4.** Etiam in T. Opp. cet.

P. 472. l. 23. Leg. **1596. 8.** et in T. Opp. T. I. p. **190—202.**

P. 472. l. 26. Catalogus Paris. l. c. pag. 111. num. 1789. habet **1594. *8.***

P. 472. l. 40. Leg. periodos.

P. 473. l. 23. Leg. ***1729.* 8.** Hunc annum habet Bardilii exemplar et Reimari Commentarius de vita Fabricii p. 202.

P. 473. l. 36. *Victorii, Petri*, Castigationes in Ciceronis Epi-

stolas ad Pomp. Atticum, M. Brutum et Quintum Fratrem. Adiectae sunt difficilium locorum explicationes ex diversis doctorum lucubrationibus. Basil. 1540. 8.

P. 474. l. 35. Leg. 1819.) Vid. p. 264. l. 42 seqq.

P. 475. l. 29. *Wesselii Scholten*, SS. litterarum in aede, quae dicitur, Hospitali apud Batavo-Delphenses Interpretis, Spicilegium animadversionum in Ciceronis de Oratore libros. Pars prima. *In:* Nova Acta Literaria Societatis Rheno-Traiectinae. Pars tertia. Traiecti ad Rhenum, apud Iohannem Altheer 1828. 8. Num. IV. pag. 279—352.

In usum vocatus est Codex Rheno-Traiectinus Saec. XIII. vel XIV. et aliquot editiones antiquiores e Saec. XVI. XVII et XVIII. Adnotationes primum tantummodo librum complectuntur. De Codice p. 284. haec dicuntur: „Communi charta, satis nitide scriptus, lectiones praebet haud contemnendas, ac meliores passim, quam codex Erlangensis, quo usus est Ernestius."

P. 492. l. 26. Pro „(1504.)" leg. „(circa annum 1510.)"

P. 432. (Anal. p. 355. l. 10 sq.) *Sebastiani Corradi* Quaestura, In qua vita Ciceronis refertur, et ab iniquis iudiciis vindicatur, cum quibusdam aliis, quae sequens pagina indicabit. Cum Indice. Editio quarta. Lugduni Batavorum. Ex officinâ Cornelii Driehuysen 1667. 12.

Saxe Onomast. I. 154. hanc editionem Iacobo Gronovio tribuit; at in praefatione typographi nulla huius est mentio, sed dicitur: „Opusculum quod nobis unice commendaverat vir amplissimus D. Gronovius." Hic autem non filius est, sed pater *Io. Fridericus*, qui tum professor erat Lugduni Batavorum. Quid sibi velint tituli verba „Editio *quarta*", haud perspicio: equidem duas tantummodo editiones Lugdunensi priores cognovi, Bononiensem anni 1555. et Basileensem a. 1556. Fortasse Veneta a. 1537. pro prima habebatur, quam tamen ab editione anni 1555. prorsus differre neque in alia re praeter titulum cum ea consentire constat. Baiterus.

M. T. CICERONIS

A R A T E O R U M

FRAGMENTUM NOVUM.

(Rhein. Museum für Philologie. Jahrg. V. Heft. 2. p. 330.)

Sed cum se medium caeli in regione locavit
Magnus Aquarius et vestivit lumine terras,
Tum pedibus simul et supera cervice lubata
Cedit Equus fugiens; at contra signipotens nox
Cauda Centaurum retinens, ad se rapit ipsa;
Nec potis est caput atque humeros abducere latos;
At vero serpentis Hydrae caligine caeca
Cervicem atque oculorum ardentia lumina vestit:
Hanc autem totam properant depellere Pisces.

Ex Cod. Musei Britannici in Dissertationibus a Societate Antiquariorum Londini publicatis edidit Ottleius Vol. XXVI. 1836. p. 212. (William Young Ottley on a MS. in the British Museum believed by him to be of the 2d or 3d century and containing the translation of Aratus by Cicero, accompanied by drawings of the constellations: with a preliminary dissertation in proof of the use of minuscule writing by the ancient Romans; and a corrected edition of the poem itself, including ten (nine) lines not heretofore known, v. Archaeologia or miscellaneous Tracts relating to antiquity Vol. XXVI. p. 47—214.) Quam sui in his similis sit Cicero, comparatis locis eiusdem poematis compluribus ostendit editor doctissimus. Et cum adiectivo *signipotens*, invento Ciceronis, eiusdem componit *sagittipotens* v. 73 et 459., quod nec ipsum aliunde notum est. Arati versus, quos a Cicerone expressos nunc legimus, hi sunt:

῞Ιππος δ᾽ ῾Υδροχόοιο νέον περιτελλομένοιο,
ποσσί τε καὶ κεφαλῇ ἀνελίσσεται· ἀντία δ᾽ ῞Ιππου
ἐξ οὐρῆς Κένταυρον ἐφέλκεται ἀστερίη νύξ.
ἀλλ᾽ οὔ οἱ δύναται κεφαλήν, οὐδ᾽ εὐρέας ὤμους
αὐτῷ σὺν θώρηκι χαδεῖν, ἀλλ᾽ αἴθοπος ῞Υδρης
αὐχενίην κατάγει σπείρην καὶ πάντα μέτωπα.
ἡ δὲ καὶ ἐξόπιθεν πολλὴ μένει· ἀλλ᾽ ἄρα καὶ τὴν
αὐτῷ Κενταύρῳ, ὁπότ᾽ ᾿Ιχθύες ἀντέλλωσιν
ἀθρόον ἐμφέρεται.

INDEX

FORMULARUM.

A. (Absolvo) salutaris in iudicando littera, C. (Condemno) tristis. pro Mil. 6, 15.

Abalienatio est eius rei, quae mancipi est, aut traditio alteri nexu aut in iure cessio, inter quos ea iure civili fieri possunt. Topic. 5, 28.

Abigere partum. Memoria teneo Milesiam quandam mulierem, quod ab heredibus secundis accepta pecunia partum sibi ipsa medicamentis abegisset, rei capitalis esse damnatam. pro Cluentio 11, 32.

Abs. Una praepositio est abs eaque nunc tantum in accepti tabulis manet, ne iis quidem omnium: in reliquo sermone mutata est; nam amovit dicimus et abegit et abstulit, ut iam nescias abne verum sit an abs. Quid si etiam abfugit turpe visum est, et abfer noluerunt, aufer maluerunt? quae praepositio praeter haec duo verba nullo alio in verbo reperietur. Orator. 47, 158.

Absens. De absente secundum praesentem iudicare. Verr. Accus. 2, 17, 41.

Abs te sestertium millies repeto: formula in causa rerum repetundarum. Divinat. 5, 19.

Abusus. Vide Ususfructus.

Accepi HS. vicies eet. Vide: Rationes relatae.

Acceptum. Opus in acceptum referre. Verr. Accus. 1, 57, 149.

Accipio omen. de Div. 1, 46, 103.

Actio civilis. Divinat. 5, 18.

Actiones multae praetoriis exceptionibus excluduntur. de Inv. 2, 19, 57. — Actiones primum expositae a Cn. Flavio. de Or. 1, 41, 186. — Actiones Hostilianae. de Or. 1, 57, 245.

Actor accessi huic causae. Verr. Act. 1, 1, 2.

A. D. (Ante Diem) pridie Non. Mai. ad Att. 2, 14, 2.

Addicere opus faciundum. Verr. Accus. 1, 57, 150.

Addictio bonorum possessionumque. Verr. Act. 1, 4. 12.

Addubitare Salutis augurium. de Div. 1, 47, 105.

Adducere. Adduxi (in iudicium) C. Verrem. Verr. Act. 1, 1, 2. Vide Reus.

Adducere in ius quaesitorem. pro Quinctio 9, 33.

Adesse. Edicebatur, ut reus certo die adesset. Quaero, edixeritne C. Memmius praetor ex ea lege, ut adesses die tric-

numerata autem pecunia nomen argenti retinet; legata igitur videtur. Topic. 3, 13. — Vide Legata.

Arca. Vide Legata.

Aries subiicitur, si telum manu fugit magis, quam iecit. Top. 17, 64. — Vide Edit. meam minorem.

As. Assem sese negat daturum. pro Quinctio 5, 19.

Assentior in sententia senatoria dicenda. Dic, M. Tulli. Cn. Pompeio assentior. ad Att. 7, 3, 5. — Senatores verbo alius alii varie assentiebantur. Sal. Catil. 52. — Quibus de rebus refers, P. Servilio assentior. Philipp. 7, 18, 27.

Assiduus. Cum lex assiduo vindicem assiduum esse iubeat, locupletem iubet locupleti; locuples enim est assiduus, ut ait Aelius, appellatus ab asse dando. Topic. 2, 10.

Athenienses leges. Vide Populi scitum.

Attribuere pecuniam. Pecunia attributa, numerata est (quaestori ex aerario.) Verr. Accus. 1, 13, 34.

Auctio. Auctionem vendere. pro Quinctio. 5, 19. — Auctionem constituere. pro S. Roscio Am. 8, 23. — Auctionem proscribere. pro Quinctio 4, 15.

Auctionis tabula. Si tu aedes proscribas, tabulam tamquam plagam ponas. de Offic. 3, 17, 68.

Auctionariae tabulae. in Catil. 2, 8, 18.

Auctor societatis. pro Plancio 13, 32.

Auctorem fieri. Vide Civitas Romana. Libertas.

Auctorne es, ut in te P. Fonteius vitae necisque potestatem habeat ut in filio. Adoptionis formula. pro domo 29, 77.

Auctoritas in senatu, potestas in populo. de Legg. 3, 12, 27. — Ius auctoritatis. Vide Iure optimo.

Auctoritas senatus. Vide Senatus auctoritas.

Auctoritas (senatus) perscripta. Nondum satis huc erat allatum, quomodo Caesar ferret de auctoritate perscripta. ad Att. 5, 2, 3. — Si quis huic S. C. intercessisset, senatui placere auctoritatem perscribi. Caelius ad Fam. 8, 8, 7. — Illud senatus consultum ea perscriptione est cet. ad Fam. 5, 2, 4., ubi alii praescriptione. Sed illud nunc praefero, hac sententia: „senatus consultum illud me auctore tam honorifice in te scriptum est, ut" cet.

Auctoritates (senatus) praescriptae. Constat L. Crassum, id quod in auctoritatibus praescriptis exstat, scribendo adfuisse. de Or. 3, 2, 5. (Sic Bachius ad Brisson. p. 179. et Henrichsen. Al. perscriptis.)

Audivi, testium vox volgaris. pro Plancio 23, 57. — Vid. etiam Augurum formulae.

Augur publicus. ad Fam. 6, 6, 7. — Cooptari in collegium augurum. de lege agr. 2, 7, 18. Philipp. 13, 5, 12. — Augur ad meridiem spectat. de Div. 1, 17, 31. — Augures Nonis commentandi causa convenire solebant. Lael. 2, 7.

Augurum formulae. Q. Fabi, te mihi in auspicio esse

volo: respondet: audivi. Hic apud maiores nostros adhibebatur peritus, nunc quilibet. Peritum autem esse necesse est eum, qui silentium quid sit, intelligat: id enim silentium dicimus in auspiciis, quod omni vitio caret. Hoc intelligere perfecti auguris est. Illi autem, qui in auspicium adhibetur, cum ita imperavit is, qui auspicatur: Dicito, si silentium esse videbitur! nec suspicit nec circumspicit: statim respondet: silentium esse videtur. Tum ille: Dicito, si pascuntur. — Pascuntur. — Quae aves? aut ubi. Attulit, inquit, in cavea pullos is, qui ex eo ipso nominatur pullarius. de Div. 2, 34, 71. Vide Iuge auspicium. Tripudium solistinum. Vitio.

Augurum libri. Vide Consules.

Augurum precatio. In augurum precatione Tiberinum, Spinonem, Almonem, Nodinum, alia propinquorum fluminum nomina videmus. de N. D. 3, 20, 52.

Auspicato condere urbem. de Rep. 2, 3, 5.

Auspices. Nubit genero socrus nullis auspicibus, nullis auctoribus. pro Cluentio 5, 14.

Auspices nuptiarum nunc re omissa, nomen tantum tenent. de Divin. 1, 16, 28.

Auspicia. Vide Augurum formulae. Iuge auspicium. — In auspicio esse. ad Att. 2, 12, 1. — Ratum auspicium facere. de Divin. 2, 38, 80. — Auspicia peremnia, ex acuminibus non iam servantur. de Nat. D. 2, 3, 9. — Contra auspicia. Vide Senatus Consulta.

Averruncare. Dii averruncent. ad Att. 9, 2. A., 1.

Avertere. Vide Omina. — O dii immortales avertite et detestamini, quaeso, hoc omen! Philipp. 4, 4, 10.

Avertere pecuniam publicam. Verr. Accus. 1, 13, 34.

Bellum iustum piumque. Non enim iuste pieque bellum gessistis. de Inv. 2, 23, 70. — Bellum iniustum impiumque. Divinat. 19, 62.

Bene et e re publica. Philipp. 10, 11, 25.

Biennio, quo quis petat cet. Vide Lex Tullia.

Bona cum venia. Vos oro atque obsecro, iudices, ut attente bonaque cum venia verba mea audiatis. pro S. Rosc. Am. 4, 9. — Bona venia me audies. de Nat. D. 1, 21, 59.

Bonam copiam eiurare, id est, profiteri se tantum non possidere quod satis sit debito solvendo. ad Fam. 9, 16, 7.

Bono et aequo. ad Her. 2, 11. 16. Vide Aequo et bono.

Bonorum possessio. Postulat a praetore Naevius, ut ex edicto bona possidere liceat. pro Quinctio 6, 25. cf. 29, 88 et 89.

Bonorum possessionem alicui dat praetor. Fragm. p. 450.

Bonum nomen. In lustranda colonia ab eo, qui eam deduceret, et cum imperator exercitum, censor populum lustraret, bonis nominibus, qui hostias ducerent, eligebantur. Quod idem in delectu consules observant, ut primus miles fiat bono nomine (Valerius,

Huic loco declarando praemittenda sunt verba Messalae apud Gellium N. A. 13, 15. *Minoribus creandis magistratibus tributis comitiis magistratus, sed iustius curiata datur lege; maiores* (tres scil. consules, praetores, censores), *centuriatis comitiis fiunt.* Sed ex aliis quoque testimoniis compertum habemus consules centuriatis, non tributis comitiis creatos esse; neque id quisquam negavit; illud dumtaxat contendunt recentiorum plerique, Tullianis temporibus tribuum ingentem nescio quam vim fuisse etiam in centuriatis comitiis; qua in vi tamen definienda in alia omnia viri docti discedunt. Mihi contra videtur, proximeque ad verum accessisse censeo Bonerum in *Comment. de comitiis Romanorum centuriatis.* Monasterii 1833. 4°. Etenim cum hoc viro docto et cum Hermanno in Ep. ad Steinackerum in eo nunc consentio, ut statuam integram esse lectionem a secunda manu in vexatissimo illo loco Cic. de Rep. 2, 22. ibique describi eam comitiorum centuriatorum formam, qua utebantur Scipionis temporibus atque iam ante eum, fortasse post a. 533., quaeque servata est usque ad liberae rei publicae interitum. Sunt autem haec Ciceronis verba: *Quae descriptio* (comitiorum) *si esset ignota vobis, explicaretur a me. Nunc rationem videtis esse talem, ut equitum centuriae cum sex suffragiis et prima classis addita centuria, quae ad summum usum urbis fabris tignariis est data, LXXXVIIII. centurias habeat; quibus ex centum quattuor centuriis (tot enim reliquae sunt) octo solae si accesserunt, confecta est vis populi universa; reliquaque multo maior multitudo sex et nonaginta centuriarum neque excluderetur suffragiis, ne superbum esset; nec valeret nimis, ne esset periculosum.* Apud Ciceronem igitur nulla omnino fit tribuum mentio in comitiis centuriatis. Sed, inquit, apud Livium minimum tria eius rei gravissima exstant testimonia: scilicet 24, 7. (a. u. c. 540 Varr.): *Cum sors praerogativae Aniensi iuniorum exisset eaque T. Otacilium, M. Aemilium Regillum consules diceret, tum Q. Fabius silentio facto tali oratione est usus*, qua dissuasit, ne T. Otacilius consul crearetur, cuiusque ultima verba haec sunt: *praeco, Aniensem iuniorum in suffragium revoca.* — 26, 22. (a. u. c. 544. Varr.) cum *praerogativa Veturia iuniorum* coss. declarasset T. Manlium Torquatum et T. Otacilium, idque Manlius ipse dissuasisset, Veturia illa iuniorum, consilio inito cum Veturia seniorum, M. Marcellum et M.

Valerium coss. dixit et: *auctoritatem praerogativae omnes centuriae secutae sunt.* — 27, 6. (a. u. c. 545). *Galeria iuniorum, quae sorte praerogativa erat, Q. Fulvium et Q. Fabium consules dixerat, eodemque iure vocatae* (centurias intellige ex loco praecedente 26, 22., non tribus) *inclinassent, ni tribuni pl. C. et L. Arennii se interposuissent* cet., qui loci Liviani quomodo cum nostra sententia conciliandi sint, mox demonstrabimus. Restat alius a Huellmanno *Röm. Grundverfassung* p. 299. allatus 5, 18. (a. u. c. 358.). *Haud invitis patribus P. Licinium Calvum praerogativa tribunum militum* (consulari potestate) *creant, - - omnesque deinceps ex collegio eiusdem anni refici apparebat; - - qui priusquam renuntiarentur, iure vocatis tribubus permissu interregis P. Licinius Calvus ita verba facit* cet. Verum recte Niebuhrius Hist. Rom. Ed. alt. 2. p. 445. locum hunc de comitiis tributis non centuriatis interpretatus est. Quod vero attinet ad Cic. de lege agr. 2, 2. *me non extrema tribus suffragiorum, sed primi illi vestri concursus, neque singulae voces praeconum, sed una voce universus populus Romanus consulem declaravit:* optime haec explicaverunt iam Lauredanus, id est, Sigonius, Turnebus, Ferratius, quos vide. Alii autem loci, quos pro suis opinionibus afferre solent ii, qui tribubus maximam vim in comitiis centuriatis tribuunt, nec tamen aliter rem expediunt, nisi ut adversus omnia antiquorum testimonia modo 70., modo 322., modo 350. centurias fuisse contendant, cum semper fuerint 193. duntaxat, aut ad comitia tributa pertinent, ut pro Plancio c. 20.; aut ad petitionem consulatus (quae utique tributim, non centuriatim fiebat), non ad comitia referuntur veluti Q. Cic. de Pet. cons. 8. *qui apud tribules suos plurimum gratia possunt, tui studiosos in centuriis habebis.* In iis vero, quae habet Pseudo-Asconius ad Verr. Act. 1, 9. *praerogativae tribus sunt, quae primae suffragium ferunt ante iure vocatas* cet., Grammaticus tertii vel quarti post Chr. seculi manifesto centurias praerogativas cum tribubus confudit.

Totam autem rem sic describendam esse arbitramur. Tempore nobis ignoto, fortasse post a. u. c. 533. (Goettling *Berl. Jahrb.* 1833. p. 711.), ex quo XXXV. manserunt tribus, certe ante a. u. c. 540., ad quem refertur Livii testimonium 24, 7., prorsus mutata est antiqua comitiorum centuriatorum ratio, servatis tamen saltem nomine tenus quinque classibus et numero centuriarum 193., quem constituisse ferebatur Servius Tullius (Cic. de Rep. 2, 22. Dion. Halic. 4, 17 et 10, 17.). Iam, ut scite demonstravit Boner, prima classis habebat 70. centurias, in singulis tribubus binas (Liv. 1, 43.), unam iuniorum, seniorum alteram, et in bis 70. centuriis adiunctis duodecim centuriis equitum, sex suffragiis (Festus) et una centuria fabrum tignariorum, (quam dicis causa, ut sine ullo comitiorum ipsorum detrimento, etiam infimae plebi locus aliquis in comitiis centuriatis relictus videretur, cum prima classe consociaverant), summa et, ut ita dicam, nervus comitiorum consistebat: nam ad 89. has centurias si ex secunda classi accedebant 8. aliae, confecta erat

vis populi universa 97. contra 96. De distributione ceterarum classium certi nihil constat; verum duplex ea de re coniectura proponi potest:

	I.	II.
Prima classis	12. centuriae equitum:	12. centuriae equitum:
	35. centuriae iuniorum:	35. centuriae iuniorum:
	35. centuriae seniorum:	35. centuriae seniorum:
	6. suffragia:	6. suffragia:
		(Dicis causa ex inferiore aliqua classe, tertia vel quarta, addebatur centuria fabrum tignariorum.)
Secunda classis	35. centuriae iuniorum:	35. centuriae, nulla distinctione inter iuniores et seniores facta; una scil. centuria in singulis tribubus.
	35. centuriae seniorum:	
	(Binae per singulas tribus.)	
Tertia classis	35. centuriae, nulla distinctione inter iuniores et seniores facta; una scil. centuria in singulis tribubus.	35. centuriae, ut supra.
		Quarta classis: 35. centuriae, ut supra.
	193. centuriae omnes.	193. centuriae omnes.
	Quartae et quintae classis in nova comitiorum centuriatorum forma nullae erant partes.	Quintae classis nullae erant partes.

Illud praesertim tenendum est, cum post annum 587. nulla iam tributa penderentur aerario a civibus Romanis mutatusque esset etiam veteris militiae mos, nullius fere momenti fuisse descriptionem duarum vel etiam trium ultimarum classium, utpote quae nunquam in suffragia mitterentur ad magistratus tres maiores declarandos. Vim suam qualemcunque exercebant in comitiis tributis, in quibus teste Messala minores magistratus creabantur eoque iure contentae esse debebant.

Maximam difficultatem in tota hac ratione ex eo motum iri praevideo, ut addubitaturus nonnemo sit, an primae classis centuriae binae esse potuerint etiam in quattuor tribubus urbanis. Sed posterioribus temporibus credibile est non solum operarios, artifices, libertinos in iis fuisse, verum etiam homines, qui centum milium aeris censum haberent. Etenim cum circa a. u. c. 577. teste Livio 41, 8. magna multitudo sociûm nominis Latini Romae censi Romam commigrassent civesque Romani facti essent, hi alis quam urbana tribu esse vix poterant. Omnino autem octo centuriae urbanarum tribuum nihil valebant adversus ceterarum primae classis centuriarum numerum.

Mirabiliter autem conspirare utrumque Ciceronis locum de Rep. 2, 22. et Philipp. 2, 33, 82. ex hac comitiorum centuriatorum descriptione elucebit, Ante omnia sorte ducenda erat ex 70. primae classis

centuriis centuria praerogativa: (non, ut plerique dicunt, tribus, neque, ut alii volunt, promiscue, cum idem significaret, Latini usurpabant et tribum et centuriam praerogativam). Sortitio ita componebatur, ut in sitellam coniicerentur 70. sortes sic inscriptae *Aemilia iuniorum*, *Aemilia seniorum* (scil. primae classis) ac similiter usque ad septuagesimam ultimae tribus. Certus enim erat tribuum ordo. Itaque sorte ducebatur semel centuria praerogativa, neutiquam, ut multi contendunt, primum tribus praerogativa, tum altera sortitione ex tribu rursus centuria. Ita igitur, ut dixi, explicandae *Aniensis*, *Veturia*, *Galeria iuniorum* in tribus illis Livii locis. Suffragiis praerogativae diribitis praeco renuntiat, quis eius suffragia tulerit. Tum prima classis vocatur intra ovile: ita composita, ut est apud Cic. de Rep. l. l., deducta scil. praerogativa, remanent 69. centuriae, adduntur 12. centuriae equitum, qui primi suffragia tulisse videntur, et, quae ad speciem adiungitur, una fabrum tignariorum: ita ut omnes sint 82. centuriae. Diribitis suffragiis rursus renuntiatur, qui consul dictus sit. Ut ex Philipp. l. l. constat, deinde (ita ut assolet), dicis potius causa, quam quod prorsus necesse esset, intro vocantur sex suffragia: *(sex* apud Ciceronem brevitatis causa omissum est, item tertium et quartum v. *renuntiatur).* Haec autem sex suffragia, ut colligitur ex loco, quem tractamus, medium quendam locum obtinebant inter primam ac secundam classem, ita ut separatim certe intra ovile vocarentur. Sic is, qui consul dicebatur, habebat 89. suffragia (1. praerogativae, 82. centuriarum primae classis, 6. suffragia). Deerant tamen octo ad conficiendam vim populi universam, hoc est, centurias 97. adversus 96. Igitur intro vocatur secunda classis: suffragiis latis et diribitis renuntiatur consul, nec ultra necesse erat reliquas classes vocare. Dirimuntur igitur a consule, qui eis praefuerat, comitia centuriata consularia, praetoria, censoria.

In v. *deinde ita, ut assolet, suffragia* interpretandis secutus sum Niebuhrium. Nam ut reliqui exponunt ex lect. volgata et Codd. meorum verba obscuriora, „suffragia dividuntur, feruntur, diribentur," non solum prorsus otiosa sunt vv. *ut assolet*, (quoniam in hoc ipso, ut ferrentur diriberenturque suffragia, tota tributorum quoque comitiorum vis vertebatur), sed etiam necessario contra Codd. omnes delendum est alterum *renuntiatur* post v. *vocatur*. Praeterea in nostra interpretatione facile intelligitur rectius esse Vaticani *deinde ita, ut assolet*, utpote quo melius quam simplici *deinde* significetur receptum quidem illum et legitimum morem fuisse vocandi post primam classem *sex suffragia*, sed per se temporibus certe illis prope supervacaneum. Expositiones longe diversas reperies apud Interpretes in Ed. Wernsdorf., Hermannum in Epistola ad Steinackerum p. 15., Reisigium Diar. crit. Ien. 1824 Suppl. 38—41., Goettlingium *Hermes* 1826, Vol. 26. p. 116., et *Berl. Jahrbücher* 1833. p. 709., Madvigium Opuscc. acad. p. 169.; Zachariam *Sulla* 2. p. 76. Hüllmann *Röm. Grundverfassung* p. 297 seqq. Schulz *Grundlegung* p. 235.; quorum plerique vv. a Codd. satis munita aut transponenda aut delenda esse putarunt, in primis, ut dixi, alterum illud *renuntiatur*. — Vide Iuppiter. Rogator.

ipso foedere sanctum atque praescriptum est: Ut navem dare necesse sit. Verr. Accus. 5, 19, 50.

Foederatus. Civitates foederatae duae sunt in Sicilia. Verr. Accus. 3, 6, 13.

Foedus ferire. pro Rab. Post. 3, 6.

Fortunare. Eum bonorem tibi deos fortunare volo. ad Fam. 15, 7. — Tibi patrimonium dii fortunent. ad Fam. 2, 2.

Forum. In forum convenire. Postulant palaestritae, ut in eam rem iudices dentur ex iis civitatibus, quae in id forum convenirent. Verr. Accus. 2, 15, 38.

Forum eierare. Vide Eierare.

Forum populi Romani. Verr. Accus. 1, 22, 59.

Fratres populi Romani Aedui. ad Fam. 7, 10, 4. — ad Att. 1, 19, 2.

Fraudatio. Vide Ut inter bonos cet.

Fraudi esse alicui. ad Att. 5, 21, 12. — Qui ab armis discesserint et aut ad C. Pansam aut ad A. Hirtium Coss. aut ad D. Brutum Cos. designatum, aut ad C. Caesarem pro praetore ante Idus Martias primas adierint, iis fraudi ne sit, quod cum M. Antonio fuerint. Philipp. 8, 11, 33. — Vide Multam petere.

Fructus. Vide Mancipium.

Fundi populi facti cet. pro Balbo 8, 21.

Fundus, qui est in agro, qui Sabinus vocatur: eum ego ex iure Quiritium meum esse aio. Inde ibi ego te ex iure manum consertum voco. pro Murena 12, 26. Adversarius: Unde tu me ex iure manum consertum vocasti, inde ibi ego te revoco. Praetor: Suis utrisque superstitibus praesentibus istam viam dico: inite viam. Redite viam. Ibid.

Funus indicitur (formula Ollus Quiris leto datus est). de Legg. 2, 24, 61. Vide Dominus.

Furem noctu liceto occidere, et luci, si se telo defendat: lex de XII. tabulis. pro Tullio 47. — Furem, hoc est, praedonem et latronem luce occidi vetant XII. tabulae. Nisi se telo defendit, inquit, etiam si cum telo venerit, nisi utetur telo eo ac repugnabit: non occides. Quod si (Cod. Quossi) repugnassit, endoplorato, hoc est, conclamato, ut aliqui audiant et conveniant. Ibid. 50. — XII. tabulae nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem, si se telo defenderet, interfici impune voluerunt. pro Mil. 3, 9.

Furti actio. Vide Ope consilioque tuo.

Furti agere. ad Fam. 7, 22.

Furti aliquem notant censores. pro Cluentio 42, 119.

Gentiles sunt, inter se qui eodem nomine sunt; qui ab ingenuis oriundi sunt; quorum maiorum nemo servitutem servivit; qui capite non sunt deminuti. Topic. 6, 29.

Gentilitatis ac stirpis ius. de Or. 1, 39, 176.

Gleba in os mortui iniecta. Priusquam in os iniecta gleba

est, locus ille, ubi crematum est corpus, nibil babet religiosi. de Legg. 2, 22, 57.

Gratiae a senatu alicui actae. In S. C. mibi gratiae verbis amplissimis aguntur, quod virtute consilio providentia mea res publica periculis sit maximis liberata. in Catil. 3, 6, 14. Cfr. pro Sulla 30, 85. Pbilipp. 1, 1, 3.

Gratias agendas civitatibus iis, quae M. Tullium civem optime de re publica meritum recepissent, universus senatus censuit. pro domo 32, 85.

[Haruspicum responsa. Responsnm haruspicum hoc recens de fremitu in contione recitavit P. Clodius, in quo cum aliis multis scriptum etiam illud est: Loca sacra et religiosa profana baberi. de Haruspic. resp. 5, 9. — Quod in agro Latiniensi auditus est strepitus cum fremitu: exauditus in agro propinquo et suburbano est strepitus quidam reconditus et horribilis fremitus armorum. — De ea re scriptum est: Postulationes esse Iovi, Saturno, Neptuno, Telluri, diis caelestibus. — Ludos minus diligenter factos pollutosque. Ibid. 10, 20 sqq. — Oratores contra ius fasque interfectos. Ibid. 16, 34. — Fidem et ius iurandum neglectum. Ibid. 17, 36. — Sacrificia vetusta occultaque minus diligenter facta pollutaque. Ibid. §. 37. — Monent: ne per optimatium discordiam dissensionemqne patribus principibusque caedes pericula que creentur auxilioque deminuti deficiantur, qua re ad unum imperium provinciae redeant, exercitusque pulsus deminutioque accedat. Ibid. 19, 40. — Habent Etrusci libri certa nomina, quae in id genus civium (cuius generis erat P. Clodius:) cadere possunt. Deteriores repulsos bos appellant, quorum et mentes et res sunt perditae. Ibid. 25, 53. — Monent ne occultis consiliis res publica laedatur. Ibid. 26, 55. — Sequitur: ne deterioribus repulsisque bonos augeatur. Ibid. §. 56. — Ne rei publicae status commutetur. Ibid. 27, 60.]

Heredem facere aliquem. de Offic. 3, 18, 74. — Heredem scribere. de Offic. 3, 18, 73.

Hereditas est pecunia, quae morte alicuius ad quempiam pervenit iure nec ea aut legata testamento aut possessione retenta. Topic. 6, 29. — Agere in hereditatem. Verr. Accus. 1, 15, 115. — Hereditas venit. Verr. Accus. 1, 48, 125. — Hereditatem adire. Verr. Accus. 1, 48, 125.

Hereditas commissa alicui. Esse in eo testamento, quo Heraclius beres esset scriptus, ut statuas in palaestra deberet ponere; faciemus, ut palaestritae negent ex testamento esse positas, petant hereditatem, quod eam palaestrae commissam esse dicant. Verr. Accus. 2, 14, 36.

Heres. Nulla est persona, quae ad vicem eius, qui e vita emigraverit, propius accedat quam beres. de Legg. 2, 19, 48. — Vide Controversia.

pati, si quis id, quod alter intendit, paratus est ita sustinere, ut res apud iudicem agatur; quae formula, quoniam eius ratio grammatica, etsi sincera ac simplex, paullo tamen implicatior erat, plerumque ita corrupta est, ut pro ea scriberetur: *iudicium pati*. Sed libri tamen optumi eandem agnoscunt, velut in *accusat.* lib. II. c. XXIV. §. 60. *amici, si quis quid peteret, iudicio se passuros, iudicatum solvi satis daturos esse dicebant.*, uti et libri omnes, etiam Vaticanus, et edd. principes legunt, et *accusat.* lib. III. C. XXVIII. §. 68., ubi Vaticanus et Lagomarsinianus 42, libri optumi, in hac scriptura consentiunt: *Agyrinenses, viri fortissumi, iudicio se passuros esse dicebant.* Eam formulam et Zumptius recte demum agnovit cum A. Maio in Addendis ad Verrin. oratt. p. 1029. et nos restituemus infra [in orat. *pro P. Quinctio*] cap. XXVIII. §. 87. ex libris plurumis: *idcirco minus iudicio pati paratum fuisse.* Ambae hae formulae, de quibus dubitari iam non potest, — hoc loco coniunctae ita sunt, ut *iudicio* ad utrumque verbum pertineret, sed, ut par erat, semel tantum poneretur. Sic omnia iam sana sunt: *non est istud pati* (nempe *iudicio) neque iudicio defendere.*"

Iudicium maiores consilium publicum vocari voluerunt. pro S. Roscio Am. 52, 151.

Iudicium est pecuniae certae: arbitrium incertae. Ad iudicium hoc modo venimus, ut totam litem aut obtineamus aut amittamus; ad arbitrium hoc animo adimus, ut neque nihil neque tantum, quantum postulavimus, consequamur. pro Roscio comoedo 4, 10.

Iudicium accipere. pro Quinctio 26, 82.

Iudicium de dolo malo C. Aquillius protulit: quem dolum idem tum teneri putat, cum aliud sit simulatum, aliud actum. de N. D. 3, 30, 74.

Iudicium exercere. Ascon. in Scaur. p. 30. Bait.

Iudicium in octuplum dare. Verr. Accus. 3, 10, 26. — In quadruplum. Ibid. 13, 34.

Iudicium postulare a praetore. In eum iudicium de possessione iugerum postulabatur. Verr. Accus. 3, 15, 39. — Cum esset damnatus, erat iudicium postulaturus. ad Att. 2, 24, 4.

Iudicium publicum rei privatae lege Plaetoria. de Nat. Deor. 3, 30, 74.

Iudicium recuperatorium. Verr. Accus. 3, 11, 27.

Iudicium turpe. Quod si animadversio censoria iudicium putaretur, ut ceteri turpi iudicio damnati in perpetuum omni honore ac dignitate privantur, sic hominibus ignominia notatis neque ad honorem aditus neque in curiam reditus esset. pro Cluentio 42, 119. — Iudicio turpi convictus. pro Quinctio 15, 49.

Iuge auspicium. Nos augures praecipimus, ne iuge auspicium obveniat, ut iumenta iubeant diiungere. de Divinat. 2, 36, 77.

Iuppiter. In augurum commentariis scriptum habemus: Iove tonante fulgurante comitia populi habere nefas. de Divinat. 2, 18, 43. — Augures omnes usque a Romulo decreverunt: Iove

Leges plebisve scita. ad Att. 3, 23, 3.

Legis aequitas faciebat cum pupilla. Verr. Acc. 1, 41, 104.

Lex agraria Servilia. Iubet **Tribunum plebis, qui eam legem tulerit, creare decemviros per tribus septemdecim, ut, quem novem tribus fecerint, is decemvir sit.** (primum hoc erat caput legis Serviliae agrariae.) de lege agr. 2, 7, 16, — **Item,** inquit, **eodem modo,** capite altero, ut **comitiis pontificis maximi.** — Vidit et perspexit, sine curiata lege decemviros habere potestatem non posse, quoniam per novem tribus essent constituti. Iubet ferre de his legem curiatam: praetori imperat. Iubet enim: **Qui primus sit praetor factus, eum legem curiatam ferre: sin is ferre non possit, qui postremus sit. Tum ii decemviri eodem iure sint, quo qui optima lege.** Ibid. 11, 28. — Iubet auspicato colonisrum deducendarum causa decemviros habere pullarios. **Eodem iure,** inquit, **quo habuerunt IIIviri Lege Sempronia.** — Datur eis primum, ut liceat eis vendere omnia, de quibus vendendis senatus consulta facta sunt M. Tullio Cn. Cornelio consulibus aut postea. — **Qui agri, quae loca, quae aedificia aliudve quid.** Ibid. 14, 35. et 15, 38. — In omnibus his agris aedificiisque vendendis permittitur decemviris, **ut vendant,** quibuscunque in locis videatur. Ibid. 20, 55. — Sequitur **omnes agros extra Italiam** infinito ex tempore. Ib. 21, 56. — **Aurum, argentum ex praeda, ex manubiis, ex** (auro) **coronario, ad quoscunque pervenit neque relatum est in publicum neque in monumento consumptum,** id profiteri apud decemviros et ad eos referre iubet. Ibid. 22, 59. (Cfr. de lege agr. 1, 4, 12.) — Cavet, ut **si qua pecunia post nos consules ex novis vectigalibus recipiatur, ea decemviri utantur.** de lege agr. 2, 23, 62. — **Vendatur ager, qui arari aut coli possit.** Ib. 25, 67. — **Quae in municipia quasque in colonias decemviri velint, deducant colonos, quos velint, et iis agros assignent, quibus in locis velint.** de lege agr. 1, 6, 17. — **Xviri deducant colonias in eos agros, quos emerint et in quae loca praeterea videbitur.** de lege agr. 2, 27, 74. — **Quae post C. Marium Cn. Papirium consules, agri, aedificia, lacus, stagna, loca, possessiones publice data assignata, vendita, concessa, possessa sunt, ea omnia eo iure sint, ut quae optimo iure privata sint.** de lege agr. 3, 2, 7 et 3, 11.

Lex antiqua de legibus sacratis, quae iubet impune occidi eum, qui tribunum pleb. pulsaverit. pro Tullio 47.

Lex censoria. Qui publico frui non potuit per hostem, hic tegitur ipsa **lege censoria.** de prov. cons. 5, 12. — Possunt in **pactionibus faciendis** non **legem** spectare **censoriam.** ad Q. Fr. 1, 1. c. 12, 35. — Cf. **Index Legg.** p. 150.

Lex curiata. Vide **Index Legg.** p. 168—171.

Lex decumis vendundis C. Verre Pr. Verr. Accus. 3, 36, 83.

Lex maiestatis. Legionis sollicitatio, et seditio conflata lege maiestatis tenetur. pro Cluentio 35, 97. Ibid. 36, 99.

Lex opere (al. operi) faciundo. Quae pupilli Iunii. — C. Verres pr. urbis addidit. Corriguntur leges censoriae. Quid enim? Video in multis veteribus legibus: Cn. Domitius L. Metellus, L. Cassius Cn. Servilius censores addiderunt. Volt aliquid eiusmodi C. Verres. Dic: quid addidit? Qui de L. Marcio M. Perperna censoribus (redemerit, eum) socium ne admittito neve partem dato neve redimito. Verr. Accus. 1, 55, 143. — Si quid operis causa rescideris, reficito. — Qui redemerit, satisdet damni infecti ei, qui a vetere redemptore acceperit. Pecunia praesens solvitur (al. solvatur. Malim solvitor.) Hoc opus bonum suo cuique facito. Ibid. 56, 146. — Rediviva sibi habeto. Ibid. §. 148.

Lex praedii. Oratt. Partit. 31, 107.

Lex Tullia dilucide vetat: Biennio, quo quis petat petiturusve sit, gladiatores dare, nisi ex testamento praestituta die. in Vatin. 15, 37. Vide Index Legg. p. 286 sq.

Libella. Facere heredem aliquem ex libella, alterum ex teruncio. ad Att. 7, 2, 3.

Libellus (album) consilii. Verr. Act. 1, 6, 17.

Liberare. Liberatur Milo non eo consilio profectus esse, ut insidiaretur Clodio. pro Mil. 18, 47.

Liberare. Culpa liberatus et crimine nefario solutus. pro S. Roscio Am. 49, 143. — Liberare agros proscriptos. ad Att. 14, 11, 2. — Liberari sacris. de Legg. 2, 21, 53. — Liberare se a Venere (de ἱεροδούλοις.) Divinat. 17, 55.

Libertas. De libertate ex iure civili potest esse contentio, cum quaeritur, is, qui domini voluntate census sit, continuone, an ubi lustrum conditum, liber sit. de Or. 1, 40, 183. — Si neque censu nec vindicta nec testamento liber factus est, non est liber. Topic. 2, 10. — [Clodius per omnes tribus divisis libertinis, servos omnes, qui in libertate morarentur, lege nova additurus erat, ut ipsi cum ingenuis aequaliter suffragia ferrent.] pro Milone 12, 13. — Vide Civitas Romana.

Libertini. Libertini filius a Lentulo censore in senatum non lectus. pro Cluentio 47, 132.

Libra. In procinctu testamentum facere sine libra atque tabulis. de Orat. 1, 53, 228. — Vide Testamentum.

Librarium legum. pro Mil. 12, 33.

Libri. Ad libros ire. de Divin. 1, 43, 97: quod alibi dicitur Libros Sibyllinos ex S. C. adire.

Liceri. Adest ad tabulam (auctionis): licetur Aebutius. pro Caecina 6, 16.

Liceri digito. Verr. Accus. 3, 11, 27.

Licet consulere? pro Muren. 13, 28.

Lictor primus s. proximus. ad Q. Fr. 1, 1, 7, 21.

Ne absentis nomen recipiatur. Verr. lib. 2, 60, 147.

Ne ad ludos pecuniae decernerentur. ad Q. fr. 1. ep. 1. c. 9, 26.

[Ne auspiciis obtemperaretur, ne obnuntiare concilio aut comitiis, ne legi intercedere liceret; ut lex Aelia et Fufia ne valerent. Caput legis P. Clodii subditivae. Post red. in sen. 5, 11.]

Necessitudo haec est, cui nulla vi resisti potest, quo ea secius id, quod facere potest, perficiat; quae neque mutari neque leniri potest. de Inv. 2, 57, 170.

Nec petitionem nec possessionem dabo. Verr. lib. 1, 44, 113.

Nec vi nec clam nec precario possidere. pro Tullio 44. Cfr. Ibid. 53. pro Caecina 32, 92. Formula integra est apud Festum: Uti nunc possidetis eum fundum, quo de agitur, quod nec vi nec clam nec precario alter ab altero possidetis, ita possideatis. Adversus ea vim fieri veto.

Ne deterioribus repulsisque honos augeatur. de Harusp. Resp. 26, 56. conf. 25, 53.

Ne iniussu populi iudicarent quidam iudices tribunos pl. appellarunt. ad Att. 4, 16, 6.

Ne minus civis esset. Vide Civis.

Ne navem dare debeant. Ex foedere Tauromenitanorum cum populo Romano. Verr. 5, 19, 50.

Ne occultis consiliis res publica laedatur. de Harusp. Resp. 26, 55.

Ne per optimatium discordiam dissensionemque patribus principibusque caedes periculaque creentur, auxilioque deminuti deficiantur, qua re ad unum imperium provinciae redeant exercitusque pulsus deminutioque accedat. de Harusp. Resp. 19, 40.

Ne quid res publica detrimenti capiat. Pompeio senatus commisit ut videret, ne quid res publica detrimenti caperet; quo uno versiculo satis armati semper consules fuerunt, etiam nullis armis datis. pro Mil. 26, 70. — Senatus consulibus, praetoribus, tribunis pl. et nobis, qui procoss. sumus, negotium dederat, ut curaremus, ne quid res publica detrimenti caperet. ad Fam. 16, 11, 3. — Vide Dent operam cet.

Ne qui magistratus sine provocatione crearetur: L. Valerii Potiti et M. Horatii Barbati lex sanxit. de Rep. 2, 31, 54.

[Ne quis ad vos referret, ne quis decerneret, ne disputaret, ne loqueretur, ne pedibus iret, ne scribendo adesset. (Caput legis P. Clodii subditivae.) Post red. in Sen. 4, 8.]

Ne quis emeret (mancipium), nisi in demortui locum, sancitum est de iis, qui cum potestate aut legatione in provinciam profecti sunt. Verr. 4, 5, 9.

Ne quis iudicio circumveniretur: hanc legem C. Gracchus tulit. pro Cluentio 55, 151.

Sedere ex lege, de iudice. pro Cluentio 37, 103.

Se fraude esto. de Legg. 2, 24, 60.

Sellam curulem afferre in praefecturam aliquam. pro Planc. 8, 19.

Semigrat filius a patre, domo alia conducta. pro Caelio 7, 18.

Senatoriae formulae: Dic, M. Tulli. Cn. Pompeio assentior. ad Att. 7, 3, 5. — De mandatis litterisque M. Lepidi V. C. P. Servilio assentior et hoc amplius censeo. Philipp. 13, 21, 50. — Victa est nostra sententia: vicit L. Caesaris. Philipp. 8, 1, 1. — Numera senatum. Cael. ad Fam. 8, 11, 2. — Vide Censeo. — Decernendum nihil censeo. — Decerno. — Placet.

Senatus. Verbis senatus denuntiare alicui aliquid. Philipp. 8, 8, 23. — Senatui magnae curae esse ac fore, ut cet. Philipp. 3, 15, 35.

Senatus auctoritas. De his rebus senatus auctoritas gravissima intercessit: cui cum Cato et Caninius intercessissent, tamen est perscripta. ad Fam. 1, 2, 4. Scil. ut ne quis omnino regem Alexandrinum (Ptolemaeum Auletem) reduceret. Ibid. Ep. 7, 4.

Senatus consulta.

Decrevit Senatus, ut coss. populum cohortarentur ad eam rogationem accipiendam et ut antequam ea rogatio lata esset, ne quid ageretur. ad Att. 1, 14, 5.

Homines ad XV. Curioni nullum S. C. facienti assenserunt. ad Att. 1, 14, 5.

Senatus consulta duo facta sunt: unum, ut apud magistratus inquiri liceret; alterum: cuicuimodi divisores haberent, adversus rem publicam. ad Att. 1, 16, 12.

Fit senatus consultum, ut Vettius, quod confessus esset se cum telo fuisse, in vincula coniiceretur, qui eum emisisset, contra rem publicam esse facturum. ad Att. 2, 24, 3.

S. C. in Ciceronis sententiam factum, ut cum Cn. Pompeio ageretur, ut eam rem susciperet lexque ferretur. ad Att. 4, 1, 6.

Senatus consultum, quod hic consules de provinciis fecerunt: Quicunque posthac .... ad Att. 4, 16, 5.

Senatus decrevit, ut tacitum iudicium ante comitia fieret. ad Att. 4, 16, 6.

Senatus decreverat, ne prius comitia haberentur, quam lex lata esset: si quis intercessisset, res integra referretur. ad Att. 4, 16, 6.

Senatus consultum Lentulo Philippoque consulibus: ut, qui Ciliciam obtineret, ius ex certa quadam syngrapha diceret. ad Att. 5, 21, 11. — Fit gratia Bruti senatus consultum: ut neve Salaminiis neve qui eis dedisset, fraudi esset. Ibid. §. 12. — Fit senatus consultum: Ut ea syngrapha esset eodem iure quo ceterae (non meliore, quam ceterae, sed ut eodem) ex Lambini

supplemento. Ibid. — Senatus consultum factum est in creditorum causa, ut centesimae perpetuo fenore ducerentur. Ib. §. 13.

De rege Alexandrino factum est S. C. cum multitudine reduci rei publicae periculosum videri. ad Q. Fr. 2, 2, 3.

A. d. V. Id. Febr. (698) ad Apollinis senatus consultum factum est, ea quae facta essent a. d. VIII. Id. Febr. contra rem publicam esse facta. ad Q. Fr. 2, 3, 3.

Eodem die (a. d. IV. Id. Febr. a. u. 698.) senatus consultum factum est, ut sodalitates decuriatique discederent, lexque de iis ferretur, ut, qui non discessissent, ea poena, quae est de vi, tenerentur. ad Q. Fr. 2, 3, 5.

Senatus gratias agendas censuit civitatibus iis, quae M. Tullium, civem optime de re publica meritum, recepissent. pro domo 32, 85.

Cum Licinia, virgo Vestalis, T. Flaminino Q. Metello consulibus aram et aediculam et pulvinar sub saxo sacro dedicasset, eam rem ex auctoritate senatus ad pontificum collegium Sex. Iulius praetor rettulit. P. Scaevola pontifex maximus pro collegio respondit: Quod in loco publico Licinia, Caii filia, iniussu populi dedicasset, sacrum non viderier. Quam quidem rem quanta severitate quantaque diligentia senatus sustulerit, ex ipso senatus consulto facile cognoscetis. Recita senatus consultum. Senatus consultum. Videtisne praetori urbano negotium datum, ut curaret, ne id sacrum esset: et, ut, si quae essent incisae aut inscriptae litterae tollerentur. pro domo 53, 137.

Domum M. Tullii iudicio pontificum religione liberatam videri. de Harusp. resp. 7, 13.

Senatus decrevit, si eam legem ad populum ferat, contra rem publicam videri eum facere. ad Herenn. 1, 12, 21.

De me senatus ita decrevit: Si quis impedisset reditum meum, in hostium numero haberetur. in Pison. 15, 35.

Senatus universus iudicavit, illud corruptum esse iudicium. – – – At quid est decretum? quam iuste? quam sapienter? quam diligenter? Si qui sunt, quorum opera factum sit, ut iudicium publicum corrumperetur. pro Cluentio 49, 136.

Decrevistis, ne quis de caelo servaret; ne quis moram ullam afferret; si quis aliter fecisset, eum plane eversorem rei publicae fore idque senatum gravissime laturum; et ut statim de eius factu referretur. Qua gravitate sua cum frequens senatus nonnullorum scelus audaciamque tardasset, tamen illud addidit, si diebus quinque, quibus agi de me potuisset, non esset actum, redirem in patriam dignitate omni recuperata. pro Sestio 61, 129.

Quoniam nondum est perscriptum senatus consultum, ex memoria vobis, quid senatus censuerit, exponam. Primum mihi gratiae verbis amplissimis aguntur, quod virtute, consilio, providentia mea res publica periculis sit maximis liberata: deinde L. Flaccus

et C. Pomptinius praetores, quod eorum opera forti fidelique usus essem, merito ac iure laudantur; atque etiam viro forti, collegae meo, laus impertitur, quod eos, qui huius coniurationis participes fuisent, a suis et a rei publicae consiliis removisset. Atque ita censuerunt, ut P. Lentulus, cum se praetura abdicasset, tum in custodiam traderetur; itemque uti C. Cethegus, L. Statilius, P. Gabinius, qui omnes praesentes erant, in custodiam traderentur; atque idem hoc decretum est in L. Cassium, qui sibi procurationem incendendae urbis depoposcerat; in M. Caeparium, cui ad sollicitandos pastores Apuliam esse attributam, erat indicatum; in P. Furium, – – in Q. Manlium Chilonem, – – in P. Umbrenum, libertinum hominem, a quo primum Gallos ad Gabinium perductos esse constabat. – – Atque etiam supplicatio diis immortalibus pro singulari eorum merito meo nomine decreta est, – – et his decreta verbis est, quod urbem incendiis, caede cives, Italiam bello liberassem. Catil. 3, 6, 14 seq.

In actis publicis cognovi pridie Kal. Martias S. C. esse factum P. Clodii caedem et incendium curiae et oppugnationem aedium M. Lepidi contra rem publicam factam. Ascon. in Milon. p. 44. Bait.

Decretum est leges M. Livii Drusi contra auspicia esse latas neque iis teneri populum. Ascon. in Cornel. p. 68. Bait.

S. C. est factum: Quibus de sartis tectis cognitum et iudicatum non esset, uti C. Verres P. Caelius praetores cognoscerent et iudicarent. Verr. Accus. 1, 50, 130.

Sententiae dicebantur: Cum Sthenius absens reus factus esset, de absente iudicium nullum fieri placere, et, si quod esset factum, id ratum esse non placere. Verr. Accus. 2, 39, 95.

Senatus consultum Syracusanum. Refertur de Peducaeo. Ut quisque aetate et honore antecedebat, ita sententiam dixit ex ordine. Id adeo ex ipso senatusconsulto cognoscite: nam principum sententiae perscribi solent. Recita. Quod verba facta sunt de Sex. Peducaeo. Dicit, qui primi suasrint. Decernitur. Refertur deinde de C. Verre. Quod verba facta sunt de C. Verre. Cum surgeret nemo neque sententiam diceret, sors ducitur. Senatus consultum factum est huiusmodi laudationis: Quod is virgis neminem cecidisset; quod vigilanter provinciam administrasset; quod praedones procul ab insula Sicilia prohibuisset Verres. Cicerone postea Syracusis degente decreverunt iidem: Ut cum fratre L. hospitium publice fieret; ut laudatio, quae C. Verri decreta esset, tolleretur. Verr. Accus. 4, 64, 143 seqq.

Quas ob res, quod tribuni plebis verba fecerunt, uti senatus Kalendis Ianuariis tuto haberi, sententiaeque de summa re publica libere dici possint; de ea re ita censeo: Uti C. Pansa, A. Hirtius, consules designati, dent operam, uti senatus Kalendis Ianuariis tuto haberi possit: quodque edictum D. Bruti, impe-

ratoris, consulis designati, propositum sit, senatum existimare, D. Brutum, imperatorem, consulem designatum, optime de re publica mereri, cum senatus auctoritatem populique Romani libertatem imperiumque defendat: quodque provinciam Galliam citeriorem, optimorum et fortissimorum virorum amicissimorumque rei publicae civium, exercitumque in senatus potestate retineat, id eum exercitumque eius, municipia, colonias provinciae Galliae, recte atque ordine exque re publica fecisse et facere: senatum ad summam rem publicam pertinere arbitrari, a D. Bruto et ab L. Planco imperatoribus, consulibus designatis, itemque a ceteris, qui provincias obtinent, obtineri ex lege Iulia, quoad ex senatus consulto cuique eorum successum sit; eosque dare operam, ut eae provinciae exercitusque in senati populique Romani potestate praesidioque rei publicae sint: cumque opera, virtute, consilio C. Caesaris summoque consensu militum veteranorum, qui eius auctoritatem secuti rei publicae praesidio sunt et fuerunt, a gravissimis periculis populus Romanus defensus sit et hoc tempore defendatur; cumque legio Martia Albae constiterit, in municipio fidelissimo et fortissimo, seseque ad senatus auctoritatem populique Romani libertatem contulerit; et quod pari consilio eademque virtute legio quarta usa, duce L. Egnatuleio quaestore, civi egregio, senatus auctoritatem populique Romani libertatem defendat ac defenderit: senatui magnae curae esse ac fore, ut pro tantis eorum in rem publicam meritis honores eis habeantur gratiaeque referantur: senatui placere, uti C. Pansa, A. Hirtius, consules designati, cum magistratum inissent, si eis videretur, primo quoque tempore de his rebus ad hunc ordinem referrent, ita uti e re publica fideque sua videretur. Philipp. 3, 15.

Quamobrem his verbis, P. C., Senatusconsultum faciendum censeo: Cum D. Brutus imperator, consul designatus, provinciam Galliam in senatus populique Romani potestate teneat, cumque exercitum tantum tam brevi tempore summo studio municipiorum coloniarumque provinciae Galliae optime de re publica meritae merentisque conscripserit, compararit: id eum recte et ordine exque re publica fecisse idque D. Bruti praestantissimum meritum in rem publicam senatui populoque Romano gratum esse et fore: itaque senatum populumque Romanum existimare D. Bruti imperatoris consulis designati opera, consilio, virtute incredibilique studio et consensu provinciae Galliae rei publicae difficillimo tempore esse subventum. Philipp. 5, 13, 36.

Quam ob causam iustam atque magnam, et quod periculosissimum civile bellum maximumque humanitate et sapientia sua M. Lepidus ad

pacem concordiamque convertit, senatusconsultum his verbis censeo perscribendum: Cum a M. Lepido imperatore pontifice maximo saepenumero res publica et bene et feliciter gesta sit, populusque Romanus intellexerit, ei dominatum regium maxime displicere, cumque eius opera, virtute, consilio singularique clementia et mansuetudine bellum acerbissimum civile sit restinctum, Sextusque Pompeius Cnaei filius Magnus huius ordinis auctoritate ab armis discesserit, et a M. Lepido imperatore pontifice maximo summa senatus populique Romani voluntate civitati restitutus sit: senatum populumque Romanum pro maximis plurimisque in rem publicam M. Lepidi meritis magnam spem in eius virtute, auctoritate, felicitate reponere otii, pacis, concordiae, libertatis; eiusque in rem publicam meritorum senatum populumque Romanum memorem fore eique statuam equestrem inauratam in Rostris aut quo alio loco in foro velit ex huius ordinis sententia statui placere. Philipp. 5, 15, 40. 41.

Hoc tempore ita censeo decernendum: Quod C. Caesar Caii filius pontifex pro praetore summo rei publicae tempore milites veteranos ad libertatem populi Romani cohortatus ait eosque conscripserit; quodque legio Martia quartaque summo studio optimoque in rem publicam consensu C. Caesare duce et auctore rem publicam, libertatem populi Romani defendant, defenderint; et quod C. Caesar pro praetore Galliae provinciae cum exercitu subsidio profectus sit, equites, sagittarios, elephantos in suam populique Romani potestatem redegerit difficillimoque rei publicae tempore saluti dignitatique populi Romani subvenerit: ob eas causas senatui placere, C. Caesarem Caii filium pontificem pro praetore senatorem esse sententiamque loco praetorio dicere, eiusque rationem, quemcunque magistratum petet, ita haberi, prout haberi lege liceret, si anno superiore quaestor fuisset. Philipp. 5, 17, 46.

De exercitu C. Caesaris ita censeo decernendum: Senatui placere, militibus veteranis, qui Caesaris, pontificis, ** auctoritatemque huius ordinis defenderint atque defendant, iis liberisque eorum militiae vacationem esse: utique C. Pansa, A. Hirtius, consules, alter ambove, S. E. V., cognoscerent, qui ager iis coloniis esset, quo milites veterani deducti essent, qui contra legem Iuliam possideretur, ut is militibus veteranis divideretur; de agro Campano separatim cognoscerent, inirentque rationem de commodis militum veteranorum augendis; legionique Martiae et legioni quartae, et iis militibus, qui de legione secunda, tricesima quinta, ad C. Pansam, A. Hirtium, consules venissent, suaque nomina dedissent, quod iis auctoritas

senatus, populique Romani libertas carissima sit et fuerit, vacationem militiae ipsis liberisque eorum esse placere, extra tumultum Gallicum Italicumque; easque legiones, bello confecto, missas fieri placere; quantamque pecuniam militibus earum legionum in singulos C. Caesar, pontifex, pro praetore pollicitus sit, tantam dari placere: utique C. Pansa, A. Hirtius, consules, alter, ambove, S. E. V., rationem agri habeant, qui sine iniuria privatorum dividi possit; isque militibus legionis Martiae et legionis quartae ita daretur, assignaretur, ut quibus militibus amplissime dati, assignati essent. Philipp. 5, 19, 53.

Quod L. Opimius consul verba fecit de republica, de ea re ita censuerunt, uti L. Opimius consul rem publicam defenderet. Senatus haec verbis, Opimius armis. Philipp. 8, 4, 14.

Quas ob res ita censeo: Eorum, qui cum M. Antonio sunt, qui ab armis discesserint et aut ad C. Pansam aut ad A. Hirtium consules aut ad Decimum Brutum imperatorem consulem designatum aut ad C. Caesarem pro praetore ante Idus Martias primas adierint, iis fraudi ne sit, quod cum M. Antonio fuerint. Si quis eorum, qui cum M. Antonio sunt, fecerit, quod honore praemiove dignum esse videatur; uti C. Pansa A. Hirtius consules alter ambove, si eis videbitur, de eius honore praemiove primo quoque die ad senatum referant. Si quis post hoc senatus consultum ad Antonium profectus esset praeter L. Varium, senatum existimaturum eum contra rem publicam fecisse. Philipp. 8, 11, 33.

Quas ob res ita censeo: Cum Ser. Sulpicius Q. F. Lemonia Rufus, difficillimo rei publicae tempore, gravi periculosoque morbo affectus, auctoritatem senatus salutemque rei publicae vitae suae praeposuerit, contraque vim gravitatemque morbi contenderit, ut in castra Antonii, quo senatus eum miserat, pervenerit; isque, cum iam prope castra venisset, vi morbi oppressus, vitam amiserit in maximo rei publicae munere; eiusque mors consentanea vitae fuerit sanctissime honestissimeque actae, in qua saepe magno usui rei publicae Ser. Sulpicius, et privatus, et in magistratibus, fuerit; cum talis vir ob rem publicam in legatione mortem obierit: Senatui placere, Ser. Sulpicio statuam pedestrem aeneam in Rostris ex huius ordinis sententia statui, circumque eam statuam locum ludis gladiatoribusque liberos posterosque eius quoquo versus pedes quinque habere, quod is ob rem publicam mortem obierit, eamque causam in basi inscribi; utique C. Pansa, A. Hirtius, consules, alter ambove, si eis videatur, quaestoribus urbis imperent, ut eam basim statuamque faciendam et in Rostris statuendam locent; quantique locave-

rint, tantam pecuniam redemptori attribuendam solvendamque curent; cumque antea senatus auctoritatem suam in virorum fortium funeribus ornamentisque ostenderit, placere, eum quam amplissime supremo suo die efferri. Et, cum Ser. Sulpicius Q. F. Lemonia Rufus ita de re publica meritus sit, ut iis ornamentis decorari debeat: Senatum censere atque e re publica existimare, aediles curules edictum, quod de funeribus habeant, Ser. Sulpicii Q. F. Lemonia Rufi funeri remittere; utique locum sepulchro in campo Esquilino C. Pansa consul, seu quo in loco videbitur, pedes triginta quoquo versus assignet, quo Ser. Sulpicius inferatur; quod sepulchrum ipsius, liberorum posterorumque eius esset, uti quod optimo iure publice sepulchrum datum esset. Philipp. 9, 7.

Quae cum ita sint: Quod C. Pansa consul verba fecit de litteris, quae a Q. Caepione Bruto pro consule allatae et in hoc ordine recitatae sunt, de ea re ita censeo: Cum Q. Caepionis Bruti procos. opera, consilio, industria, virtute, difficillimo rei publicae tempore provincia Macedonia, Illyricum, cuncta Graecia, legiones, exercitus, equitatus, in consulum, senatus populique Romani potestate sint: id Q. Caepionem Brutum procos. bene et e re publica pro sua maiorumque suorum dignitate consuetudineque rei publicae bene gerendae fecisse, eamque rem senatui populoque Romano gratam esse et fore; utique Q. Caepio Brutus pro consule provinciam Macedoniam, Illyricum cunctamque Graeciam tueatur, defendat, custodiat incolumemque conservet, eique exercitui, quem ipse constituit, comparavit, praesit, pecuniamque ad rem militarem, si qua opus sit, quae publica sit et exigi possit, utatur, exigat, pecuniasque, a quibus videatur, ad rem militarem mutuas sumat, frumentum imperet, operamque det, ut cum suis copiis quam proxime Italiam sit: cumque ex litteris Q. Caepionis Bruti, procos., intellectum sit, Q. Hortensii procos. opera et virtute vehementer rem publicam adiutam, omniaque eius consilia cum consiliis Q. Caepionis Bruti, procos., coniuncta fuisse eamque rem magno usui rei publicae fuisse: Q. Hortensium, procos., recte et ordine, exque re publica fecisse; senatui placere, Q. Hortensium, procos., cum quaestoribus, prove quaestoribus, et legatis suis provinciam Macedoniam obtinere, quoad ei ex senatusconsulto successum sit. Philipp. 10, 11, 25 seq.

Sed ut ea (lex) vestra quoque auctoritate firmetur, censeo: Cum P. Dolabella, quique eius crudelissimi et teterrimi facinoris ministri, socii, adiutores fuerunt, hostes populi Romani a senatu iudicati sint; cumque senatus P. Dola-

bellam bello persequendum censuerit, ut is, qui omnia deorum hominumque iura novo, inaudito, inexpiabili scelere polluerit, nefarioque patriae se parricidio obstrinxerit, poenas diis hominibusque meritas debitasque persolvat: Senatui placere, C. Cassium procos. provinciam Syriam obtinere, uti qui eam optimo iure provinciam obtinuerit; eumque a Q. Marcio Crispo pro consule, L. Statio Murco pro consule, A. Allieno legato, exercitus accipere, eosque ei tradere; cumque his copiis, et si quas praeterea paraverit, bello P. Dolabellam terra marique persequi; eius belli gerendi causa, quibus ei videatur, naves, nautas, pecuniam, ceteraque, quae ad id bellum gerendum pertineant, ut imperandi in Syria, Asia, Bithynia, Ponto ius potestatemque habeat; utque, quamcunque in provinciam eius belli gerendi causa advenerit, ibi maius imperium C. Cassii, procos., sit, quam eius erit, qui eam provinciam tum obtinebit, cum C. Cassius, pro consule, in eam provinciam venerit: Regem Deiotarum patrem et regem Deiotarum filium, si, ut multis bellis saepenumero imperium populi Romani iuverint, item C. Cassium procos. copiis suis opibusque iuvissent, senatui populoque Romano gratum esse facturos; itemque si ceteri reges, tetrarchae dynastaeque fecissent, senatum populumque Romanum eorum officii non immemorem futurum: utique C. Pansa, A. Hirtius, consules, alter ambove, si eis videretur, re publica recuperata, de provinciis consularibus, praetoriis, ad hunc ordinem primo quoque tempore referant; interea provinciae ab iis, a quibus obtinentur, obtineantur, quoad cuique ex senatusconsulto successum sit. Philipp. 11, 12, 29 seqq.

Sed, ut aliquando sententia complectar, ita censeo: Cum C. Pansa, consul, imperator, initium cum hostibus confligendi fecerit, quo proelio legio Martia admirabili incredibilique virtute libertatem populi Romani defenderit, quod idem legiones tironum fecerint; ipseque C. Pansa, consul, imperator, cum inter media hostium tela versaretur, vulnera acceperit; cumque A. Hirtius, consul, imperator, proelio audito, re cognita, fortissimo praestantissimoque animo exercitum castris eduxerit, impetumque in M. Antonium exercitumque hostium fecerit, eiusque copias occidione occiderit, suo exercitu ita incolumi, ut ne unum quidem militem desideraverit; cumque C. Caesar, pro praetore, imperator, consilio diligentiaque sua castra feliciter defenderit, copiasque hostium, quae ad castra accesserant, profligarit, occiderit; ob eas res senatum existimare et iudicare, eorum trium imperatorum virtute, imperio, consilio, gravitate, constantia, magnitudine

animi, felicitate populum Romanum foedissima crudelissimaque servitute liberatum: eumque rem publicam, urbem, templa deorum immortalium, bona fortunasque omnium liberosque conservarint dimicatione et periculo vitae suae, uti ob eas res bene, fortiter feliciterque gestas C. Pansa, A. Hirtius, consules imperatores, alter, ambove, aut, si aberunt, M. Cornutus, praetor urbanus, supplicationes per dies quinquaginta ad omnia pulvinaria constituat: cumque virtus legionum digna clarissimis imperatoribus exstiterit, senatum, quae sit antea pollicitus legionibus exercitibusque nostris, ea summo studio, re publica recuperata, resoluturum: cumque legio Martia princeps cum hostibus conflixerit, atque ita cum maiore numero hostium contenderit, ut plurimos caederent, caperent nonnullos; cumque sine ulla retractatione pro patria vitam profuderint; cumque simili virtute reliquarum legionum milites pro salute et libertate populi Romani mortem oppetiverint: senatui placere, ut C. Pansa, A. Hirtius, consules, imperatores, alter, ambove, si eis videatur, iis, qui sanguinem pro vita, libertate, fortunisque populi Romani, pro urbe, templisque deorum immortalium profudissent, monumentum quam amplissimum locandum faciendumque curent; quaestores urb. ad eam rem pecuniam dare, attribuere, solvere iubeant, ut exstet ad memoriam posteritatis sempiternam, ad scelus crudelissimorum hostium, militumque divinam virtutem; atque, quae praemia senatus militibus ante constituit, ea solvantur eorum, qui hoc bello pro patria occiderunt, parentibus, liberis, coniugibus, fratribus; iisque tribuantur, quae militibus ipsis tribui oporteret, si illi vixissent, qui morte vicerunt. Philipp. 14, 14.

Saepe re dilata et graviter acta et plane perspecta Cn. Pompeii voluntate in eam partem, ut eum decedere post Kalendas Martias placeret, senatus consultum, quod tibi misi, factum est, auctoritatesque perscriptae. S. C. auctoritas. Pridie Kal. Octob. in aede Apollinis scrib. affuerunt L. Domitius Cn. F. Ahenobarbus, Q. Caecilius Q. F. Metellus Pius Scipio, L. Villius L. F. Pom. Annalis, C. Septimius T. F. Quirina, C. Lucceius C. F. Pup. Hirrus, C. Scribonius C. F. Pop. Curio, L. Atteius L. F. An. Capito, M. Oppius M. F. Terentina. Quod M. Marcellus consul V. F. de provinciis consularibus D. E. R. I. C. uti L. Paullus, C. Marcellus consules, cum magistratum inissent, ex a. d. Kal. Mart. quae in suo magistratu futurae essent, de consularibus provinciis ad senatum referrent, neve quid prius ex Kal. Mart. neve quid coniunctim de ea re referretur a consulibus, utique eius rei causa per dies comitiales senatum haberent, S. Q.

C. facerent: et, cum de ea re ad senatum referretur a Coss. eorum, qui in CCC. iudicibus essent, sex adducere liceret. Si quid de ea re ad populum, ad plebemve lato opus esset, ut Ser. Sulpicius, M. Marcellus coss. praetores, tribunique plebis, quibus eorum videretur, ad populum plebemve ferrent: quod ii non tulissent, uti, quicumque deinceps essent, ad populum plebemve ferrent. I. N.

Prid. Kal. Octob. in aede Apollinis scrib. affuerunt, L. Domitius Cn. F. Ahenobarbus, Q. Caecilius Q. F. Metellus Pius Scipio, L. Villius L. F. Pom. Annalis, C. Septimius T. F. Quirina, C. Scribonius C. F. Pop. Curio, L. Atteius L. F. An. Capito, M. Oppius M. F. Terentina. Quod M. Marcellus Cos. V. F. de provinciis, D. E. R. I. C. senatum existimare, neminem eorum, qui potestatem habent intercedendi, impediendi, moram afferre oportere, quo minus de re pub. ad senatum referri, senatusque consultum fieri possit; qui impedierit, prohibuerit, eum senatum existimare contra rem publicam fecisse. Si quis huic senatus consulto intercesserit, senatui placere, auctoritatem perscribi, et de ea re ad senatum populumque referri. Huic senatus consulto intercessit C. Caelius, L. Vinicius, P. Cornelius, C. Vibius Pansa. Item senatui placere, de militibus, qui in exercitu C. Caesaris sunt: qui eorum stipendia emerita aut causas, quibus de causis missi fieri debeant, habeant, ad hunc ordinem referri, ut eorum ratio babeatur, causaeque cognoscantur. Si quis huic S. C. intercesserit, senatui placere auctoritatem perscribi, et de ea re ad senatum populumque referri. Huic S. C. intercessit C. Caelius, C. Pansa, tribuni plebis. Itemque senatui placere, in Ciliciam provinciam, in octo reliquas provincias, quas praetorii pro praetore obtinerent, eos, qui praetores fuerunt, neque in provincia cum imperio fuerunt, quos eorum ex S. C. cum imperio in provincias pro praetore mitti oporteret, eos sortito in provincias mitti placere; si ex eo numero, quos ex S. C. in provincias ire oporteret, ad numerum non essent, qui in eas provincias proficiscerentur: tum uti quodque collegium primum praetorum fuisset, neque in provincias profecti essent, ita sorte in provincias proficiscerentur; si ii ad numerum non essent, tunc deinceps proximi cuiusque collegii, qui praetores fuissent, neque in provincias profecti essent, in sortem coniicerentur, quoad is numerus effectus esset, quem ad numerum in provincias mitti oporteret. Si quis huic S. C. intercessisset, auctoritas perscriberetur. Huic senatus consulto intercessit C. Caelius, C. Pansa, tribuni plebis. ad Fam. 8, 8.

Senatus frequens, formula etiam edictorum. Cum tot edicta proposuisset, edixit, Ut adesset Senatus frequens ad VIII. Kal.

Si furiosus exsistet (escit), agnatorum gentiliumque in eo pecuniaque eius potestas esto. ad Her. 1, 13, 23.

Si furiosus est (escit) agnatum gentiliumque in eo pecuniaque eius potestas esto. de Inv. 2, 50, 148.

Si furiosus escit. Non est scriptum (in XII. Tabulis) si insanus, sed si furiosus escit. Tusc. 3, 5, 11.

Si in ius vocat. de Legg. 2, 4, 9.

Si iurgant. Iurgare lex XII. Tab. putat inter se vicinos, non litigare. de Rep. 4, 7, 23.

Silentium esse videtur. Vide Augurum formulae.

Si mihi filius genitur unus pluresve, is mihi heres esto. Deinde quae assolent. Postea: Si filius ante moritur, quam in tutelam suam venerit, tu mihi secundus heres esto. de Inv. 2, 42, 122.

Si mihi filius genitur isque prius moritur et cetera, tum ut mihi ille sit heres. de Or. 2, 32, 141.

Sine lege iudicia. de Off. 3, 15, 61.

Sine religione. ad Att. 4, 2, 3.

Si non accipit, quod te debere dicis, accuses: si petit, ducas. Verr. lib. 2, 12, 31.

Si paret. Vocari ad se Agonidem iubet: iudicium dat statim, Si pareret eam, se et sua Veneris esse, dixisse. Divinat. 17, 56. Verr. Acc. 2, 12, 31. — Si paret, iugera eius fundi esse plura, quam colonus esset professus, tum uti Xeno damnaretur. Verr. lib. 3, 22, 55. — Si pareret adversus edictum fecisse. Verr. Acc. 3, 28, 69. — Si paret HS IↃↃↃ dari (oportere). pro Roscio Com. 4, 11.

Si paterfamilias intestatus moritur, familia pecuniaque eius agnatorum gentiliumque esto. ad Her. 1, 13, 23.

Si paterfamilias intestato moritur, familia pecuniaque eius agnatum gentiliumque esto. de Inv. 2, 50, 148.

Si Patribus conscriptis videretur. Consules faciunt mentionem, placere statui, si patribus conscriptis videretur, ne absentes homines in provinciis rei fierent rerum capitalium. in Verr. Accus. 2, 39, 95.

Si quid in hac rogatione scriptum est, quod per leges plebisve scita promulgare, abrogare, derogare, obrogare S. F. (sine fraude) sua non liceat, non licuerit, quodve ei qui promulgavit, abrogavit, derogavit, obrogavit ob eam rem poenae multaeve sit, E. H. L. N. R. (eius hac lege nihil rogatur.) ad Att. 3, 23, 3.

Si quid ius non esset rogarier, eius hac lege nihilum rogatur. pro Caecina 33, 95.

Si quid mei iudicii est. Frustra iudices solent, cum sententiam pronuntiant, addere Si quid mei iudicii est. de Finn. 2, 12, 36.

Si quid operis causa rescideris, reficito. Verr. l. 1, 55, 146.

Si quid perperam iudicarit senatus. Verr. lib. 2, 13, 34.

cos tutelae populi commendavit ac se, tamquam in procinctu testamentum faceret, sine libra atque tabulis populum Romanum tutorem instituere dixit illorum orbitati. de Orat. 1, 53, 228.

Tyranno occiso quinque eius proximos cognatione magistratus necato: lex rhetorica. de Inv. 2, 49, 144. — Vide Qui tyrannum cet.

Unde [de] dolo malo tuo, M. Tulli, M. Claudius aut familia aut procurator eius vi detrusus est. pro Tullio 29. — Unde tu aut familia aut procurator tuus illum aut familiam aut procuratorem illius in hoc anno vi deiecisti. Deinde additur illius iam hoc causa, quicum agitur: Cum ille possideret, et hoc amplius: Quod nec vi nec clam nec precario possideret. pro Tullio 44. — Unde tu aut familia aut procurator tuus. pro Caecina 19, 55. — Unde tu deiecisti, eo restituas. Ibid. 30, 87. — Unde ille me vi deiecit, cum ego possiderem. Ibid. 31, 91.

Unde tu me ex iure manu consertum vocasti, inde ibi ego te revoco. pro Muren. 12, 26.

Usu in manum convenire. Vide Coëmptio.

Usus auctoritas. Quoniam usus auctoritas fundi biennium est, sit etiam aedium. At in lege aedes non appellantur et sunt ceterarum rerum omnium, quarum annuus est usus. Valeat aequitas, quae paribus in causis paria iura desiderat. Topic. 4, 23. — „Usus auctoritas, wofür in der Rede für A. Caecina cap. 19. §. 54. ausdrücklich usus et auctoritas steht, entstand aus einer parallelen Aneinanderreihung von den beiden Wörtern usus und auctoritas, wie usus fructus und usus et fructus, pactum conventum und pactum et conventum, und mehrere ähnliche Wendungen. Usus bedeutet hier den Gebrauch, den man, wie der Eigenthümer selbst, von dem Grundstücke macht, sodann auctoritas die Gewährleistung des Grundstückes, das heisst, wenn man sich als Vertreter des Grundstückes nach aussen gerirt; also könnte man usus die innere, auctoritas die äussere Handhabung der Rechte des Eigenthümers nennen, woraus für den Ausüber dieser Rechte nach zwei Jahren das Eigenthum erwächst." KLOTZ.

Usus fructus. Si aedes eae corruerunt vitiumve fecerunt, quarum usus fructus legatus est, heres restituere non debet nec reficere, non magis quam servum restituere, si is, cuius usus fructus legatus esset, deperisset. Topic. 3, 15. — Non debet ea mulier, cui vir bonorum suorum usum fructum legavit, cellis vinariis et oleariis plenis relictis, putare id ad se pertinere. Usus enim, non abusus, legatus est. Ea sunt inter se contraria. Topic. 3, 17. — Si paterfamilias uxori ancillarum usum fructum legavit a filio neque a secundo herede legavit, mortuo filio usum fructum non amittit. Quod enim semel testamento alicui datum est, id ab eo invito cui datum est, auferri non potest. Repugnat enim recte accipere, et invitum reddere. Top. 4, 21. — M. Fulcinius testamento facit heredem, quem habebat e Caesennia filium: usum fructum omnium bonorum suorum Caesenniae legat, ut frueretur una cum filio. pro Caecina 4, 11.

Ut ea res mihi magistratuique meo, populo plebique Rom. bene atque feliciter eveniat. pro Murena 1, 1.

Ut eorum bona veneant, qui proscripti sunt, aut eorum,

EPISTOLARUM
A M. TULLIO CICERONE
SCRIPTARUM
S E R I E S.

PRAEFATIO.

Cum difficilis interdum quaestio sit, quo tempore quaeque Ciceronis epistola scripta sit, quicunque in eo accuratius definiendo elaborat, sane collaudandus est. Nam dici vix potest, quantum ad singulas epistolas recte intelligendas conferat, si eas illo ipso ordine, quo sese excipiunt, legeris. Quocirca, cum nuper IOANNES DE GRUBER accuratius, quam a Schuetzio et a me factum est, eas ordinarit, lectorum interesse visum est, totam seriem, ut a viro doctissimo constituta est, hic repetere. Rationes autem totius incepti repetendae sunt ex ipsius libello, qui sic inscriptus est: *Quaestio de tempore atque serie Epistolarum Ciceronis. Scripsit* Ioannes de Gruber *Gymnasii Sundensis praeceptor.* Sundiae, MDCCCXXXVI. *sumptibus Loefflerianis.* 4°. pagg. 38. On.

A.	N. S. *)	Num. vulg.	
686	1	Att. I, 5	
	2	- - 6	
687	3	- - 7	
	5	- - 9	
	4	- - 8	
	6	- - 10	
	7	- - 11	
688	8	- - 3	
	9	- - 4	
689	10	- - 1	
	11, b.	- - 2	
690	11, a.		
692	13	Metellus V, 1	
	14	Metello V, 2	
	12	Pomp. V, 7	
	15	Sextio V, 6	
693	16	Att. I, 12	Kal. Ian.
	18	- - 13	VI Kal. Febr.
	19	- - 14	Id. Febr.
	20	- - 15	Id. Mart.
	17	Antonio V, 5	
693	21	Att. I, 16	Maio.
	22	- - 17	Non. Dec.
694	23	- - 18	XI Kal. Febr.
	24	- - 19	Id. Mart.
	25	- - 20	Maio.
	26	- II, 1	Iunio.
	27	- - 2	Dec.
	28	- - 3	Dec.
	29	Qu. fr. I, 1	
695	30	Att. II, 4	Mart.
	31	- - 5	
	32	- - 6	
	33	- - 7	
	34	- - 8	XV fere K. Mai.
	35	- - 9	ante XIII K. M.
	36	- - 12	
	37	- - 10	
	38	- - 11	
	39	- - 13	
	40	- - 14	
	41	- - 15	

*) *A.* significat annum urbis Varronianae; *Num. S.* Numerum Schützianum, qui usque ad ep. 668 cum Orellii numero congruit: inde vero Orellianus unione maior est, quia Schützius duas epp. hoc uno numero complectitur, litteris *a* et *b* eas separans: Orellius vero utrique suum numerum dedit.

A.	N. S.	Num. vulg.	
695	42	Att. II, 16	
	43	- - 17	
	44	- - 18	
	45	- - 19	
	46	- - 20	
	47	- - 21	
	48	- - 22	
	49	- - 23	
	50	- - 24	
	51	- - 25	
	52	Qu. fr. I, 2	
	162	Culleolo	
	163	XIII, 42 et 41	
696	53	Att. III, 3	
	54	- - 2	
	55	- - 4	
	56	- - 1	
	57	- - 5	
	58	- - 6	
	59	Ter. XIV, 4	
	60	Att. III, 7	
	61	- - 8	IV Kal. *Iun.*
	62	- - 9	Id. Iun.
	63	Qu. fr. I, 3	Id. Iun.
	64	Att. III, 10	XIV Kal. Qu.
	65	- - 11	IV Kal. Qu.
	66	- - 12	XVI Kal. Sext.
	67	- - 14	XII Kal. Sext.
	68	- - 13	Non *Sext.*
	69	Qu. fr. I, 4	
	70	Att. III, 15	XIV Kal. Sept.
	71	- - 16	XII Kal. Sept.
	72	- - 17	prid. Non. *Sept.*
	73	- - 18	
	74	- - 19	XVI Kal. Oct.
	75	- - 20	IV Non. *Oct.*
	76	Ter. XIV, 2	Non. Oct.
	77	Att. III, 21	V Kal. *Nov.*
	78	- - 22	VI Kal. Dec.
	79	Ter. XIV, 1	Eod.
	80	Att. III, 23	pr. K. *Dec.*
	81	Ter. XIV, 3	Eod.
	82	Att. III, 24	IV Id. *Dec.*
	83	- - 25	
	84	- - 26	
	85	- - 27	
697	86	Metello V, 4	
	87	Att. IV, 1	
	88	- - 2	
	89	- - 3	
	90	Qu. fr. II, 1	
	91	Gallo VII, 26	
698	92	Lentulo I, 1	Idib. *Ian.*
	93	- - 2	XVI K. Febr.
	94	- - 3	
	95	- - 4	(XV K. Febr.)
	97	Qu. fr. II, 2	XIV K. Febr.
	98	Att. IV, 4 a.	III K. Febr.
	96	Lentulo I, 5 a.	(III Non. *Feb.*)

A.	N. S.	Num. vulg.	
698	101	Lentulo I, 6	
	100	- - 5 b.	
	99	Qu. fr. II, 3	prid. Id. Febr.
	102	- - 4	prid. Non. *Apr.*
	103	- - 5	Non. Apr.
	104	- - 6	VII Id. Apr.
	105	Att. IV, 4 b.	(VI
	106	- - 5	(V Id. Apr.)
	111	- - 8 a.	(IV
	107	Qu. fr. II, 7	III Id. Apr.
	110	Att. IV, 7	(circa Id. Apr.)
	108	Lucc. V, 12	
	109	Att. IV, 6	
	116	Qu. fr. II, 8	(post Id. Mai.)
	113	Lentulo I, 7	(Sept.)
	117	Att. IV, 8 b.	
	112	Metellus V, 3	
	114	Valerio	
	115	XIII, 6 a. b.	
699	123	Lent. I, 8	
	120	Qu. fr. II, 9	c. Id. Febr.
	118	Att. IV, 10	X Kal. Mai.
	119	- - 9	VI Kal. Mai.
	122	- - 11	prid. Kal. Mai.
	121	Qu. fr. II, 10	
	125	Att. IV, 12	ante Id. (Mai.)
	126	Mario VII, 1	
	129	Att. IV, 13	Nov.
	128	Anch. XIII, 40	
	124	hinc eieci et in fine collocavi	
	127	inter incertas.	
700	131	Crasso V, 8	(Ian.)
	130	11	pr. Id.
	132	Qu. fr. II, 12	Idib. Febr.
	134	13	post Id.
	133	Caes. VII, 5	(Mart.)
	137	Att. IV, 14	ineunte Mai.
	138	Qu. fr. II, 14	(Mai.)
	135	Trebatio	
	136	VII, 6 et 7.	
	139	Treb. VII, 8	post Non. Iun.
	140	Qu. fr. II, 15 a	
	149 a	Att. IV, 16 § 4, 5 et 15	
	141	Qu. fr. II, 15 b	post Id. Iun.
	142	Att. IV, 15	IV Kal. Sext.
	143	Treb. VII, 9	Sext.
	144	Qu. fr. II, 16	Sext.
	150	Treb. VII, 17	Sext.
	146	Qu. fr. III, 1	III Kal. Oct.
	157 a	Att. IV, 18 a § 1, 2 et 3 usque ad v. *licentiae*	
	149 b	Att. IV, 16 § 1–3, 6–8 13 et 14	Kal. Oct.
	151	Qu. fr. III, 2	V Id. Oct.
	152	Qu. fr. III, 3	(XII K. Nov.)
	148	Lentulo I, 9	(Oct. exeunte.)

A.	N. S.	N. vulg.		
700	149 e	Att. IV,	16	
		§ 9—12		
	153	Qu. fr. III,	4	IX Kal. Nov.
	154	- -	5 et 6	(ex. Oct. aut in Nov.)
	155	- -	7	
	147	Treb. VII,	16	
	156	Att. IV,	17	
	157 b	- -	18 b	
		a § 3 *Perspice.*		
	158	Qu. fr. III,	8	ex. Nov.
	159	- -	9	
	145	Treb. VII,	10	(Dec.)
	165	Valerio I,	10	
	160, 161, 164	Reieci ad finem inter incertas.		
	162, 163	vide sub finem anni 695.		
701	170	Treb. VII,	12	
	167	- -	11	
	171	- -	13	IV Non. Mart.
	173	Treb. VII,	18	Id. April.
	172	- -	15	
	177	- -	14	
	166	Cur. II,	1	
	168	- -	2	
	169	- -	3	
	174	- -	4	
	175	- -	5	
	178	- -	6	
	176	Reieci inter incertas.		
702	179	Reieci inter incertas.		
	180	App. III,	1	
	181	Titio XIII,	75	
703	182	Mario VII,	2	
	183	Appio III,	2	
	184	Att. V,	1	ante N. Mai.
	185	- -	2	VI Id. Mai.
	186	- -	3	V Id. Mai.
	187	- -	4	IV Id. Mai.
	188	- -	5	Id. Mai.
	189	- -	6	XV Kal. Iun.
	190	- -	7	XI Kal. Iun.
	191	App. III,	3	
	[192	Caelius VIII,	1	c. IX Kal. Iun.
	193	Att. V,	8	III Non. Iun.
	194	App. III,	4	(pr.) Non. Iun.
	195	Att. V,	9	(XVII K. Qu.)
	[202	Caelius VIII,	2	(M. Iunio.)
	[203	- -	3	
	196	Att. V,	10	III Kal. Quint.
	197	Memmio XIII,	1	
	198	Att. V,	11	prid. Non. Qu.
	199	Caelio II,	8	eodem.
	200	Att. V,	12	V Id. Quint.
	201	- -	13	VII Kal. Sext.
	204	- -	14	VI Kal. Sext.
	205	App. III,	5	eodem.
	[206	Caelius VIII,	4	Kal. Sext.
703	207	Att. V,	15	III Non. Sext.
	208	- -	16	(IV Id. Sext.)
	209	- -	17	eodem die.
	[210	Caelius VIII,	5	ante Id. Sext.
	[211	- -	9	IV Non. Sept.
	212	Catoni XV,	3	III Kal. Sept.
	213	Appio III,	8	(pr. K. Sept.)
	215	C. Marc. XV,	7	
	216	Marc. XV,	8	
	217	M. Marc. XV,	9	
	218	Paullo XV,	12	
	214	Att. V,	18	XI Kal. Oct.
	219	Senatui XV,	2	eodem.
	220	Att. V,	19	X Kal. Oct.
	221	Senatui XV,	1	
	222	Appio III,	8	VIII Id. Oct.
	[223	Caelius VIII,	8	in. Octobri.
	224	Caelio II,	9	
	241	Cassio XV,	14	
	226	Caelio II,	10	XVII Kal Dec.
	[225	Caelius VIII,	10	XIV Kal. Dec.
	227	Curioni II,	7	XIV Kal. Ian.
	228	Att. V,	20	
	238	Catoni XV,	4	
	239	Marcello -	10	
	240	Paullo -	13	
	241	vide supra.		
	229	Reieci inter incertas.		
	230, 231, 232	Thermo Propr. XIII, 53. 56 55.		
	233, 234, 235, 236	Silio Propr. XIII, 61. 62. 64. 65.		
	237	Reieci inter incertas.		
704	244	Appio III,	7	
	250	Att. V,	21	Id. Febr.
	245	Caelio II,	14	
	246	Paeto IX,	25	
	247	Curtio XIII,	59	
	248	Titio XIII,	58	
	251	Silio XIII,	63	
	249	App. III,	9	
	252	Att. VI.	1	VI Kal. Mart.
	[242	Caelius VIII,	6	
	[243	- -	7	
	253	Thermo XIII,	54	
	254	- -	57	
	255	Caelio II,	11	pr. Non. Apr.
	256	Att. VI,	2	inter Kal. et Non. Mai.
	257	Caelio II,	13	
	261	App. III,	10	
	258	Thermo II,	18	
	259, 260	Reieci inter incertas.		
	[266	Cato XV.	5	
	[267	Caelius VIII,	11	
	[272	- -	13	

A.	N.S.	N. volg.		
704	268	Att. VI,	4	post Non. Iun.
	263	Caelio II,	12	
	264	Att. VI,	3	ex castris.
	265	App. III,	11	indidem.
	269	Att. VI,	5	V Kal. Quint.
	270	- -	7	
	271	Canin. II,	17	XVI K. Sext.
	273	Caelio II,	15	
	274	Marc. XV,	11	
	275	Appio III,	12	(III Non. Sext.)
	276	Att. VI,	6	
	278	Catoni XV,	6	
	277	App. III,	13	
	[279	Caelius VIII,	12	
	[280	- -	14	
	281	Att. VI,	8	K. Oct.
	282	- -	9	Id. Oct.
	283	Terent. XIV,	5	postridie.
	284	Att. VII,	1	cf. 282 ex.
	285	Tironi XVI,	1	III Non. Nov.
	286	- -	2	Non. Nov.
	287	- -	3	VIII Id. Nov.
	288	- -	4	VII Id.
	289	- -	5	eodem.
	290	- -	6	eodem.
	291	- -	7	XV Kal. Dec.
	292	- -	9	V Kal. Dec.
	293	Att. VII,	2	ante Non. Dec.
	294	- -	3	V Id. Dec.
	295	- -	4	(XVII K. Ian.)
	296	- -	5	
	297	- -	6	
	298	- -	7	(XIII K. Ian.)
	299	- -	8	(V Kal. Ian.)
	300	- -	9	
705	301	Tironi XVI,	11	prid. Id. Ian.
	302	Rufo V,	20	
	303	Attico VII,	10	
	304	- -	11	
	305	- -	12	VIII K. Febr.
	306	Terent. XIV,	14	
	307	Att. VII,	13	VII Kal. Febr.
	308	- -	14	postridie.
	309	- -	15	V Kal. F.
	310	Tironi XVI,	12	IV Kal. F.
	311	Att. VII,	16	III Kal. F.
	312	Terent. XIV,	18	eodem.
	313	Tironi XVI,	8	
	314	Att. VII,	17	IV Non. Febr.
	315	- -	18	III Non. Febr.
	316	- -	19	
	317	- -	20	Nonis Febr.
	318	- -	21	VI Id.
	319	- -	22	(V Id.)
	320	- -	23	(IV Id. F.)
	334 *A*.	Pompeius Att. VIII, 11.		
	321	Att. VII,	24	III Id.
	322	- -	25	
	336 *B*.	Pompeius		

A.	N.S.	N. volg.		
705	336 *A*.	- Att. VIII, 12.		
	323	Att. VII,	26	Id. Febr.
	334 *B*.	Pompeio Att. VIII, 11.		
	324	Att. VIII,	1	XV K. Mart.
	336 *C*.	Pomp. -	12	XIV K. Mart.
	336 *D*.	Domit. -	12	XIII K. Mart.
	325	Att. VIII,	2	eodem.
	326	- -	3	XI Kal. M.
	334 *C*.	Pompeius	11	X Kal. Mart.
	327	Att. VIII,	4	VIII Kal. M.
	328	- -	5	eodem.
	329	- -	6	diebus proximis.
	330	- -	7	
	331	- -	8	
	332	- -	9	V Kal. Mart.
	333	- -	10	
	334	- -	11	(III K. Mart.)
	334 *D*	- -	*D*	
	336	- -	12	(pr. K. Mart.)
	335	Caelius VIII,	15	
	337	Att. VIII,	13	Kal. Mart.
	338	- -	14	VI Non. M.
	339	- -	15	V Non. M.
	340	- -	16	IV Non. M
	341	Att. IX,	1	prid. Non. M.
	342	- -	2*a*	Non. Mart.
	343	- -	2*b*	VIII Id. M.
	344	- -	3	VII Id.
	345	- -	4	(VI Id.)
	346	- -	5	(V Id.)
	347	- -	6	IV Id. Mart.
	348	- -	7	III aut pr. Id.
	349	- -	8	prid. Id.
	350	- -	9	XVI K. April.
	351	- -	10	XV K. April.
	352 *A*	Caesari		XIV K. April.
	352	Att. IX,	11	XIII K. April.
	353 *a*	- -	12 *a*	
	353 *b*	- -	12 *b*	
	354	- -	13	IX Kal. Apr.
	355	- -	14	(VIII K. Apr.)
	356	- -	15	eodem.
	357	- -	16	VII K. Apr.
	358	- -	17	VI K. Apr.
	359	- -	18	
	360	- -	19	
	361	Att. X,	1	III Non. Apr.
	362	- -	2	Non. Apr.
	363	- -	3*a*	VII Id. Apr.
	364	- -	3*b*	
	366	- -	4	postr. Id. Apr.
	367	Caelius VIII,	16	circ. Id. Apr.
	372	Caelio II,	16	
	368	Att. X,	5	XV Kal. Mai.
	374 *B*	Caesar		eodem.
	369	Att. X,	6	die incerto.
	365	Sulpicio IV,	1	
	370	Att. X,	7	
	371	Sulpic. IV,	2	(III K. Mai.)

A.	N. S.	N. volg.		
705	373	Rufo V,	19	
	374	Att. X,	8	VI Non. Mai.
	375	- -	9	v Non. Mai.
	376	- -	10	
	377	- -	11	IV Non. Mai.
	378	- -	12	III Non.
	379	- -	13	Noois Mai.
	380	- -	14	postr. Noo. M.
	381	- -	15	IV Id. Mai.
	382	- -	16	prid. Id.
	383	- -	17	XVII. K. Ion.
	384	- -	18	(XIV Kal.)
	385	Tereot. XIV,	7	III Id. Iun.
706	386	Att. XI,	1	
	387	- -	2	pr. Noo. Febr.
	388	Caelius VIII,	17	
	389	Dolab. IX,	9	
	390	Ter. XIV,	8	IV Noo. Ioo.
	391	Att. XI,	3	Id. Iuo.
	393	Ter. XIV,	21	
	392	Att. XI,	4	
	394	Ter. XIV,	6	Id. Qoint.
	395	- -	12	pr. Noo. Nov.
	396	Att. XI,	5	eodem.
	397	Ter. XIV,	19	IV K. Dec.
	398	Att. XI,	6	
	399	Ter. XIV,	9	
	400	Att. XI,	7	XIV Kal. Iao.
	401	Ter. XIV,	17	VI K. Iao.
	402	Att. XI,	8	
	403	Ter. XIV,	6	pr. K. Iao.
707	404	Att. XI,	9	III Noo. Ian.
	405	- -	10	XII Kal. Febr.
	406	- -	11	VIII Id. Mart.
	407	- -	12	eodem.
	408	- -	13	
	409	- -	14	
	410	- -	15	
	411	- -	16	
	412	- -	17	prid. Id. Mai.
	413	Ter. XIV,	11	III Noo. Ioo.
	414	Att. XI,	18	XVIII K. Qu.
	415	Ter. XIV,	15	eodem.
	416	Att. XI,	25	III Noo. Qo.
	417	- -	23	
	418	Ter. XIV,	10	VII Id. Qoiot.
	419	- -	13	VI Id. Qo.
	420	Att. XI,	19	XI Kal. Sext.
	421	- -	24	VIII Id. Sext.
	422	Ter. XIV,	24	III Id. Sext.
	423	- -	23	prid. Id. S.
	425	Att. XI,	20	XVI K. Sept.
	426	- -	21	VI Kal. Sept.
	427	- -	22	
	428	Ter. XIV,	22	Kal. Sept.
	429	- -	20	Kal. Oct.
	424	Caasio XV,	15	
	430	Treb. XV,	21	
	431	Varrooi IX,	1	

A.	N. S.	N. vulg.		
707	433	Plaocio IV,	15	
	516	- -	14	
	434	Planco XIII,	29	
	437	Bruto XIII,	10	
	438	Meacio. V,	21	
	439	Varroni IX,	3	(Apr. med.)
	440	Varr. IX,	2	(Apr. ex.)
	442	Att. XII,	2	
	446	Varr. IX,	6	
	447	- -	7	
	448	- -	5	a. Non. Qu.
	449	Att. XII,	5	
	444	- -	3	
	445	- -	4	
	453	- -	6	
	450	Paeto IX,	16	
	451	- -	18	(Qu. ex.)
	471	Volomo. VII,	35	
	456	Paeto IX,	20	
	454	- -	19	
	455	- -	17	
	472	Curio VII,	28	
	463	Nigidio IV,	13	
	466	Marc. IV,	8	
	464	- -	7	
	468	- -	9	
	469	Solpic. IV,	4	
	470	Caecio. VI,	6	
	480	Marc. IV,	11	
	467	Reieci inter incertas.		
	473	Paeto IX,	15	
	474	- -	26	
	475	Ligario VI,	14	V Kal. Ioterk.
	514	Ampio VI,	12	priorea.
	457	Paeto IX,	23	
	458	Mario VII,	4	
	476	Caecioae VI,	8	
	477	Forfanio VI,	9	
	478	Caecina VI,	7	
	479	Caecinae VI,	5	
	441	Att. XII,	1	
	459	- -	9	
	460	- -	10	
	515	- -	11	
708	432	Domitio VI,	22	
	435	Allieoo XIII,	78	
	436	- -	79	
	452	Mario VII,	3	
	461	Servilio IV,	3	
	485	- XIII,	17	
	497	- -	28	
	481	Broto XIII,	11	
	484	- -	14	
	462	Servil. XIII,	68	
	508	- XIII,	66	
	513	67 et 69-72.		
	498—507	Vide inter incertas.		
	640	Cornificio XII,		
	645		17 et 18	

A.	N. S.	N. vulg.		
708	655	Cornif. XII,	19	
709	518	Cassio XV,	18	
	519	Dolab. IX,	10	
	520	Cassio XV,	17	
	522	- -	16	
	523	Cassius XV,	19	
	521	Leptae VI,	18	
	517	Torquato VI,	1	
	524	- -	3	
	526	- -	4	
	525	Marcello IV,	10	
	527	Trebiano VI,	10	
	528	Att. XII,	12	Martio
	529	- -	13	mense.
	530	- -	14	
	531	- -	15	
	532	- -	16	
	533	- -	18	
	534	- -	17	
	535	- -	19	
	536	- -	20	
	553	Dolab. IX,	13	
	537	- -	11	
	538	Att. XII,	21	
	539	- -	7	
	540	- -	22	
	541	- -	23	
		usque ad		
	550	- -	32	
	551	- -	8	
	552	- -	33	
	556	-	34 et 35a	
	554	Caesari XIII,	15	
	555	- -	16	
	557	Sulpicius IV,	5	
	565	Sulpicio IV,	6	
	558	Lucceio V,	13	
	559	Torquato VI,	2	
	596	Toranio VI,	21	
	560	Att. XII,	35b	April. ex.
	561	- -	36	
	562	- -	37	Maio in.
	563	- -	38	
	564	- -	39	
	568a	Lucceius V,	14	
	568b	Lucceio V,	15	
	567	Att. XII,	40	
	569	- -	41	
	570	Att. XIII,	26	
	571	Att. XII,	42	
	572	- -	43	
	573	- -	44	
	574	- -	45	
	575	- -	46	postr. Id. M.
	576	- -	47	XVI K. Ian.
		usque ad		
	582	Att. XII,	53	
	583	Att. XIII,	1	
	584	- -	2	

A.	N. S.	N. vulg.		
709	585	Att. XIII,	3	
	586	- -	27	
		usque ad		
	592	- -	33	Iun.
	593	- -	6	
	594	- -	4	
	595	- -	5	
	596	vide supra.		
	597	Att. XIII,	7	
	599	- -	8	
		usque ad		
	604	- -	13	
	605	- -	16	
	606	- -	14	
	607	- -	15	
	608	- -	17	
		usque ad		Quint.
	615	- -	24	
	616	Varroni IX,	8	
	617	Att. XIII,	25	
	619	- -	35. 36	
	620	- -	37	
		usque ad		
	624	- -	41	
	625	- -	43	
	598	Vatinius V,	9	
	627	Att. XIII,	45	
	628	- -	46	
	632a	- -	47a	
	626	- -	44	
	629	- -	34	
	630	Leptae VI,	19	
	632b	Att. XIII,	47b	
	633	- -	48	
	634	- -	49	
	635	Gallo VII,	24	
	636	Att. XIII,	50	
	638	Gallo VII,	25	
	637	Att. XIII,	51	
	618	Sulpic. XIII,	77	
	631	Torann. VI,	20	
	639	Trebiano VI,	11	
	640 } 645 }	vide sub fin. anni 708.		
	641 } 642 }	Valerio XIII,	4 et 5.	
	644	Cluvio XIII,	7	
	643	Rutilio XIII,	8	
	646	Vatin. V,	11	
	647	Curius VII,	29	IV Kal. Nov.
	648	Vatin. V,	10b	Non. Decbr.
	649	Dolab. IX,	12	
	650	Att. XIII,	52	(XIV K. Ian.)
	651	- -	42	Decembri ex.
710	652	Curio VII,	30	Ian. in.
	653	Acilio XIII,	50	
	654	Vatinius V,	10a	
	655	Vide sub fin. a. 708.		
	656	Curio VII,	31	

A.	N. S.	N. volg.		
710	657–76	reieci ad fioem inter incertas.		
	677	Basilo VI,	15	
	678 } 694	reieci ioter ioeertas.		
	679	Att. XIV,	1	VI Id. Apr.
		usque ad		
	684	- -	6	prid. Id.
	685	Brutus XI,	1	
	686	Att. XIV,	7	XVII K. Mai.
		osqoe ad		
	691	- -	12	X Kal.
	695	Tironi XVI,	23	
	692	Att. XIV,	13	VI K. Mai.
		Antonios ib.	*A.*	
		Antooio ib.	*B.*	
	693	Att. XIV,	14	
	696	- -	15	Kal. Mai.
	697	- -	16	V Noo. Mai.
	698	- -	17	(IV Noo.)
	699	Dolabellae XI,	14	
	700	Att. XIV,	19	Non. Mai.
	701	- -	18	(VII Id.)
	703	- -	20 }	V Id. ef. seq.
	704	- -	21 }	eodem.
	705	- -	22	(pr.) Id. Mai.
	706	Att. XV,	1*a*	XVI K. Ioo.
	707	- -	1*b*	XV K. Iuo.
	708	- -	2	eodem.
	709	- -	3	XI Kal.
	710	- -	4	X Kal.
	715	Matio XI,	27	V Kal. Iun.
	716	Matios XI,	28	
	717	Att. XV,	5	
	718	- -	8	
	720	- -	7	
	702	Tirooi XVI,	24	
	711	Cassio XII,	1	
	713	Brutus XI,	2	
	712	Trebooio XV,	20	
	714	Trebooius XII,	16	VIII K. Ion.
	719	Att. XV,	6	*Kal. Iun.*
		et Hirtios ib.		
	721	Att. XV,	9	III Non. *Iun.*
	722	- -	10	Noo. Ion.
	723	- -	11	(V Id.)
	724	- -	12	
	725	- -	16*a*	
	726	- -	16*b*	
	727	- -	15	
	728	- -	17	
	729	- -	18	XVII K. Qu.
	858	Trebat. VII,	21	Maio.
	730	Att. XV,	19	
	731	- -	20	
	732	- -	21	(XI K. Qu.)
	733	- -	23	
	734	- -	24	(VI Kal.)
	735	- -	22	
710	736	Att. XV,	14	(VI Kal.)
		Dolabellae ib.		
	737	Att. XVI,	16	
	738	Planeo ib.	*A.*	
	739	Capitooi ib.	*C.*	
	740	Cupieo. ib.	*D.*	
	741	Att. XV,	25	(III) K. Qoiot.
	742	- -	26	VI Noo. *Qu.*
	746	Oppio XI,	29	
	743	Att. XV,	28	V Non.
	744	- -	27	eodem.
	745	- -	29	III Noo.
	747	Att. XVI,	1	VIII Id. Qu.
	748	- -	5	VII Id. Qo.
	749	- -	4	VI Id.
	750	- -	2	V Id.
	751	Plaoco ib.	16*B*	
	752	- ib.	*E*	
	753	Capitoni ib.	*F*	
	754	Att. XVI,	3	postr. Id. Qu.
	755	Trebatio VII,	20	XIII K. Sext.
	758	Att. XVI,	6	IX K. S.
	756	Trebatio VII,	19	V K. S.
	757	Brutus XI,	3	pr. Non. *Sext.*
	759	Att. XVI,	7	XIV K. Sept.
	760	Planeo X,	1	
	812*b*	Coroif. XII,	25*b*	
	762	Cassio XII,	2	post XIV K. O.
	763	- -	3	post VI N *Oct.*
	764	Coroifie. XII,	23	post VII Id O.
	766	Att. XV,	13	(VIII K. Nov.)
	767	Att. XVI,	8	(IV N. *Nov.*)
	768	- -	9	pr. Non. Nov.
	769	- -	11	Nonis Nov.
	770	- -	12	VIII Id.
	771	- -	10	VI Id.
	772	- -	13*a*	V Id.
	773	- -	13*b*	III Id.
	774	- -	14	post III Id.
	761	D. Brutus XI,	4	
	775	Att. XV,	15	io. *Dec.*
	776	D. Broto XI,	5	post V Id. Dec.
	765	Plaoco X,	2	
	791	- -	3	
	788	Plancos X,	4	
	777	D. Bruto XI,	6	post XIII K. Ia.
	779	Cornific. XII,	22	iisd. diebos.
	778	D. Bruto XI,	7	
	786	- -	16	
	787	- -	12	
	783	Cornif. XII,	21	
	784	- -	26	
	785	- -	27	
	780	Q. Cicero Tironi XVI, 27.		
	781 } 782	Cicero filios Tirooi XVI, 21 et 25.		
711	789	Cornif. XII,	24	Sex Epp. Ian.
	790	D. Bruto XI,	8	a. in. Febr. scr.

A.	N. S.	N. vulg.		
711	792	Cassio XII,	4	
	793	Trebonio X,	28	
	794	Cassio XII,	5	
	795	Paeto IX,	24	
	791	vide sub a. 700 ex.		
	796	Planco X,	5	
	797	Cassius XII,	11	Non. Mart.
	798	Pollio X,	31	XVII K. Apr.
	812a	Cornif. XII,	25	
	799	Planco X,	6	XIII K. Apr.
	800	Lepido X,	27	
	801	Plancus X,	8	
	802	- -	7	
	804	Planco X,	10	III Kal. Apr.
	803	Cassio XII,	7	
	805	Planco X,	12	III Id. Apr.
	806 / 807	Cornificio XII, 28 et 29.		
	808	Cassio XII,	6	
	809	Galba X,	30	XVI K. Mai.
	812c	Cornif. XII,	25	
	810	Plancus X,	9	VI Kal. Mai.
	811	D. Brutus XI,	9	IV Kal. Mai.
	813	- -	10	III Non. Mai.
	814	Planco X,	14	eodem.
	815	D. Brutus XI,	11	prid. Non.
	816	Cassius XII,	12	Non. Mai.
	817	Plancus X,	11	VI Id. Mai.
	818	- -	15	IV Id. Mai.
	830	Planco X,	13	(ante Id.)
	826	Furnio X,	25	
	820	Plancus X,	17	(post) Id. M.
	834b	- -	21	(§ 7. Orell.)

A.	N. S.	N. vulg.		
711	823	D. Bruto XI,	18	XIII K. Iun.
	824	D. Brutus XI,	19	XII Kal. Iun.
	827	Plancus X,	18	eodem.
	833	Pollio X,	33	
	825	Lepidus X,	34	XI Kal. Iun.
	834	Plancus X,	21	X Kal. Iun.
	837	Brutus XI,	20	IX Kal. Iun.
	838	D. Bruto XI,	23	VIII Kal.
	831	Planco X,	19	ex. Mai.
	832	D. Bruto XI,	12	
	822	Cornific. XII,	30	
	839	Planco X,	20	IV Kal. Iun.
	836	Bruto XI,	14	
	840	Lepidus X,	35	III Kal. Iun.
	842	Lentulus XII,	15	IV Non. Iun.
	843	- -	14	eodem.
	844	D. Brutus XI,	26	III Non. Iun.
	845	D. Bruto XI,	21	prid. Non.
	821	Planco X,	16	(c. Non.)
	847	Plancus X,	23	VIII Id. Iun.
	841	D. Brutus XI,	13	
	846	D. Bruto XI,	24	eodem.
	848	Pollio X,	32	VI Id. Iun.
	849	Cassio XII,	8	
	850	- -	9	
	851	Q. Cassius XII,	13	Id. Iun.
	828	Planco X,	22	
	829	Bruto XI,	15	
	835	Furnio X,	26	
	852	D. Bruto XI,	25	XIV K. Qu.
	853	Cassio XII,	10	(Kal. Qu.)
	854	Plancus X,	24	V Kal. Sext.
	819	D. Bruto XI,	22	

EPISTOLAE INCERTI ANNI.

124	Gallo VII,	23	
127 / 161	Q. Philippo Procos. XIII, 74 et 73.		
160	Munatio XIII,	60	
164	Curio XIII,	49	
176	P. Sextio V,	17	
179	Fadio V,	18	
229	Volumnio VII,	32	
237	Crassipedi XIII,	9	
259	Memmio XIII,	2	
260	- -	3	
467	Gallo VII,	27	
498	Acilio XIII, usque ad	30	
507		39	
657	Paeto IX,	21	
658	- -	22	
659	Tironi XVI,	22	
660	- -	17	
661	- -	20	
667	- -	19	
662	- -	13	IV Id. Apr.

663	- -	14	eodem.
664	- -	15	prid. Id.
665	- -	10	XIV Kal.
668	Q. Cicero XVI,	16	
666	Tironi XVI,	18	
669 / 670	Quintio Gallo XIII, 43 et 44.		
671 / 672	Apuleio XIII, 45 et 46.		
673	Silio XIII,	47	
674	Sextilio XIII,	48	
675	Caesio XIII,	51	
676	Regi XIII,	52	
678	Bithynicus VI,	16	
694	Bithynico VI,	17	
855	Tironi XVI,	26	
856	Titio V,	16	
857	Cornific. XII,	20	
858	vide supra.		
859	Trebatio VII,	22	
860	Appio X,	29	
861	IVviris et Decurion. Fregell. XIII, 76.		